1

Acta habita et facta Cantuar:

in negotio Confirmationis electionis de persona Reverendi in Christo patris Domini Guilielmi providentia divina London Episcopi in Archiepiscopum Cantuar electi, facto et celebrato in Capella infra Manerium Archiepiscopale Cantuar apud Lambehith in Comitatu Surriae die Jovis decimo nono vizt die mensis Septembris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo tricesimo tertio, inter horas octavam et undecimam ante meridiem eiusdem diei Coram Reverendissimo in Christo patre et Domino, Domino Richardo providentia divina Eboracen Archiepiscopo Angliae Primate et Metropolitano necnon Reverendis in Christo patribus Dominis Waltero Winton, Johanne Sarum, ffrancisco Elien, Richardo Cicestren, Johanne Roffen, Johanne Oxon et Augustino Petriburgen eadem providentia divina respective Episcopis Serenissimi in Christo principis et Domini nostri Domini Caroli Dei gratia Angliae, Scotiae, ffranciae et Hiberniae Regis fidei defensoris &c ad infrascripta Commissarijs, cum hac clausula quatenus vos aut ad minus quatuor vestrum &c sufficienter et legitime deputatis, In presentia Willimi Sherman notarij publici Registrarij principalis Sedis Archiepiscopalis Cantuar, in Actorum Scribam specialiter assumpti meique Carvili Wade notarij etiam publici. /

Actus Confirmationis

Dictis die horis et loco post

preces matutinas per magistrum Guilielmum Bray sacrae theologiae Baccalaureum unum Capellanorum praefati Domini electi recitatas, finitas Comparuit personaliter venerabilis vir Dominus Nathanael Brent miles et legum Doctor Vicarius in spiritualibus generalis et Officialis principalis Sedis Archiepiscopalis Cantuarien et ex parte praefati Serenissimi Domini nostri Caroli Regis &c praesentavit praedicto Reverendissimo patri Domino Richardo Eboracen Archiepiscopo ac Reverendis patribus Dominis Waltero Winton, Johanni Sarisburien, ffrancisco Eliensi, Richardo Cicestren, Johanni Roffen, Johanni Oxon et Augustino Petriburgen respective Episcopis antedictis literas Commissionales patentes eiusdem Domini nostri Regis eis in forma praedicta factas ac Sigillo magno Angliae sigillatas gerentes Datum apud Canbury quarto die mensis Septembris Anno Regni dicti Domini nostri Regis Angliae, Scotiae, ffranciae et Hiberniae, nono, Quibus de mandato praefat Reverendissimi et Reverendorum patrum per venerabilem virum Dominum Henricum Marten, militem legum doctorem Almae Curiae Cantuar de Arcubus London Officialem publice lectis Idem Reverendissimus et Reverendi patres Judicialiter et pro tribunali sedentes ob honorem et reverentiam dicti Serenissimi Domini nostri Regis acceptaverunt in se onus executionis dictarum literarum Commissionalium et decreverunt procedendum fore iuxta tenorem, vim, formam et effectum earundem et assumpserunt praefatum magistrum Willimum Sherman notarium publicum in Actorum scribam huius negotij Confirmationis et agendorum in eodem. Et tunc dictus venerabilis vir Dominus Nathanael Brent exhibuit procuratorium suum sibi factum per venerabiles viros Decanum et Capitulum Ecclesiae Cathedralis et Metropoliticae Christi Cantuar Sigillo eorum communi (ut apparuit) sigillat et fecit se partem pro eisdem ac praesentavit eisdem Reverendissimo et Reverendis patribus Dominum Guilielmum Episcopum London electum Cantuar antedictum

Petiitque

Jesumq; e regione Confirmantium sistebat deinde prefatus Dominus Nathanael Brent nomine procuratorio dictorum Decani et Capituli Ecclie Christi Cantuar predict exhibuit Mandatum citatorium originale contra oppositores &c als emanatum, unacum Certificatorio in dorso super executione eiusdem et petiit omnes et singulos oppositores huiusmodi publice preconizari Ad cuius petitionem facta trina publica preconizatione ad foras exteriores dce Capelle infra Manerium predictum oium et singulorum qui contra dcam electionem, formam eiusdem aut personam in ea parte electam dicere, excipere vel opponere voluerint et nullo eorum comparen, nec aliquid in ea parte dicere, excipere vel opponere curan Prefatus venlis vir Dominus Nathanael Brent nomine procurio quo supra accusavit contumacias eorum et cuiuslibet eorundem et petiit eos omnes et singulos reputari contumaces et in penam contumaciarum suarum hmoi viam ulterius opponendi in hac parte eis et eorum cuilet precludi necnon ad ulteriora in dco Confirmaconis negotio procedend fore decerni ipsorum sic citatorum, preconizatq; et non comparen absentiis sive contumac in aliquo non obstan Ad cuius petitionem prefati Reverendissimus et Reverendi patres pronunciarunt eos omnes et singlos contumaces et in penam contumaciarum suarum hmoi viam ulterius opponendi contra dcam electionem, formam eiusdem aut personam in ea parte electam eis et eorum cuilet precluserunt, necnon ad ulteriora in dco Confirmaconis negotio iuxta Juris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam procedendum fore decreverunt, ipsorum sic citatorum et non comparen absentiis sive contumaciis in aliquo non obstan prout in schedula per prefatum Reverendissimum patrem Dnum Richardum Eborum Archiepum antedictum de consensu Collegarum suorum predictorum sibi assiden lecta continetur Quibus sic gestis prefat venlis vir Dominus Nathanael Brent nomine procuratorio quo supra dedit summariam petitionem in scriptis allegando, petendo et cetera faciendo prout in eadem continetur, quam petiit admitti &c qua quidem summaria petitione per me prefatum Carolum Wade notarium publicum antedictum de mandato prefatorum Comissariorum publice lecta dict Reverendissimus et Reverendi patres ad petitionem dicti Dni Nathanaelis Brent admiserunt dcam summariam petitionem quatenus de Jure &c et decreverunt procedend fore in dicto negotio summarie et de plano &c et assignarunt ei terminum ad proband hmoi summariam petitionem ad statim Et tunc dictus Dnus Nathanael Brent nomine procuratorio quo supra in subsidium probationis contentorum in dca summaria petitione exhibuit processum electionis de persona dicti Reverendi patris in Archiepum et Pastorem Ecclie Cathlis et Metropolit Christi Cant predict per Decanum et Capitulum eiusdem ecclie facta et celebrata sub forma autentica conceptum ac Certificatorium super eadem electione factum dicto Dno Electo directum Sigillo comuni eorundem Decani et Capitli (ut apparuit) respective sigillat et exhibuit Instrumentum publicum super consensum dicti Reverendi patris Dni electi eidem electioni adhibito Ac etiam exhibuit lras patentes Regias de assensu suo Regio superius mentionatas quatenus faciunt pro parte et intentione sua &c in dca summaria petitione deduct et non alr neq; alio modo Et allegavit omnia et singula contenta in dictis respective exhibitis fuisse et esse vera atq; habita et gesta prout in eisdem respective continetur, petendo terminum sibi assignari ad audiend sententiam sive finale decretum in hac causa Ad cuius petitionem prefat Reverendissimus et Reverendi patres Dni Comissarii sive Delegati antedicti assignarunt ad

audiend

audiendum sententiam ad statim Deinde prefatus Dominus Nathanael Brent
nomine procuratorio quo supra petijt omnes et singulos oppositores huiusmodi denuo
publice preconizari Ac eius petitionem facta alia trina publica preconizatione
oppositorum huiusmodi ad foras exterioris dicte Capelle et nullo eorum comparente
nec aliquid in hac parte dicente excipiente vel opponente curam Prefati Rmus
et Reverendi patres Domini Commissarij sive Delegati ad petitionem prefati
Dni Nathanaelis Brent (ut supra) accusantis eorum contumacias pro-
nunciarunt eos et eorum quemlibet contumaces et in penam contumaciarum
suarum huiusmodi decreverunt procedendum fore ad prolationem Sententie
diffinitive sive finalis decreti in huiusmodi Confirmationis negotio ferend
ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo
non obstante prout in alia schedula per prefatum Reverendissimum patrem
Dnum Richardum Archiepum Eborum antedictum de et cum consensu Collegarum
suorum pred lecta continetur Et tunc prestito Iuramento per prefatum
Reverendum patrem Dnum electum ad Sta Dei Evangelia per eum corporaliter
tacta et deosculata tum de agnoscendo Regiam supremam potestatem in
causis Ecclesiasticis et temporalibus ac de renunciando omni et omnimode
foranee et extranee Iurisdictioni potestati, auctoritati et superioritati iuxta formam
Statuti sive actus Parliamenti in ea parte editi et provisi quam de
Simonia non commissa pro vel de procuratione sive acquisitione Archiepatus
Cantuar &c iuxta Canonem in ea parte editum &c Prefatus Rmus pater
Dominus Richardus Eborum Archiepus de et cum consensu et assensu
prefatorum Reverendorum patrum Dominorum Walteri Winton Johannis
Sarisburien, ffrancisci Elien, Richardi Cicestren, Johannis Roffen, Johis
Oxon et Augustini Petriburgen respective Episcoporum Collegarum
suorum Commissariorum secum assidentium legit, tulit et promulgavit Sententiam
diffinitivam sive finale decretum in dicto Confirmationis negotio in scriptis
concept pronunciando, decernendo, declarando, confirmando ceteraque faciendo
prout in eadem continetur, Qui quidem Sententia diffinitiva sic lecta prefat
Reverendissimus pater Dominus Richardus Eborum Archiepus et dicti Reverendi
patres Domini Walterus Winton, Johannes Sarisburien, ffranciscus Elien, Richardus
Cicestren, Johannes Roffen, Johannes Oxon et Augustinus Petriburgensis
respective Episcopi Commissarij Regij antedicti nomina eorum manibus suis
proprijs respective subscripserunt. Super quibus omnibus et singulis tam dictus
Dominus Electus quam memoratus Dnus Nathanael Brent procurator
Decani et Capituli pred requisivit prefatum magistrum Willimum Sherman
notarium publicum antedictum sibi unum vel plura publicum seu publica
Instrumentum sive Instrumenta conficere ac testes infrascriptos nominatos
testimonium inde perhibere instanter rogavit et requisivit. Postremo pre
prefat Reverendissimus et Reverendi patres tam ad petitionem dicti Dni
Electi quam memorati Dni Nathanaelis Brent procuratoris Decani et
Capituli antedict decreverunt eis literas testimoniales super omnibus et
singulis premissis sub modo et forma supra specificatis gestis et expeditis
fieri et liberari Presentibus tunc et ibidem prenobilibus et Honorandis
viris Thoma Dno Coventry Dno Custode magni Sigilli Anglie, Richardo
Comite Portlandie summo Thesaurario Anglie, Henrico Comite Manchestrie
Custode privati Sigilli, Jacobo Duce Lenox, Roberto Comite Lindsey Summo
Camerario Anglie, Henrico Comite Huntington, Edwardo Comite Dorset
Dno Camerario Dne Regine, Jacobo Comite Carliolen, Henrico Comite Hollandie,

Academie

Academiæ Cantabrigien Cancellario, Willmo Comite Morton Dno Thesaurario Scotorum, Roberto Comite Roxburgh, Willmo Comite Sterling Secretario Scotorum, Edwardo Dno Vice-comite Wimbleton, Jeronimo Dno Weston, Georgio Dno Goring, ffrancisco Dno Cottington Cancellario de Scaccario, Dno Willmo Howard milite de baluto, Dno Thoma Edmondes Thesaurario Hospitij Regij, Dno Henrico Vane Contrarotulatore eiusdem Hospitij, Dno Thoma Jermyn Vice-Camerario, Dno Johanni Coke et Dno ffrancisco Windebanke Secretarijs primarijs Regiæ Maiestatis, Dno Roberto Heath summo Justiciario ad placita coram Dno Rege tenenda, et Dno Willmo Jones uno Justiciariorum de Banco Regio Necnon venerabilibus viris Dno Henrico Marten milite et legum Doctore Curiæ Prærogativæ Cantuar magistro Custodi sive Comissario, Dno Carolo Cæsar milite legum Doctore et Curiæ Audientiæ Cant Causarum et negotiorum Auditore, Dno Johanni Lambe milite et legum Doctore Thoma Rives legum etiam Doctore Advocato Regio, Arthuro Ducke, Thoma Eden et Galfrido Sualman legum respective doctoribus et almæ Curiæ Cant de Arcubus London Advocatis, Thoma Wynniff sacræ theologiæ professore, Decano Ecclesiæ Cathedralis divi Pauli London, Edmundo Mason sacræ theologiæ etiam professore Decano Ecclesiæ Cathedralis beatæ Mariæ virginis Sarum, ffrancisco Dee sacræ theologiæ professore Decano Ecclesiæ Cathedralis Cicestren, Johanne Warner sacræ theologiæ professore Decano Ecclesiæ Cathedralis Lichen, Thoma Turner et Willmo ffuller sacræ theologiæ professoribus cum multis alijs in numero copioso congregatis testibus &c

Tenores vero tam literarum patentium regiæ Ma:tis quam etiam totius processus in dicto Confirmationis negotio habiti et facti, ac superius mentionat sequuntur et sunt tales (viz:t)

Literæ Patentes Regiæ.

Carolus Dei gratia Angliæ, Scotiæ, ffranciæ et Hiberniæ Rex fidei Defensor &c Reverendissimo in xpo patri ac predilecto et fideli Consiliario nro Richardo providen divina Eborum Archiepo Angliæ Primati et Metropolitano ac Reverendis in xpo patribus ac predilectis et fidelibus nris Waltero Episcopo Winton, Johanni Sarisburien, ffrancisco Elien, Richardo Cicestren, Johanni Roffen, Johanni Oxon, Augustino Petriburgen respective Episcopis vel eorum quatuor quibuscunque Salutem. **Cum** vacante nuper Sede Archiepali Cant per mortem naturalem bonæ memoriæ Georgij Abbott ultimi et immediati Archiepi et Pastoris eiusdem ad humilem petitionem Decani et Capituli Ecclesiæ nræ Cathedralis et Metropolitanæ Christi Cantuar eisdem per literas nras patentes licentiam concesserimus alium sibi eligendi in Archiepum et Pastorem Sedis predictæ, Ac ijdem Decanus et Capitulum vigore et obtentu licentiæ nræ Reverendum in xpo patrem ac predilectum et fidelem Consiliarium nrum Guilielmum Episcopum London sibi et Ecclesiæ predictæ elegerunt in Archiepum et Pastorem prout per literas suas paten sigillo eorum comuni sigillat nobis inde direct plenius liquet et apparet **Nos** electionem illam acceptantes eidem electioni Regium nrum assensum adhibuimus et adhibemus pariter et favorem. Et hoc vobis tenore presentium significamus Rogantes ac in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter precipiendo mandamus quatenus vos aut ad minus quatuor vrum eundem Guilielmum London Episcopum in Archiepum et Pastorem Ecclesiæ Cathedralis et Metropolitanæ Christi

Cantuar predict electum Electionemq; eandem confirmaret Ceteraq; omnia et singula peragere et adimplere que vo in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam Statuti in ea parte edit et provisi velitis cum effectu. In cuius rei Testimonium has tras nras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Canbury quarto die Septembris Anno Regni nri nono./

Procuratorium Decani et Capli Cant./

Pateat universis per presentes Quod Nos Isaacus Bargrave Sacre Theologie Professor Decanus Ecclie Cathis et Metropolitane Christi Cantuar et eiusdem Ecclie Capitulum in Domo nra Capitulari ltime congregati Dilectos nobis in Christo venerabiles viros predict Isaacum Bargrave Decanum, Doctorem Warner et Doctorem Paske in sacra theologia professores et predicte Ecclie Cathis et Metropolitane Prebendarios, Henricum Martin et Nathanaelem Brent milites et legum doctores, magros Thomam Jeves et Willmum Somner notarios publicos conttim et quemlibet eorum per se divisim et insolidum Ita quod non sit melior conditio primitus occupantis nec deterior subsequentis sed quod unus eorum inceperit id ipsorum quilibet libere prosequi valeat, mediare pariter et finire, nros veros certos et ltimos ac indubitatos procuratores, actores, factores negotiorumq; nostrorum gestores et nuncios speciales et generales ad infrascripta omnia et singula, nominamus, ordinamus, facimus et constituimus per presentes Damusq; pariter et concedimus eisdem procuratoribus nris conttim et cuilibet eorum (ut prefertur) per se divisim et insolidum potestatem generalem et mandatum tam generale quam speciale pro nobis ac vice et nominibus nris, coram Reverendo in Christo patre et Dno Dno Guilielmo providentia divina London Episcopo comparendi et intercedendi, literasq; Certificatorias sive decretum de et super electione eiusdem Reverendi pris in Archiepum et Pastorem Ecclie Cathis et Metropolitane Christi Cant pred per nos fact et confect Sigilloq; nro communi sigillat eidem Reverendo pri realr presentandi, exhibendi et ostendendi Ipsumq; suppliciter et cum instantia quoties eis sive eorum alicui visum fuerit expedire quatenus electioni predicte de persona sua (ut prefertur) fact et celebrat consentire ac consensum et assensum suos eidem expresse prebere dignetur, rogandi et requirendi Necnon electionem sive Certificatorium super eadem huiusmodi Serenissimo in Christo Principi et Dno nro Dno Carolo Dei gra Anglie, Scotie, ffrancie et Hibnie Regi fidei defensori &c intimandi et notificandi et eius assensum et consensum regios in ea parte humiliter implorandi Ac decretum electionis pred et personam per nos (ut premittitur) electam coram quibuscunq; personis regia auctoritate in hac parte ltime fulcitis presentandi et exhibendi deumq; decretum sive processum Electionis pred et personam sic (ut premittitur) electam in debita Juris forma confirmari et approbari defectusq; si qui forsan in hac parte intervenerint debite suppleri petendi, requirendi et impetrandi agendiq; et defendendi ac litem sive lites contestandi et contestari videndi Articulum sive Articulos libellum sive libellos seu quascunq; summarias petitiones dandi et proponendi Testes, literas et instrumenta ac alia quecunq; probationum genera, producendi et exhibendi Testesq; huiusmodi iurari videndi et audiendi in causa seu causis concludendi et concludi videndi deumq; Confirmationis negotium usq; ad finalem expeditionem eiusdem inclusive prosequendi Necnon administrationem oium et singulorum

spualium et temporalium dict Archiepatus Cantuar eidem Electo comitti Ipsumq; in
realem, actualem et corporalem possessionem eiusdem Archiepatus Juriumq; dignitatu
Honorum, preheminentiarum et pertinentium suorum universorum inducendum et
inthronizandum fore decern petendi, requirendi et obtinendi Et generaliter omnia et
singula alia faciend exercendi et expediendi que in premissis et circa ea necessaria
fuerint seu quomodolet opportuna etiamsi mandatum de se magis exigant speciale
quam superius est expressum Promittimusq; nos ratum gratum et firmum perpetuo
habituros ac totum et quicquid dicti procuratores nri seu eorum aliquis fecerint seu
fecerit in premissis vel aliquo premissorum in ea parte Cautionem exponimus
per ptes. **In cuius rei** Testimonium sigillum nrum Commune ptibus
apponi fecimus Datum in Domo nra Capitulari decimo nono die mensis
Augusti Anno Dni Millimo sexcentmo tricesimo tertio Regniq; serenissimi in
Christo principis et Dni nri Dni Caroli dei gra Anglie Scotie Francie et
Hibnie Regis fidei defensoris &c nono. 1633.

Citatio contra
omnes oppositores.

Richardus providentia divina
Eborum Archiepus Anglie Primas et Metropolitanus, Walterus Winton, Johannes
Sarisburien, Franciscus Elien, Richardus Cicestren, Johannes Roffen, Johannes
Oxon et Augustinus Petriburgen eadem providen divina, respective Episcopi
mediantibus, lris Comissionalibus Serenissimi in Christo principis et Dni
nri Dni Caroli dei gra Anglie, Scotie, Francie et Hibnie Regis fidei defens
&c nobis in hac parte directis ad infrascripta ltime fulciti Universis et singlis
dicti Dni nri Regis subditis ubilt constitutis Salutem. **Cum** vacante
nuper Sede Archiepali Cantuarien per obitum bone memorie Dni Georgij
Abbott ultimi Archiepi et Pastoris eiusdem, Decanus et Capitulum Ecclesie
Cathis et Metropolitice Christi Cantuar predict pro electione novi et futuri
Archiepi eiusdem eclie (licentia Regia primitus in ea parte petita et obtenta)
celebrandi certum terminum prefixerint et assignaverint atq; in huiusmodi electionis
negotio (termino ad id statuto et assignato) rite procedentes Reverendum in xpo
patrem et Dominum Dnm Guilielmum Laud providen divina London Epum
in eorum et dicte Ecclesie Cathis et Metropolitice Christi Cantuar predict
Archiepum elegerint Cumq; dictus Serenissimus Dominus noster Rex ad
humilem petitionem dictorum Decani et Capituli eidem electioni de persona
prefati electi (ut premittitur) facte et celebrate et persone electe Regium
suum adhibuerit assensum pariter et favorem prout per easdem lras suas
patentes magno Sigillo Anglie sigillatas nobis significaverit, Mandando
quatenus personam electam et electionem huiusmodi confirmare iuxta formam statuti
in ea parte editi et provisi velimus cum omni celeritate accomoda prout per
easdem lras patentes regias (ad quas habeatur relatio) plenius liquet et
apparet, Nos vero volentes eiusdem serenissimi Dni nri Regis mandatis pro
officij nri debito parere et in huiusmodi Confirmationis negotio iuxta Juris et
statutorum huius inclyti Regni Anglie exigentiam procedere Omnes et
singulos oppositores (si qui fuerint) qui contra dictam Electionem seu formam
eiusdem personamve electam dicere, excipere vel opponere voluerint ad diem
locum et effectus subscript comparend et citand fore decrevimus iustitia id
poscente; **Vobis** igitur coniunctim et divisim comittimus ac firmiter
iniungendo mandamus quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie
publice altaq; et intelligibili voce infra Ecclesiam Cathem Sancti Pauli
London necnon per affixionem ptium in aliquo loco convenienti infra eandem
Ecclesiam

Ecclesiam Cathedralem vel in aliis locis publicis, ubi melius videbitur expedire, — Omnes et singulos oppositores huiusmodi (si qui sint) in specie aliquos, in genere qui contra dictam electionem, formam eiusdem, personamve in hac parte electam dicere, obiicere, excipere vel opponere voluerint. **Quod** compareant et eorum quilibet compareat coram nobis aut quatuor nostrum in Capella infra Manerium Archiepiscopale Cant. apud Lambehith in Comitatu Surrie die Jovis decimo nono viz. die presentis mensis Septembris inter horas octavam et decimam ante meridiem eiusdem diei cum continuatione et prorogatione dierum extunc sequentium et locorum (si oporteat) in ea parte fiend. contra dictam Electionem, formam eiusdem aut personam in ea parte electam (si sua putaverint — interesse) in debita Juris forma dictur. excepttur et oppositur. facturique — ulterius et recepturi quod iustitia in hac parte suadebit et dicti negotii — qualitas et natura de se exigunt et requirunt. Intimantes insuper modo et forma praedictis omnibus et singulis Oppositoribus (si qui sint) in specie aliquos in genere quibus nos etiam harum serie sic intimamus quod sive ipsi sic citati dictis die, hora et loco coram nobis comparuerint et contra dictam electionem, formam eiusdem personamve in hac parte — electam obiicere, excipere et opponere curaverint sive non, Nos nihilominus in dicto negotio iuxta Juris et Statutorum huius Regni Angliae in ea parte editorum exigentiam procedemus et procedere intendimus, ipsorum sic — citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante — Et quid in premissis feceritis, Nos dictis die hora et loco debite certificetis seu sic certificet ille vestrum qui presens nostrum mandatum fuerit executus prout decet. In cuius rei Testimonium Sigillum Officii Vicarii in spiritualibus generalis Sedis Archiepiscopalis Cantuarien. presentibus appone — fecimus Dat. Londini decimo tertio die mensis Septembris Anno Domini Millesimo sexcentesimo tricesimo tertio. /

Certificatorium super executione Citationis producit. /

Reverendissimo in Christo patri ac Domino, Domino Richardo providentia divina Eboracen. Archiepiscopo Angliae Primati et Metropolitano necnon Reverendis in Christo patribus Dominis Waltero Winton, Johanni Sarisburien, Francisco Eliensi, Richardo Cicestren, Johanni Roffen, Johanni Oxon et Augustino Petriburgen eadem providen. Episcopis (mediantibus literis Commissionalibus — patentibus Serenissimi in Christo Principis et Domini nostri Domini Caroli Dei gra. Angliae Scotiae, Franciae, et Hiberniae Regis Fidei Defensoris etc. dictis) ad infrascripta Commissariis aut quatuor vestrum. Vester humilis et devotus Richardus Hodgkinsonne literatus, vester ad infrascripta mandatarius legitime deputatus omnimodas reverentiam et obedientiam debitas et condignas cum honore. Mandatum vestrum retroscript. nuper cum ea (qua decuit) reverentia humiliter recepi exequendum Cuius vigore pariter et auctoritate omnes et singulos oppositores (si qui fuerint) tam in specie quam in genere qui contra retronominatam electionem, formam eiusdem aut personam electam dicere, excipere vel opponere voluerint per publicationem istius vestri mandati publice altaque et intelligibili voce ad portam exteriorem Chori Ecclesiae Cathedralis Sancti Pauli London. necnon per affixionem eiusdem mandati in valvis exterioribus Chori eiusdem Ecclesiae Cathedralis decimo — quarto die mensis Septembris Anno Domini Millesimo sexcentesimo tricesimo tertio tam circiter inter divinorum solemnia dum maior in eadem Ecclesia ad divina audienda adesset populi multitudo et ibidem aliquandiu dimissi permansit citavi. Quod — compareant et eorum quilibet compareat coram vobis aut quatuor vestrum in

Capella infra Mancrium Archiepali Cantuar apud Lambeth in Com Surrie, die Jovis decimo nono vizt die instantis mensis Septembris, inter horas octavam et undecimam ante meridiem eiusdem diei, contra dcam electionem, formam eiusdem aut personam electam (si sua putaverint interesse), in debita Juris forma dicturi, excepturi et oppositur Ulteriusq facturi et recepturi quod iustitia in hac parte suadebit et dicti negotij qualitas et natura de se exigunt et requirunt Et praeterea eisdem oppositoribus omnibus et singulis sic (ut praefertur) citatis eisdem die et loco publice intimari Quod siue ipsi dictis die hora et loco comparuerint et quae imperata sunt fecerint siue non, vos nihilominus aut quatuor vrum in negotio Confirmationis Electionis praescript iuxta Juris et statutorum in ea parte exigentiam procedetis ac procedere intenditis ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia siue contumacia in aliquo non obstante. Et sic hmoi vrum mandatum quantum in me fuit, humiliter sum executus In cuius rei Testimonium Sigillum venlis viri decani siue Comissarij Decanat de Shorham et Croydon Eclie Cathis et Metropoca Christi Cant Jurisdictionis immediate ptibus apponi procuravi Et nos decanus siue Comissarius antedus ad specialem rogatum dicti Certificantis Sigillum nrum hmoi ptibus apponi fecimus Dat decimo quinto die mensis Septembris Anno Dni 1633.

Schedula prima.

In dei nomine Amen: Nos Richardus providentia divina Eboracen Archiepus Angliae Primas et Metropolitanus necnon Walterus Winton, Johannes Sarisburien, ffranciscus Eliensis, Richardus Cicestrensis, Johannes Roffensis, Johannes Oxoniensis, et Augustinus Petriburgen eadem providen divina respective Episcopi Serenissimi in Xpo principis et Dni nri, Dni Caroli dei gra Angliae, Scotiae, ffranciae et Hibniae Regis Fidei defensoris &c (mediantibus lris suis Regijs Comissionalibus patentibus) ad infrascripta vri Comissarij (cum hac clausula, quatenus vos aut ad minus quatuor vrum &c) specialiter et ltime deputati in negotio Confirmationis electionis de persona Reverendi in Xpo pris et domini, dni Guilielmi providen divina London Episcopi, in Archiepum et Pastorem Eclie Cathis et Metropoca Christi Cantuar electi, factae et celebratae, rite et ltime procedentes Omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dcam electionem seu formam eiusdem aut personam electam in debita Juris forma dicturos, excepturos et oppositures, alias ltime et peremptorie citat, saepius publice praeconizat diuq et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes ad petitionem procuratoris decani et Capitli Eclie Cathis et Metropoca Christi Cantuar praedict, pronunciamus contumaces et in poenam contumaciarum suarum hmoi ipsis et eorum cuilibet viam ulterius opponendi contra dcam electionem, formam eiusdem et personam sic electam praecludimus in hijs scriptis Ac etiam decernimus ad ulteriora in dicto Confirmationis negotio procedendum fore iuxta Juris et statutorum huius Regni Angliae exigentiam ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia siue contumacia in aliquo non obstante.

dicent, excipient vel opponere voluerint ad comparendum coram nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dcam electionem, formam eiusdem aut personam electam

Lecta fuit huiusmodi schedula per Reverendissimum in Xpo prem Dum Richardum Eborum Archiepum &c antedum de et cum consensu Condelegatorum suorum &c die et loco ac inter horas in actu praecedente mentionat et in ~~praesentia~~ testium in eodem actu descriptorum.

Summaria Petitio

In Dei nomine Amen: Coram vobis Reverendissimo in Christo patre ac Dno, Dno Richardo providen divina Eborum Archiepo Angliae

Angliæ Primate et Metropolitano, necnon Reverendis in Christo patribus Dominis Waltero Winton, Johanne Sarisburien, Francisco Elien, Richardo Cicestren, Johanne Roffen, Johanne Oxon et Augustino Petriburgen eadem providentia respective Episcopis Serenissimi in Christo Principis et Domini nostri Domini Caroli Dei gratia Angliæ, Scotiæ, Franciæ et Hiberniæ Regis fidei defensoris etc (mediantibus Literis suis Commissionalibus Regijs patentibus) ad infrascripta Commissarijs cum hac clausula, quatenus vos aut ad minus quatuor vestrum specialiter et legitime deputatis Pars venerabilium virorum Decani et Capituli Ecclesiæ Cathedralis et Metropoliticæ Christi Cantuar dicit, allegat et in hijs scriptis ad omnem Juris effectum exinde sequi valentem, per viam Summariæ petitionis in Jure, proponit articulatim prout sequitur viz: /

Inprimis viz.t Quod Sedes Archiepiscopalis Ecclesiæ Cathedralis et Metropoliticæ Christi Cantuar predicta, per obitum bonæ memoriæ Domini Georgij Abbott ultimi Archiepiscopi Cantuar, nuper vacavit, vacat et aliquamdiu vacavit Pastorisque solatio caruit, Hocque fuit et est verum, publicum, notorium, manifestum pariter et famosum Et ponit coniunctim et divisim ac de quolibet. / 1

Item Quod dicta Sede Archiepiscopali Cantuar (ut premittitur) dudum vacante Decanus et Capitulum Ecclesiæ Cathedralis et Metropoliticæ antedictæ Capitulariter congregati et Capitulum facientes (licentia Regia primitus ad id petita et obtenta) certum diem et Domum suam Capitularem Cantuar ad electionem futuri Archiepiscopi Cantuar celebrandam unanimiter et concorditer prefixerunt, ac omnes et singulos eiusdem Ecclesiæ Canonicos et Prebendarios suos, voces aut interesse in eadem electione habentes seu habere pretendentes ad diem et locum predictum in huiusmodi electionis negotio processuros et procedi visuros legitime et peremptorie citari fecerunt, Hocque fuit et est verum, publicum, notorium, manifestum pariter et famosum Et ponit ut supra. / 2

Item Quod prefati Decanus et Capitulum die et loco prefixis, viz.t decimo nono die mensis Augusti ultimi preteriti Capitulariter congregati et Capitulum facientes servatis primitus per eos de Jure et dictæ Ecclesiæ consuetudine servandis unanimiter et concorditer, nullo eorum contradicente ad electionem futuri Archiepiscopi Ecclesiæ memoratæ per viam seu formam Compromissi procedendum fore decreverunt Illamque viam seu formam unanimiter assumpserunt et elegerunt Necnon in venerabilem virum Isaacum Bargrave sacræ Theologiæ professorem dictæ Ecclesiæ Cathedralis et Metropoliticæ Christi Cantuar Decanum sub certis in processu eiusdem electionis expressatis legibus et conditionibus compromiserunt promittentes se illum accepturos in eorum et dictæ Ecclesiæ Archiepiscopum quem dictus Compromissarius sub legibus et Conditionibus predictis duxerit eligendum Et ponit ut supra. / 3

Item Quod dictus Compromissarius onus Compromissi huiusmodi in se acceptans, matura deliberatione apud se in ea parte habita votum suum in Reverendum in Christo patrem Dominum Guilielmum Laud London Episcopum direxit Ipsumque in Archiepiscopum et Pastorem Ecclesiæ Cathedralis et Metropoliticæ Christi Cant predictæ, iuxta et secundum potestatem sibi in hac parte concessam et Compromissionem predictam elegit et Ecclesiæ memoratæ de eodem providebat Et ponit ut supra. / 4

Item Quod omnes et singuli dictæ Ecclesiæ Canonici et Prebendarij in Domo 5

Capitulari, predicta tunc prestitis et plenum Capitulum ibm facientes electionem predictam per eundem venerabilem virum Isaacum Bargrave Compromissarium antedictum (ut premittitur) factam acceptarunt et approbarunt ac ratam et gratam habuerunt pariter et acceptam Et ponit ut supra. /

6 Item Quod Electio hmoi et persona electa die prenotato in Ecclia Cathli et Metropolitica Christi Cant, prout Coram Clero et populo tunc in multitudine copiosa ibidem congregatis debite publicate et declarate fuerunt Et ponit ut supra.

7 Item Quod dictus Reverendus pater dominus Electus hmoi electioni de se et persona sua (ut premittitur) facte et celebrate ad humilem peticionem partis eorundem Decani et Capli, constitutis debitis loco et tempore requisitus ac consensum et assensum suos eidem prebuit in scriptis per eum lectis Et ponit ut supra. /

8 Item Quod predictus Reverendus Dnus Electus fuit et est vir providus et discretus ac sacrarum literarum doctrina et scientia sufficienter imbutus necnon vita et moribus merito commendatus, liber et de legitimo matrimonio procreatus atque in etate legitima, et ordine sacerdotali constitutus, necnon deo devotus et Eccle[illegible] apprime necessarius ac Dno nro Regi Regnoque suo et Reipublice fidelis et utilis Et ponit ut supra. /

9 Item Quod prefati Decanus et Capitulum hmoi Electionem et personam electam predicto Serenissimo Dno nro Regi per literas suas patentes sigillo eorum Communi roboratas pro officii sui debito iuxta formam Statuti huius inclyti Regni Anglie in ea parte editi et provisi significarunt et intimarunt Et ponit ut supra. /

10 Item Quod intimato pro parte Decani et Capituli antedictorum eidem Regie sublimitati processu electionis hmoi Idem Serenissimus Dnus noster Rex pro sua clementia Regia hmoi Electioni de persona prefati Reverendi patris Dni Guilielmi London Episcopi (ut prefertur) facte et celebrate consensum et assensum suos Regios gratiose adhibuit, illamque ratam et gratam habuit et habet Hecque fuit et est verum, publicum, notorium, manifestum pariter et famosum Et ponit ut supra. /

11 Item Quod dictus Serenissimus Dnus nr Rex Vobis Reverendissimo et Reverendis prout antedictis de assensu et consensu suis Regiis hmoi eidem electioni (ut premittitur) adhibitis per literas suas patentes vobis inscriptas et directas non solum significavit verum etiam earundem literarum Patentium serie vobis rogando mandavit quatenus vos aut ad minus quatuor vrum electionem predictam et eundem Electum confirmare Ceteraque peragere que vobis in hac parte incumbunt officiis Pastoralibus iuxta formam Statuti in ea parte editi et provisi ac literarum Patentium hmoi seriem velitis cum favore. Et ponit ut supra. /

12 Item Quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera, publica, notoria, manifesta pariter et famosa atque de et super eisdem laborarunt et in presenti laborant publica vox et fama Unde facta fide de Jure in hac parte requisita, ad quam faciend offert se pars dictorum Decani et

Capli

Capituli promptam et paratam pro loco et tempore congruis ostendere petitque eadem pars prefatam Electionem et personam electam confirmandam fore decerni et cum effectu confirmari iuxta Juris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam necnon tenorem Regiarum Commissionalium Patentium predictarum vobis in hac parte directarum ipsique Curamque regimen et administrationem spiritualium Archiepatus Cantuar predict' electo committi ipsumque in realem, actualem et corporalem possessionem dicti Archiepatus Cantuar Juriumque dignitatum honorum preheminentiarum et pertinentiarum suarum universorum, inducendum, installandum et inthronizandum fore decerni Ulteriusque fieri, statui et decerni in premissis et circa eadem quibuscunque quod Juris fuerit et rationis supplendo defectus quoscunque in ea parte intervenientes iuxta facultatem vobis concessam Que proponit et fieri petit pars ista proponens coniunctim et divisim non arctans se ad omnia et singula premissa probanda nec ad onus superflue probationis de quo protestatur sed quatenus probaverit in premissis eatenus obtineat in petitis (Juris beneficio et dci Dni nri Regis gratia speciali in omnibus semper salvis) vrum officium Dni Judicis Delegati ac dei humiliter implorando.

Certificatorium fact' Dno Electo.

Reverendo in Christo patri et Dno, Dno Guilielmo providentia divina London Episcopo vestri humiles et devoti Isaacus Bargrave sacre theologie professor Decanus Ecclie Cathis et Metropo Christi Cantuar et eiusdem Ecclie Capitulum omnimodas reverentiam et obedientiam tanto Reverendo patri debitas cum honore. Vestre Reverende paternitati tenore presentium significamus et innotescimus Quod vacante nuper Sede Archiepali Cantuar per mortem naturalem Reverendissimi in Christo patris et Dni, Dni Georgij Abbott ultimi Archiepi ibm, Nos Decanus et Capitulum antedicti in domo nra Capitulari die dat presentium vigore et auctoritate licentie Illustrissimi in Christo principis et Dni nri Dni Caroli Dei gra Anglie, Scotie, Francie et Hibnie Regis fidei defensoris &c nobis in ea parte fact et concesse ad effectum eligendi novum Archiepum et Pastorem Ecclie Cathis et Metropo Christi Cantuar, predict Capitulariter congregati et Capitulum ibm facientes (servatis de Jure et Statutis huius Regni Anglie in ea parte servandis) habitoque prius inter Nos tractatu diligenti de persona in ea parte eligenda. Tandem in vram Reverendam Paternitatem vota nra direximus dictamque paternitatem vram Reverendam per Regiam maiestatem nobis nominatam et commendatam in nrum et dce Ecclie Cathis et Metropo Christi Cantuar Archiepum et Pastorem unanimiter ac gratis animis elegimus ac electionem hmoi Illustrissimo Dno nro Regi per literas nras Certificatorias sigillo nro communi sigillatas significavimus et notum fecimus Quocirca vram paternitatem Reverendam humiliter et obnixe rogamus quatenus hmoi electioni de persona vra sic (ut prefertur) per nos facte et celebrate consentire et consensum et assensum vros eidem prebere gratiose dignemini. **In quorum** omnium et singulorum premissorum fidem et testimonium Sigillum nrum Commune presentibus apponi fecimus Datum in Domo nra Capitulari decimo nono die mensis Augusti Anno Regni Dni nri Dni Caroli Dei gra Anglie Scotie Francie et Hibnie Regis fidei defensoris &c nono Annoque Dni 1633.

Instrumentum consensus.

In Dei nomine Amen. Per presens publicum Instrumentum cunctis appareat evidenter et sit notum Quod die Lune decimo sexto viz die mensis Septembris Anno Dni Millesimo sexcentesimo tricesimo tertio, Regnique Serenissimi in Christo Principis et Dni nri Dni Caroli Dei gra Anglie, Scotie, Francie et Hibnie Regis fidei defensoris &c Anno nono In Camera

sua

ſita apud Whitehall in Com Midd notorie ſituata Inque mei Caroli Wade notarii publici ſubſcripti ac teſtium inferius nominatorum preſentia Conſtitutus perſonaliter venerabilis vir Dominus Nathanael Brent, miles legum Doctor, Vicarius in ſpiritualibus generalis Sedis Archiepalis Cant exhibuit procuratorium ſuum Venerabilium virorum Decani et Capituli Eccleſie Cathedralis et Metropolitice Chriſti Cant ſigillo eorum communi (ut apparuit) ſub cera rubea ſigillatum gerens datum decimo nono die menſis Auguſti Anno Domini ſupraſcripto, ac inter alios conſtitutum et deputatum factum et fecit ſe partem pro eiſdem ac nomine procuratorio eorundem Decani et Capituli, preſentavit Reverendo in Chriſto patri Domino Guilielmo providentia divina London Epiſcopo tunc et ibidem perſonaliter preſenti Literas quaſdam teſtimoniales ſive Certificatorias de et ſuper electione eiuſdem Reverendi patris in Archiepiſcopum et Paſtorem Eccleſie Cathedralis et Metropolitice Chriſti Cant predicte facta et celebrata, necnon totum et integrum proceſſum in eodem electionis negotio habitum et factum ſub forma publici Inſtrumenti conceptum Sigillo communi eorundem Decani et Capituli (ut etiam apparuit) ſub Cera rubea reſpective ſigillat Ipſumque Reverendum patrem Dominum Electum nomine procuratorio quo ſupra inſtanter inſtantius et inſtantiſſime rogavit et requiſivit quatenus eidem electioni de ipſo et eius perſona (ut premittitur) factae et celebratae conſentire ac conſenſum et aſſenſum ſuos eidem prebere dignaretur Qui quidem Reverendus pater Dominus Electus auditis ſic requiſitus et interpellatus Primo et ante omnia ſummas gratias egit Deo optimo maximo bonorum omnium largitori Deinde Sereniſſimo Domino noſtro Regi qui ipſum dictis Decano et Capitulo commendare dignatus fuerit Poſtremo eiſdem Decano et Capitulo qui eum tam gratis animis unanimiter elegerunt, licet ſe (ut aſſeruit) tanto muneri indignum iudicaret Tamen ne et Divinae voluntati et dicti Domini noſtri Regis beneplacito reſiſtere videretur, Deum altiſſimum precatus, ut ſuo ſancto ſpiritu et gratia ſpeciali illi in eius adeſſe velit ad illuſtrandum nominis ſui gloriam et Eccleſie utilitatem procurandam, Electioni predictae de ipſo et eius perſona (ut premittitur) factae et celebratae conſentiebat ac conſenſum et aſſenſum ſuos eidem prebuit in ſcriptis per eum lectis tenorem ſequentem de verbo in verbum in ſe complectentibus (viz.) **In Dei nomine Amen.** Ego Guilielmus providentia divina London Epiſcopus in Archiepiſcopum et Paſtorem Eccleſie Cathedralis et Metropolitice Chriſti Cantuar rite et legitime nominatus et electus, atque ad conſentiendum Electioni de me et perſona mea in ea parte factae et celebratae ex parte et per partem venerabilium virorum Decani et Capituli eiuſdem Eccleſie Cathedralis et Metropolitice inſtanter rogatus et requiſitus Dei omnipotentis clementia fretus Electioni huiuſmodi de me et perſona mea ſic (ut premittitur) factae et celebratae ad honorem Dei omnipotentis patris, filij et ſpiritus Sancti, conſentio, eidemque Electioni conſenſum et aſſenſum meos ſemel atque iterum rogatus et interpellatus prebeo in his ſcriptis. Super quibus omnibus et ſingulis premiſſis tam dictus Reverendus pater quam memoratus venerabilis vir Dominus Nathanael Brent me prefatum notarium publicum ſibi unum vel plura publicum ſeu publica Inſtrumentum ſive Inſtrumenta conficere, ac teſtes inferius nominatos teſtimonium inde perhibere, inſtanter rogavit et requiſivit. **Acta** fuerunt hec omnia et ſingula premiſſa prout ſupraſcribuntur et recitantur ſub annis Domini Regnique Regie Maieſtatis, menſe die et loco predictis Preſentibus tunc et ibidem Willelmo Bell, Richardo Robinſon et Humphredo Croſſe generoſis et Thoma Wilmott notario publico teſtibus ad premiſſa videndum, audiendum et teſtificandum vocatis et ſpecialiter requiſitis./

El

Et ego Sacuilus Wade Cestren Dioc. natus publicus autoritate
Regia notarius, Quia premissis omnibus et singulis dum sic -- --
(ut premittitur) sub Anno Domini Regnique Regiae Maiestatis, mense,
die et loco predictis agebantur et fiebant, unacum prenominatis testibus
presens personaliter interfui eaque omnia et singula modo et forma pre-
notatis fieri, geri et expediri vidi, scivi et audivi atque in notam -- --
sumpsi; Ideo hoc presens publicum Instrumentum manu mea propria
fideliter scriptum exinde confeci atque in hanc publicam et authenticam
formam redegi, Signoque nomine, cognomine et subscriptione meis
solitis et consuetis signavi et me hic subscripsi in fidem et testimonium
omnium et singulorum premissorum rogatus et specialiter requisitus./
Per me Sacuilum Wade notarium publicum predictum./

Processus Electionis Reverendissimi /

Universis et singulis Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit
Isaacus Bargrave sacrae theologiae professor Decanus Ecclesiae Cathedralis et Metropoliticae
Christi Cantuar et eiusdem Ecclesiae Capitulum Salutem in authore salutis. Ad --
vestrorum omnium et singulorum noticiam deducimus et deduci volumus per presentes
Quod vacante nuper Sede Archiepiscopali Cantuar per obitum bonae memoriae Reveren-
dissimi in Christo patris ac Domini, Domini Georgij Abbott ultimi et immediati Archipresulis
et Pastoris ibidem. Nos Decanus et Capitulum antedicti, ne eadem Ecclesia Cathedralis
et Metropolitica per suam diutinam vacationem gravia patiatur incommoda, habita
prius et obtenta licentia Illustrissimi in Christo Principis et Domini nostri Domini Caroli
Dei gratia Angliae, Scotiae Franciae et Hiberniae Regis Fidei Defensoris &c ad electionem
futuri Archiepiscopi et Pastoris eiusdem Ecclesiae procedere volentes, decimo quarto die
mensis Augusti Anno Domini Millesimo sexcentesimo tricesimo tertio, in Domo nostra
Capitulari Ecclesiae memoratae Capitulariter congregati et Capitulum ibidem
facientes, diem Lunae videlicet decimum nonum diem mensis Augusti predicti
ac horas nonam et decimam ante meridiem eiusdem diei ac Domum Capitularem
predictam cum continuatione et prorogatione dierum et horarum extunc sequentium ac
locorum (si oportebat) in eadem parte fiendis Nobis met ipsis tunc presentibus et aliis
eiusdem Ecclesiae Canonicis et Prebendarijs absentibus, Ius vocis aut interesse in
electione futuri Archiepiscopi Ecclesiae Cathedralis et Metropoliticae Christi Cant. predictae habentibus
seu habere pretendentibus ad electionem futuri Archiepiscopi et Pastoris prefatae Ecclesiae
(Divina favente clementia) celebrandam, pro termino et loco competentibus prefiximus
et assignavimus, Ad quos quidem diem, horas et locum, omnes et singulos Canonicos
sive Prebendarios predictae Ecclesiae Ius vocis aut interesse in huiusmodi electione aut
electionis negotio habentes, in specie, ceterosque omnes et singulos alios (si qui essent)
qui de iure seu consuetudine in hac parte Ius aut interesse habere pretenderent
in genere ad procedendum et procedi videndum in eodem electionis negotio, ac in omnibus
et singulis actis, usque ad finalem expeditionem eiusdem, iuxta morem antiquum
et laudabilem consuetudinem Ecclesiae predictae in hac parte ab antiquo usitatam
et inconcusse observatam Citari et peremptorie citandos, vocandos et monendos
fore decrevimus, et in ea parte literas Citatorias fieri in forma efficaci, valida
et assueta fecimus Necnon potestatem et mandatum dilecto nobis in Christo
Iohanni Cartwright Cantuar Dioc. literato in ea parte commisimus, cum intima-
tione quod sive ipsi sic citati in huiusmodi electionis negotio die, horis et loco predictis
comparuerint sive non, Nos nihilominus in eodem negotio procederemus et
procedere intendebamus, ipsorum sic citatorum absentia sive contumacia in
aliquo non obstante. Quo quidem die Lunae videlicet die decimo nono mensis Augusti
predicti

prædict adveniente inter horas prius assignat Nos Decanus et Capitulum
antedict (Campana ad Capitulum celebrand prius pulsata) domum Capitular
ecclie Cathlis præd ingredientes et Capitulum ibm celebrantes, in dilecti nobis in
Xpo magri Willmi Somner notarij publici ac testium inferius nominatorum
præsentijs Lras citatorias de quibus fit mentio vnacum Certificatorio super
executione earundem per eundem Johannem Cartwright mandatarium nrum
in hac parte antedictum, coram nobis tunc et ibm introductas et exhibitas, publice
perlegi fecimus. Tenores vero licentiæ Regiæ prædict et Lrarum huiusmodi citatoriarum
ac certificatorij eiusdem de verbo in verbum sequuntur et sunt tales **Carolus**
dei gratia Angliæ, Scotiæ, Franciæ et Hibniæ Rex fidei defensor &c Dilectis
nobis in Xpo Decano et Capitulo ecclie Cathlis et Metropolit Xpi Cantuar
Salutem. Ex parte vra nobis est humiliter supplicatum, vt cum ecclia præd
per mortem naturalem vltimi Archiepi eiusdem iam vacet et pastoris sit
solatio destituta alium vobis eligendi in Archiepum et Pastorem licentiam
nram fundator vobis concedere dignaremur Nos precibus vris in hac
parte favorabiliter inclinati, licentiam illam vobis (tenore presentium) duximus
concedendam Rogantes ac in fide et dilectione quibus nobis tenemini
præcipientes, quod talem vobis eligatis in Archiepum et Pastorem qui
deo devotus, nobisque et Regno nro vtilis et fidelis existat. In cuius rei
testimonium has Lras nras fieri fecimus patentes. Teste meipso
apud Danbury duodecimo die Augusti Anno Regni nri nono. per Breve
de privato sigillo Cesar Ce. **Isaacus Bargrave**, in sacra theologia
professor Decanus Ecclie Cathlis et Metropolit Christi Cantuar et eiusdem
loci Capitulum Dilecto nobis in Xpo Johanni Cartwright clerico Salutem.
Cum Sedes Archiepalis Cantuar prædict per obitum Reverendissimi in
Xpo patris et dni, dni Georgij Abbott vltimi Archiepi, iam vacat et Archi-
præsulis sive Pastoris solatio sit destituta Nos Decanus et Capitulum præd
in domo Capitulari ecclie antedict die subscripto atque ad effectum infra-
script (licentia Regia primitus habita et obtenta) Capitulariter congregati
et Capitulum facientes, ne Archiepatus præd suæ vacationis diutius
deploraret incomoda, Nobismet ipsis tunc presentibus ac alijs Canonicis eiusdem
ecclie tunc absentibus Jus et vocem in electione futuri Archiepi eiusdem ecclie
habentibus, Diem Lunæ, viz. decimum nonum diem mensis instantis Augusti
ac horas nonam et decimam ante meridiem eiusdem diei et domum Capitularem
præd cum continuatione et prorogatione dierum et horarum extunc sequen (si
oporteat in ea parte fiend) ad electionem futuri Archiepi præfatæ Ecclie
(Deo favente) celebrandam, pro termino et loco competen præfiximus et assig-
navimus Necnon ad diem horas et locum præd omnes et singulos ipsius ecclie
Cathlis et Metropolit Christi Cantuar Canonicos et Prebendarios tam
præsentes quam absentes Jus et vocem in huiusmodi electione et electionis
negotio habentes seu habere prætendentes ad faciend, expediend et
exercend omnia et singula quæ circa electionem huiusmodi in ea parte necessaria
fuerint, seu de Jure aut consuetudine ecclie prædict et huius inclyti Regni
Angliæ Statutis quomodolibet requisita, vsque ad finalem eiusdem negotij expe-
ditionem, inclusive per Citationem, Lras sive schedulas in Stallis Prebendarum
suarum iuxta morem pretriti temporis ac laudabiles consuetudines eiusdem
ecclie hactenus in ea parte vsitat et observatas, affigend et ibm dimittend
peremptorie citandos et monendos fore decrevimus (iustitia mediante) Tibi
igitur committimus et mandamus (tenore presentium) quatenus cites seu citari
facias

faciat peremptorie omnes et singulos prefatos Ecclie Cathis et Metropoa Christi
Cantuar Canonicos et Prebendarios tam per affixionem presentium in stallo Decani
in Choro eiusdem Ecclie quam Citacionum, Lrarum sive Schedularum in stallis -
Prebendarum pred publice affigendarum et ibm dimissarum quod nos etiam (tenore
presentium) sic citamus, quod compareant et eorum quilibet compareat coram nobis predict
decimo nono die mensis instantis Augusti in Domo Capitulari pred ac inter horas
nonam et decimam ante meridiem eiusdem diei, cum continuacione et prorogacione -
dierum et horarum extunc sequen (si oportebit) in ea parte fiend, in prefato Electionis
negotio
et in singulis actis eiusdem usque ad finalem dci negotij expeditionem inclusive fiend
ltime processuros et procedi visuros Ceteraque omnia et singula alia factur, subitur
et auditur, que hmoi electionis negotij natura et qualitas de se exigunt et requirunt
Intimando ex parte nra citatis oibus et singulis, quibus Nos etiam (harum serie)
sic intimamus quod sive ipsi iuxta effectum Citacionis hmoi die, hor et loco predict
nobiscum comparuerint, sive non, Nos tamen eisdem die hor et loco, in dco electionis
negotio usque ad finalem expeditionem eiusdem, inclusive procedemus, prout de Jure et
consuetudine ac huius Regni Anglie Statutis fuerit procedend eorum sic citatorum
absentijs sive contumacijs in aliquo non obstan Et quid in premissis feceris, Nos die,
hora et loco pred debite certificare cures, unacum presentibus Dat in Domo nra
Capitulari decimo quarto die mensis Augusti Anno Dni Millesimo Sexcentesimo -
tricesimo tertio. 1633. **Venerabilibus** viris Isaaco Bargrave Sacre -
theologie professori Decano Ecclie Cathis et Metropoa Christi Cantuar et eiusdem
loci Capitulo Vester humilis et devotus Johannes Cartwright Literatus, vester, ad
mandatum vrum presentibus annex) exequend Mandatarius specialis omnimodam -
obedientiam et reverentiam tantis venerabilibus viris debitas Mandatum vestrum -
presentibus (ut prefertur) annex, nuper cum ea qua decuit reverentia humiliter
recepi exequend Cuius vigore pariter et autoritate omnes et singulos prefatos Ecclie -
Cathis et Metropoa Christi Cantuar Canonicos et Prebendarios tam presentes quam -
absentes vizt: Thomam Jackson, Willimum Kingsley, Johannem Warner, Thomam Paske
sacre theologie professores, Mericum Casaubon sacre theologie Baccalaureum, Johannem
Jeffery, Thomam Westley et Humphredum Peake sacre theologie professores, presentes,
necnon Richardum Hunt sacre theologie professorem, Petrum Molinæum, Decretorum Doctorem
sacre theologie professorem et Gerardum Johem Vossium, absentes, per affixionem
tam dci mandati vri in stallo Decani in Choro eiusdem Ecclie quam Citacionum, -
Lrarum sive Schedularum in stallis omnium Prebendariorum pred decimo quarto -
die instantis Augusti publice affixarum et ibm dimissarum et relictarum ad -
comparend coram vobis die hora et loco in mandato vro memorat limitatis, atque
ad et iuxta omnem vim formam tenorem et effectum eiusdem, peremptorie citavi
Eisdemque oibus et singulis tunc et ibm intimavi in oibus et per omnia iuxta tenorem
et effectum mandati vri antedci Et sic mandatum vrum presentibus annexum quatenus
in me fuit diligenter sum executus. In cuius rei Testimonium Sigillum Officij
venlis viri Dni Commissarij Civitatis et Dioc Cant generalis presentibus apponi -
procuravi. Et nos Commissarius antedcus ad specialem rogatum dci certificantis
Sigillum nrum hmoi presentibus apponi fecimus Dat Cant decimo nono die -
Augusti Anno Dni Millesimo Sexcentesimo tricesimo tertio. **Quibus** oibus et singulis
sic gestis et expeditis, omnibusque et singulis dce Ecclie Canonicis Jus eligendi
in hmoi electione et electionis negotio habentibus seu habere pretendentibus
ltime et peremptorie ad eosdem diem, hor et locum citatis, ad foras dicte -
Domus Capitularis publice preconizatis comparentibus personaliter una nobiscum
Decano antedco, magris Thoma Jackson, Willmo Kingsley, Johanne Warner

Thoma Paske sacre theologie professoribus, Merico Casaubon sacre theologie bacc, Johanne Jeffrey, Thoma Wilsford et Humphrido Peake sacre theologie professore prefate ecclesie Cathedralis et Metropolitice Christi Cantuar Canonicis et Prebendarijs Nos Decanus et Capitulum antedict sic Capitulariter congregat prenominatum Willimum Somner notarium publicum in actorum scribam electionis huiusmodi assumpsimus Necnon Richardum Clerke sacre theologie professorem, Willimum Jervis Clericum artium magistrum et Hortonum Drayton generosum Registrarium nrum in testes eiusdem electionis, negotij et agendorum in eodem personaliter tunc presentes elegimus et eos rogavimus, ibm nobiscum remanere huiusmodi electione durante Et mox ego Isaacus Bargrave Decanus antedictus de consensu dictorum Canonicorum et Prebendariorum tunc presentium in huiusmodi electionis negotio procedens omnes et singulos alios Canonicos et Prebendarios dicte ecclesie ad easdem diem horam et locum citatos publice alta voce preconizat diuq et sufficienter expectat et nullo modo comparen pronunciavi contumaces et in penam contumaciarum huiusmodi ad ulteriora in dicto electionis negotio procedend fore decrevi, ipsorum sic citatorum absentia sive contumacia in aliquo non obstante, in scriptis sub huiusmodi verborum tenore. **In Dei nomine Amen:** Nos Isaacus Bargrave sacre theologie professor Decanus Ecclesie Cathedralis et Metropolitice Christi Cantuar de unanimi consensu et assensu Capituli eiusdem ecclesie, omnes et singulos Canonicos et Prebendarios ecclesie memorate ad hos diem et locum ad procedend in negotio electionis futuri Archiepiscopi et Pastoris ecclesie Cathedralis pred iuxta morem preteriti temporis in eadem Ecclesia usitatum et observatum legitime et peremptorie citatos, publice preconizatos diuq et sufficienter vizt in horas, locum et tempus prius assignat expectatos et nullo modo comparen pronunciavimus contumaces et in penam dictarum contumaciarum suarum et eorum cuiuslibet decrevimus Jus et potestatem procedendi, et procedend fore, in huiusmodi electionis negotio, ipsorum citatorum et non comparen absentia sive contumacia in aliquo non obstante.

Hijs expeditis, ego Decanus antedictus de consimilibus consensu, assensu et voluntate eorundem Canonicorum et Prebendariorum tunc presentium quasdam monitionem et protestationem in scriptis simul redact et conscript feci, ac publice tunc et ibm legebam sub huiusmodi qui sequitur verborum tenore vizt **In Dei noie Amen:** Nos Isaacus Bargrave sacre theologie professor Decanus Ecclesie Cathedralis et Metropolitice Christi Cantuar pro nobis ac vice et nomine omnium et singulorum Canonicorum et Confratrum nostrorum hic iam presentium, monemus omnes et singulos suspensos, excommunicatos et interdictos (si qui forsan hic iam inter Nos sint) qui de Jure aut consuetudine aut quavis alia ratione sive causa in presenti electionis negotio interesse non debent quod de hac domo Capitulari statim iam recedant ac Nos et alios de presenti Capitulo ad quos Jus et potestas eligendi pertinent libere eligere permittant protestando etiam vizt modo et Juris forma melioribus et efficacioribus quibus melius et efficacius possumus et debemus, nre ac vice et noie omnium et singulorum Canonicorum, Prebendarior et Confratrum nostrorum pred hic iam presentium quod non est nra nec eorum voluntas tales admittere tanquam Jus vocis et interesse in huiusmodi electione habentes aut procedere vel eligere cum eisdem Jmo volumus et volunt quod voces talium (si qui postmodum reperiantur quod absit) in huiusmodi electione intervenisse nulli prestent auxilium nec afferant alicui nocumentum, sed prorsus pro non receptis et non habitis nullisq et invalidis penitus et omnino habeantur et censeantur Canonicos vero omnes presentes pro pleno Capitulo Ecclesie predicte habendos et censendos fore debere pronuntiamus et declaramus

declaravimus in hijs scriptis **Consequenter** vero declarato per pfatum Decanum
antedictum publice Capitulo, Quia propter diversas ex expositis per me tribus
modis electionis, cunctisque Canonicis predictis tunc presentibus publice recitatis
eligendum quem modum sive quam viam illarum trium in dicto Capitulo Quia —
propter diversas ex comprehensarum in dicto electionis negotio procedere voluerint.
Nos Decanus et Capitulum predicti de et super forma electionis hmoi ac per quam
viam sive formam fuerit nobis procedendum ad electionem futuri Archiepi Ecclie
Cathis et Metropol Christi Cantuar pred diligenter tractavimus Et tandem
nobis Decano et Canonicis antedictis (ut prefertur) tunc ibm presentibus et Capitulum
in ea parte facien visum est et placuit, nullo nostrum discrepante seu contradicente
per viam seu formam Compromissi in hmoi electionis negotio procedere ac tunc
et ibm in me prelatum Isaacum Bargrave Decanum antedictum sub certis expressis
legibus et conditionibus, ita quod ego dictus Compromissarius, priusquam e Domo
Capitulari recederem et antequam Capitulum hmoi solveretur, unum virum idoneum
in Archiepum et Pastorem ecclie memorate eligerem, compromiserunt, pro-
mittentes eos bona fide illum acceptaturos et in suum et dce ecclie Archiepum
quem ipse Compromissarius sub modo et forma prenominatis duxerim eligend
et providend **Hijs** in hunc modum dispositis ego prefatus Isaacus Bargrave
Compromissarius antedictus onus Compromissi hmoi in me acceptans, vota mea
in Reverendum in Xpo patrem et Dnum, Dnum Guilielmum providentia divina London
Epum, vigore et secundum potestatem mihi in hac parte fact et concessam ac Com-
promissionem predictam direxi, Ipsumque in Archiepum et Pastorem eiusdem ecclie
elegi et ecclie pred de eodem providebam, prout in schedula tenorem et formam
Compromissi electionis et provisionis pred continen per me Decanum antedictum
publice lect de verbo in verbum sequitur; **In Dei nomine Amen**: Cum
vacan nuper sede Archiepali Cantuar per obitum bone memorie Reverendissimi
in Xpo pris ac Dni Georgij Abbott, ultimi Archiepi et Pastoris eiusdem, vocatis
et legitime premonitis ad electionem futuri Archipresulis dce sedis, omnibus et singulis
qui de Jure vel consuetudine dicte ecclie ad electionem hmoi fuerint vocandi et
omnibus qui debuerint aut potuerint hmoi electionis negotio commode interesse, in Domo
Capitulari antedicta ecclie, termino ad dictam electionem celebrand competenti
prefixo et assignato, presentibus et Capitulariter congregatis placuerit mihi —
Isaaco Bargrave Decano antedicto et eiusdem ecclie Capitulo, nemine contradicente
vel discrepante, per viam seu formam Compromissi de futuro Sedis pred Archiepo
providere ac mihi Isaaco Bargrave ecclie Cathis et Metropol Christi Cant
Decano Jus et vocem in hmoi electionis negotio habenti Compromissario in
hac parte specialiter et legitime electo plenam et liberam dederint et concesserint
potestatem auctoritatem et mandatum speciale dic isto antequam ab hac Domo
Capitulari recederem et Capitulo durante personam habilem et idoneam in Archiepum
et Pastorem dce ecclie et eidem providendi prout ex tenore dicti Compromissi
manifeste liquet et apparet Ego Isaacus Bargrave Decanus antedictus onus
Compromissi hmoi acceptans in Reverendum in Xpo patrem Dnum Guilielmum
providentia divina London Epum vota mea dirigens virum utique providum et
discretum, literarum scientia, vita et moribus merito commendatum, liberum et
de matrimonio legitimo procreatum, atque in etate legitima et ordine Sacerdotali —
constitutum, in spiritualibus et temporalibus plurimum circumspectum ac scientem,
volentem et valentem Jura et libertates dce ecclie tueri et defendere, vice mea
vicesque loco et nomine totius Capituli eiusdem ecclie, predictum Reverendum patrem

Dnum Guilielmum providen divina London Epum premissorum meritorum suorum intuitu in Archiepum et Pastorem eiusdem Ecclie Cathis et Metropoc Christi Cantuar infra tempus mihi ad hoc datum elego in comuni et eidem ecclie provideo de eodem in hijs scriptis **Deinde** Nos Capitulum prod prefatam electionem et personam electam utpote rite factam et celebratam obvijs ulnis amplexantes et tam ratam gratam et firmam habentes eundem Reverendum Dnum Guilielmum electum in Archiepum et Pastorem prefate ecclie quatus in nobis est accepta-vimus et electionem huiusmodi approbavimus Consequenter vero Nos Capitulum antedict prefato Isaaco Bargrave Decano prod ptatem dedimus et concessimus electionem illam huiusmodi et personam electam Clero et populo palam publicandi declarandi et manifestandi prout moris est atque in similibus de iure laudabili fieri assolet. –

Postremo Nos Decanus et Capitlum antedict domum Capitularem prod egredien et Chorum ecclie memorate intrantes Hymnum (Te Deum laudamus) sermone Anglico per Ministros Chori solemniter decantari fecimus Quo peracto ego prefatus Isaacus Bargrave iuxta ptatem mihi elargitam Ministros eiusdem ecclie ac plebi tunc convento electionem huiusmodi et personam electam verbo tenus publicavi denuntiavi et declaravi **Quae omnia** et singula Nos Decanus et Capitlum antedict pro officij nri debito oibus et singulis Sancte matris ecclie filijs insinuan-duximus significand Et ut de veritate premissorum oibus et singulis abunde – constare possit Nos Decanus et Capitlum antedicti psentes electionis nre processum signo noie et cognoie ac subscriptione notarij publici subscript signari et subscribi nostrique sigilli comunis appensione iussimus et fecimus comuniri **Acta** in – Domo nra Capitulari decimo nono die mensis Augusti Anno Dni Millesimo – sexcentesimo tricesimo tertio, Regnique serenissimi in xpo principis et Dni nri Dni Caroli dei gra Angliae Scotiae ffranciae et Hibniae Regis fidei defensoris &c nono. /

Et ego Willimus Somner Cantuarien Dioces publicus suprema auctate regia notarius atque in presenti electionis negotio in actorum Scribam assumptus et deputatus Quia oibus et – singulis actis eiusdem electionis dum sic ut premittitur) sub Anno Dni mense die horis et loco predictis agebantur et fiebant unacum testibus de quibus in presenti processu fit mentio presens personaliter interfui Eaque omnia et singla sic fieri vidi scivi et audivi atque in notam sumpsi Ideo hoc presens publicum electionis decretum sive processum manu aliena (me interim alijs ltimis impedito negotijs) fideliter scriptum exinde confeci atque in hanc publicam et authenticam formam redigi procuravi nomineque et cognoie meorum additione subscripsi necnon signo meo solito et con-sueto signavi unacum appensione sigilli Comunis dcorum venerabilium – virorum Decani et Capitli in fidem et testimonium premissorum oium et singlorum rogatus et ad hoc specialr requisitus. /

Schedula secunda

In Dei nomine Amen: Nos Richardus providen divina Eboracen Archiepus Angliae Primas et Metropolitanus necnon Walterus Winton Johannes Sarisburien ffranciscus Elien Richardus Cicestren Johannes Roffen Johannes Oxon et Augustinus Petriburgen eadem providen divina respective Episcopi Serenissimi in xpo Principis et Dni nri Dni Caroli dei gratia – Angliae Scotiae ffranciae et Hibniae Regis fidei defensoris &c (mediantibus litteris suis Regijs Comissionalibus patentibus) ad infrascripta Comissarij cum hac clausula quatenus vos aut ad minus quatuor vrum & [illegible] deputat, in negotio confirmationis electionis de persona Reverendi in Christo patris et dni dni Gulielmi providentia diva London Episcopi in Archiepum et Pastorem Ecclie Cathis et Metropon Christi Cant electi, facta et celebrata rite et ltime procedentes, omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dcam electionem seu formam eiusdem aut personam electam dicere, excipere, vel opponere voluerint, ad comparend coram nobis istis die, hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dcam electionem, formam eiusdem aut personam electam, in debita Juris forma dicturos, excepturos et opposituros alias ltime et peremptorie citatos, sæpius publice preconizatos, diuq et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes contra dcam electionem, formam eiusdem aut personam electam aliquid dicere, excipere, vel opponere, curantes ad petitionem procuratoris Decani et Capituli Ecclie Cathis et Metropon Christi Cant pred pronunciamus contumaces et in pœnam contumaciarum suarum hmoi decernimus procedendum fore ad prolationem Sententiæ diffinitivæ sive finalis decreti in hac causa ferendæ, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante./

Lecta fuit hmoi schedula per Reverendissimum in Xpo patrem dnum Richardum Eborum Archiepum & ceterorum de et cum consensu Condelegatorum suorum die et loco ac inter horas in actu precedenti mentionat et in presentia testium in eodem actu descriptorum./

I William Laud Bishop of London Elected Lord Archbishop of the Archiepiscopall Sea of Canterbury doe utterly testifie and declare in my Conscience, That the Kings highnes, is the only supreame Governour of this Realme and of all other his highnes Dominions and Countryes aswell in all spirituall or ecclesiasticall things or causes as temporall And that noe forraigne Prince, person, Prelate, State or Potentate hath or ought to have any Jurisdiction, power, superiority, preheminence or authority ecclesiasticall or spirituall within this Realme And therefore I doe utterly renounce and forsake all forraigne Jurisdictions, powers, superiorityes and authorityes And doe promise that from hencforth I shall beare faith and true allegiance to the Kings highnes, his heires and lawfull Successors, and to my power shall assist and defend all Jurisdictions, priviledges, preheminences and authorityes graunted or belonging to the Kings highnes, his heires and Successors or united and annexed to the Imperiall Crowne of this Realme, Soe helpe me God and the contents of this Booke./

Juramentum supremitatis Regie./

I William Laud Bishop of London Elected Lord Archbishop of the Archiepiscopall Sea of Canterbury doe sweare That I have made noe Symoniacall payment, contract or promise directly or indirectly by my selfe or by any other to my knowledge or with my consent, to any person or persons whatsoever, for or concerning the procuring and obteyning of this Archiepiscopall Sea of Canterbury, nor will at any tyme hereafter performe or satisfie any such kind of payment, contract or promise, made by any other without my knowledge or consent. Soe helpe me God through Jesus Christ./

Juramentum simonie.

Sententia diffinitiva

In Dei nomine Amen. Auditis, visis et intellectis
ac plenarie et mature discussis per nos Richardum providentia divina Eboracen
Archiepum Angliæ Primatem et Metropolitanum necnon Walterum Winton, Johannem
Sarisburien, Franciscum Elien, Richardum Cicestren, Johannem Roffen, Johannem
Oxon et Augustinum Petriburgen eadem providentia divina respective Epos
Serenissimi in Xpo principis et Dni nri Dni Caroli dei gra Angliæ Scotiæ
Franciæ et Hiberniæ Regis fidei defensoris &c (mediantibus literis suis Regiis
Commissionalibus patentibus) ad infrascripta Commissarios (cum hac clausula
quatenus vos aut ad minus quatuor vrum &c) specialiter et lltime deputatos,
meritis et circumstantiis cuiusdam causæ sive negotii confirmationis electionis
de persona Reverendi in Christo patris et domini, Dni Gulielmi providentia
divina London Episcopi in Archiepum et Pastorem Ecclie Cathlis et
Metropolis Christi Cant per obitum bonæ memoriæ Dni Georgii Abbott ultimi
Archiepi ibidem iam vacantis, electi, factæ et celebratæ, quod coram nobis
aliquamdiu vertebatur et in presenti vertitur et pendet indecisum, Rimatoque
primitus per nos toto et integro processu coram nobis in dicto negotio habito et
facto atque diligenter recensito, servatisque per nos de Jure et Statutis huius Regni
Angliæ in ea parte servandis, ad nostri decreti finalis sive Sententiæ
diffinitivæ in huiusmodi negotio Confirmationis ferendæ prolationem sic duximus
procedendum fore et procedimus in hunc qui sequitur modum; **Quia** per
acta inactitata, deducta, allegata, proposita, exhibita et probata coram nobis in
huiusmodi Confirmationis negotio comperimus et luculenter invenimus Electionem
ipsam per Decanum et Capitulum Ecclie Cathlis et Metropolis Christi Cant
predcos de prefato Reverendo patre et Dno, Dno Gulielmo providentia divina
London Episcopo electo huiusmodi viro utique provido et discreto, vita et moribus
merito commendato libero et de lltimo matrimonio procreato atque in ætate lltima
et ordine sacerdotali constituto rite et lltime fuisse et esse factam et celebratam
nihilque eidem Reverendo patri electo huiusmodi de ecclesiasticis institutis obviasse
seu obviare, quominus in Archiepum Cantuar autoritate dicti Serenissimi Dni
nri Regis merito debeat confirmari; **Idcirco** nos Richardus providentia
divina Eboracen Archiepus predictus, Walterus Winton, Johes Sarisburien
Franciscus Elien Richardus Cicestren, Johes Roffen, Johes Oxon et Augustinus
Petriburgen respective Episcopi antedicti, attentis premissis et aliis virtutum
meritis super quibus prefatus Reverendus pater Electus huiusmodi fide-digno
commendatur testimonio (Christi nomine primitus invocato ac ipsum solum
Deum oculis nris preponentes et habentes) de et cum Consilio Jurisperitorum
cum quibus in hac parte communicavimus Predictam Electionem de persona
predicti Reverendi pris factam et celebratam autoritate dci Dni nri Regis nobis
commissa, confirmamus defectusque quoscunque in dicto negotio intervenientes (si qui
forsan sint) quantum in nobis est et de iure possumus supplentes et supplemus
Necnon Curam, regimen et administrationem spiritualium dicti Archiepatus Cant
eidem Reverendo patri electo et confirmato committimus Ac ipsum in realem,
actualem et corporalem possessionem dicti Archiepatus Cantuar, Juriumque
dignitatum, honorum, preheminentiarum et pertinen suorum universorum
inducendum et inthronizandum fore per Archidiaconum Cantuarien vel eius
Deputatum quemcunque iuxta Ecclie Cathlis et Metropolis Christi Cantuar
predict

predictam morem et consuetudinem (legibus et statutis huius Regni Anglie non obstantibus) etiam decernimus et declaramus per hanc nostram Sententiam diffinitivam sive hoc nostrum finale decretum quam sive quod ad petitionem partium ita presentium ferimus et promulgamus in his scriptis. /

Lecta fuit huiusmodi Sententia per Reverendissimum in Christo patrem Dominum Richardum Eborum Archiepiscopum antedictum de et cum consensu Reverendorum patrum Collegarum suorum &c Die Jovis decimo-nono viz[t] die mensis Septembris Anno Domini 1633. in Capella infra Manerium Archiepiscopale Reverendissimi in Christo patris Domini Cant Archiepiscopi apud Lambehith inter horas nonam et undecimam ante meridiem eiusdem diei ad petitionem procuratoris Capituli Cant in presentia Willelmi Ketterman notarii publici in Actorum Scribam specialiter assumpti necnon Caroli Wadt notarii etiam publici &c Magistri quibus &c partibus tunc et ibidem testibus in Actu Confirmationis prescripte mentionat. /

Richardus providentia divina Eborum Archiepiscopus Anglie Primas et Metropolitanus, Walterus Winton, Johannes Sarisburien, Franciscus Eliensis, Richardus Cicestren, Johannes Roffen, Johannes Oxon et Augustinus Petriburgensis eadem providentia respective Episcopi Serenissimi in Christo Principis et Domini nostri Domini Caroli Dei gratia Anglie, Scotie, Francie et Hibernie Regis fidei defensoris &c (mediantibus Literis suis Regiis Commissionalibus patentibus) ad infrascripta Commissarii (cum hac clausula quatenus vos omnes aut ad minus quatuor vestrum &c) speciale et legitime deputati Dilecto nobis in Christo [illegible] Archidiacono Cantuar seu eius Deputato sufficienti cuicumque Salutem. **Cum** vacante nuper Sede Archiepiscopali Cantuar per obitum bone memorie Domini Georgii Abbott ultimi et immediati Archiepiscopi ibidem Decanus et Capitulum Ecclesie Cathedralis et Metropolitane Christi Cantuar (licentia Regia prius in ea parte petita et obtenta) Reverendum in Christo patrem et Dominum, Dominum Gulielmum nuper London Episcopum in eorum et dicte Ecclesie Cathedralis et Metropolitane Christi Cantuar Archiepiscopum et Pastorem elegerint Nosque auctoritate Literarum Commissionalium patentium dicti Serenissimi Domini nostri Regis nobis in hac parte directarum electionem predictam de persona prefati Reverendi patris (ut premittitur) factam et celebratam et personam sic electum (servatis per nos de Jure et statutis huius Regni Anglie in hac parte servandis) confirmari fecerimus dictoque Reverendo patri Curam regimen et administrationem spiritualium dicti Archiepiscopatus Cant commiserimus ipsumque Reverendum patrem seu procuratorem suum legitimum eius nomine ac per eum in realem, actualem et corporalem possessionem dicti Archiepiscopatus Cant Juriumque dignitatum, honorum, preeminentiarum et pertinentium suorum universorum inducendum, installandum et inthronizandum fore decreverimus iustitia mediante **Ad** inducendum igitur prelibatum Reverendum patrem seu procuratorem suum legitimum eius nomine ac pro eo in realem actualem et corporalem possessionem eiusdem Archiepiscopatus Cant Juriumque dignitatum, honorum, preeminentiarum et pertinentium suorum universorum Eundemque Reverendum patrem vel procuratorem suum legitimum eius nomine cum plenitudine Juris Archiepiscopalis Cant installand et inthronizand Ceteraque omnia et singula alia faciend exercend et expediend que in hac parte necessaria fuerint seu quomodolibet requisita Vobis coniunctim et divisim committimus vices nostras et plenam tenore presentium concedimus

Mandatum ad inthronizandum

concedimus potestatem Rogantes et totum id quod in premissis feceritis aut unum alter fecerit (dicte Inductionis et Inthronizationis negotio expedito) nobis pro loco et tempore congruis et opportunis, si ad id fueritis requisiti debite significare velitis seu alter significet ille unum qui hoc presens negotium fuerit executus. In cuius rei Testimonium Sigillum quoad Causas ecclesiasticas (quo utuntur delegati Regij) presentibus apponi fecimus Dat decimo nono die mensis Septembris Anno Domini Millesimo sexcentesimo tricesimo tertio Regnique dicti Serenissimi Domini nostri Regis Angliæ Scotiæ ffranciæ et Hiberniæ Anno nono./

Procuratorium ad capiend possessionem Archiepatus Cant./

Pateat universis per presentes Quod Nos Guilielmus Laud nuper London Episcopus in Archiepiscopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis et Metropoliticæ Christi Cant rite et legitime electus ac per Reverendissimum in Christo patrem et Dominum dominum Richardum providentia divina Eborum Archiepiscopum Angliæ Primatem et Metropolitanum ~~[illegible]~~ Reverendos in Christo patres ac venerabiles Confratres nostros Dominos Walterum Winton, Johannem Sarisburien, ffranciscum Elien, Richardum Cicestren, Johannem Roffen, Johannem Oxon et Augustinum Petriburgen eadem providentia divina respective Episcopos Serenissimi in Christo principis et Domini nostri Domini Caroli Dei gratia Angliæ, Scotiæ, ffranciæ et Hiberniæ Regis fidei defensoris etc (mediantibus suis Regijs Literis Commissionalibus patentibus) ad infrascripta Commissarios (cum hac clausula quatenus vos omnes aut ad minus quatuor vestrum etc) specialiter et legitime deputatos, confirmatus Dilectos nobis in Christo venerabiles viros magistros Isaacum Bargrave sacræ theologiæ Professorem Decanum Ecclesie nostre Cathedralis et Metropoliticæ Christi Cantuar predicte Dominum Nathanaelem Brent militem legum doctorem Vicarium nostrum in spiritualibus generalem ac Commissarium Civitatis et Diocesis nostre Cant Thomam Jackson Vice-decanum dicte Ecclesie nostre et Johannem Warner sacræ theologiæ Professorem et unum Prebendariorum eiusdem Ecclesie coniunctim et divisim nostros veros certos legitimos et indubitatos procuratores actores factores negotiorumque nostrorum gestores ac nuncios speciales ad infrascripta nominamus, ordinamus, facimus et constituimus per presentes Damusque et concedimus eisdem procuratoribus nostris coniunctim et eorum cuilibet per se divisim et insolidum potestatem generalem et mandatum speciale pro Nobis ac vice loco et nomine nostris Coram venerabilibus viris Decano et Capitulo Ecclesie Cathedralis et Metropoliticæ Christi Cant predicte necnon venerabili viro Domino Archidiacono Cantuar vel eius deputato aliisque personis uno vel pluribus ad quos infrascriptorum executio de more et consuetudine eiusdem Ecclesie Cathedralis et Metropoliticæ Christi Cant pred pertinere dignoscitur comparendi Nosque a personali comparitione in hac parte excusandi ac causam et causas absentie nostre in hac parte allegandi et proponendi et (si opus fuerit) probandi Nosque in realem actualem et corporalem possessionem dicti Archiepatus Cant cum omnibus et singulis honoribus, privilegijs, prerogativis, preheminentijs, Juribus, dignitatibus et pertinentijs suis universis spiritualibus et temporalibus, iuxta et secundum eiusdem Ecclesie Cathedralis et Metropoliticæ morem, Statuta, ordinationes et consuetudines laudabiles et approbatas induci, installari et inthronizari cum plenitudine Juris Archiepatus in eadem Ecclesia Cathedrali, ac Stallum sive Sedem Archiepiscopalem in Choro eiusdem Ecclesie Archiepiscopo ibidem pro tempore existenti ab antiquo assignari solet et consuevit Nobis quatenus id debetur expediend assignari et limitari petendi, requirendi et obtinendi necnon realem actualem et corporalem possessionem, installationem et inthronizationem huiusmodi vice et nomine nostris nanciscendi et adipiscendi ac illas sic nactas et adeptas ad usum et

commodum nostrum custodiendi, retinendi et conservandi ac pro ultima Juris —
remedia tuendi et defendendi Quodcumque insuper Juramentum licitum et
honestum ac de Jure, ordinationibus et Statutis Ecclie nre Cathlis et
Metropoe Christi Cant predict in hac parte quomodolibet requisitum seu —
opportunum (quatenus ordinationes, Statuta et consuetudines hmoi Juri divino
ac legibus et Statutis modernis inclyti Regni Anglie non sint contraria
vel repugnantia) in animam nram et pro nobis prestand, subeund et iurand
Necnon sacramentum obedientie et aliud quodcumque Juramentum licitum et
honestum de ordinationibus, Statutis et provisionibus Ecclie nre Cathlis et
Metropoe Christi Cant prestand modo premisso qualificatis a Decano et
Canonicis ac ceteris ministris eiusdem Ecclie Archiepo ibm pro tempore
existen prestari et exhiberi solitum et consuetum ab ipsis et eorum quolibet
pro nobis ac vice et nomine nris recipiend, acceptand et admittend Et —
generaliter omnia et singula alia faciendi, exercendi et expediendi que in
premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna —
etiamsi mandatum de se magis exigant speciale quam superius est —
expressum Promittimusque nos ratum gratum et firmum perpetuo habitur
totum et quicquid dicti procuratores nri seu eorum aliquis fecerint seu —
fecerit in premissis vel aliquo premissorum sub Hypotheca et obligatione
omni et singulorum bonorum nostrorum et in ea parte cautionem exponimus
per pntes. In cuius rei Testimonium Sigillum nrum Archiepale pntibus
apponi fecimus Dat vicesimo die mensis Septembris Anno dni Millimo
sexcentesimo tricesimo tertio, Et nre Translationis Anno primo. /

Acta habita et facta in London:

facta
negotio Confirmationis electionis de persona Reverendi viri —
Willmi Juxon legum Doctoris Herefordien Epi electi, in Epum
et Pastorem Ecclie Cathlis divi Pauli London nominati et
electi, Die Mercurii vicesimo tertio viz die mensis Octobris
Anno Dni Millimo sexcentesimo tricesimo tertio, Regnique Serenissimi
in Xpo principis et Dni nri Dni Caroli Dei gra Anglie, Scotie
Francie et Hibnie Regis fidei Defensoris etc Anno nono, in
Ecclia parochiali beate Marie virginis de Arcubus London Ecclie
Cathlis et Metropoe Christi Cant Jurisdictionis immediate —
inter horas nonam et undecimam ante meridiem eiusdem diei
Coram venli viro Dno Nathanaele Brent milite legum —
Doctore Vicario in Spualibus gnali et Officiali principali Revmi in
Xpo patris et Dni Dni Guilielmi providentia diva Cantuarien
Archiepi totius Anglie Primatis et Metropolitani necnon Commissario
inter alios ad infrascripta conm et dicm speciale et legitime deputat
et constitut In pntia mei Caroli Wade notarii publici etc. /

Dictis die horis et loco inter horas

predictas Actus Confirmationis
prestolatis coram prefato venli viro Dno Nathanaele Brent milite et legum
Doctore Vicario in Spualibus gnali etc necnon Commissario etc Judicialiter pro —
Tribunali sedente tres patentes Regias etc necnon Lras Commissionales dicti Revmi
patris eidem venli viro et aliis conm et dicm in hac parte factis, quibus quidem
Lris

lrãs paten Regias et Commissionalibus Rmĩ &c per me prefatum notarium publicum publice lectis Idem venlis vir Dnus Nathanael Brent ob honorem et reverentiam dicti Dni nri Regis et memorati Rmĩ pred acceptavit in se onus executionis dcãrum lrãrum paten et Commissionalium et decrevit procedend fore iuxta tenorem, vim, formam et effectum earundem Deinde comparuit personalr discretus vir, magr Johannes Juxon notarius publicus almaeq Curie Cant de Arcubus London procuratorum gnalium unus et exhibuit procurium suum lrãtorie pro venlibus viris Decano et Capitulo Ecclie Cathis divi Pauli London sigillo eorum comuni (ut apparuit) sub Cera viridi sigillat et fecit se partem pro eisdem ac nomine procuratorio eorundem presentavit eidem Dno Nathanaeli Brent Reverendum virum Willimum Juxon electum Herefordn Epum in Epum et Pastorem Ecclie Cathis divi Pauli London electum et ipsum e regione confirmantis sistebat, Et tunc dcus magr Juxon exhibuit mandatum citatorium originale contra oppositores in hoc negotio emanat unacum Certificatorio in dorso super executione eiusdem et petijt omnes et singulos oppositor huiusmodi publice preconizari Quibus tunc et ibm publice trina vice preconizatis et nullo modo comparen &c Prefatus magr Juxon accusavit contumacias oium et singulorum oppositorum huiusmodi sic (ut prefertur) ad hos diem, hor et locum citat et intimat &c modo pred preconizat et nullo modo comparen nec aliquid in hac parte dicen, excipien vel opponen curan et petijt eos reputari contumaces et in penam contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi in huiusmodi causa sive negotio eis et eorum cuilt precludi &c Ad cuius petitionem dcus Dnus Nathanael Brent pronunciavit eos oes et singulos sic citatos, intimat, preconizat et nullo modo comparen nec aliquid in hac parte dicen, excipien vel opponen curan contumaces et in penam contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi contra dcãm electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam eis et eorum cuilt preclusit necnon ad ulteriora in dicto Confirmationis negotio procedend fore decrevit ipsorum sic citatorum et non comparen absentia sive contumacia in aliquo non obstan prout in schedula per eum tunc lecta plenius continetur, Quibus sic gestis prefatus magr Johes Juxon in penam contumaciarum eorundem citatorum et non comparen dedit summariam petitionem in scriptis quam petijt admitti &c qua quidem summaria petitione per dcãm venlem virum Dnum Nathanaelem Brent, lecta et considerata Idem venlis vir admisit dcãm summariam petitionem quatenus de Jure &c et decrevit procedend fore summarie et de plano &c et assignavit dco magro Juxon terminum ad probandum eandem summariam petitionem ad statim Et tunc dcus magr Juxon in subsidium probationis contentorum in dca summaria petitione exhibuit lras patentes Regias de assensu suo Regio superius mentionat per quas apparuit memoratos Decanum et Capitulum Ecclie Cathis divi Pauli London pred prenominatum Reverendum virum in eorum et dicte Ecclie Cathis London pred Epum et Pastorem elegisse Regiamq Maiestatem eidem electioni assensum suum Regium adhibuisse, exhibuit etiam processum electionis in forma publici Instrumenti conceptum ac etiam una Certificatoria unum eorum directum Rmo alterumq Dno electo de et super electione predca Reverendi viri in Epum et Pastorem Ecclie Cathis London pred Sigillo comuni eorundem Decani et Capli (ut apparuit) sub cera viridi respective sigillat Ac etiam Instrumentum publicum super consensu prefati Dni Electi eidem electioni adhibit et allegavit omnia et singula in dictis respective exhibitis contenta fuisse et esse vera ac habita et gesta prout in eisdem respective continetur, petendo terminum sibi assignari ad audiend sententiam ad statim Consequenter vero facta alia publica trina vice preconizatione oium et singulorum oppositorum huiusmodi sic (ut prefertur) citat et intimat &c et nullo modo comparen nec aliquid in hac parte opponere curan dcus Dnus Nathanael Brent ad petitionem dicti magri Juxon vt supra accusantis eorum contumacias et petentis &c pronunciavit eos et eorum quemlibet contumaces et in poenam contumaciarum suarum huiusmodi ad petitionem dicti magri Juxon decrevit procedend fore ad prolationem sententiæ diffinitivæ in huiusmodi causa siue negotio confirmationis huiusmodi eorum ipsorum sic citatorum &c et non comparentium absentia siue contumacia in aliquo non obstan prout in alia schedula per eundem venerabilem virum Dnum Nathanaelem Brent lecta continetur. Quibus expeditis prestitoque Juramento per prefatum Reverendum virum Dnum electum antedictum ad sancta Dei Evangelia per eum corporaliter tacta et deosculata tum de agnoscendo Regiam supremam potestatem in causis Ecclesiasticis et temporalibus ac de renunciando, refutando et recusando omni et omnimodo Jurisdictioni, potestati, auctoritati et superioritati forancis iuxta vim formam et effectum statuti Parliamenti huius inclyti Regni Angliæ in ea parte edit et provisi; Necnon de licita et Canonica obedientia prenominato Rmo in Xpo patri et Dno Dno Guilielmo Archiepo Cantuar ac Ecclie Cathlis et Metropolitice Christi Cant et successoribus suis quam de simonia non commissa pro vel de procuratione siue acquisitione Epatus London pred iuxta Canonem in ea parte editum &c Prefatus Dominus Nathanael Brent ad petitionem prefati magri Juxon porrigentis sententiam et petentis eandem ferri et iustitiam fieri et ministrari pro parte sua legit, tulit et promulgavit sententiam siue finale decretum in dicto Confirmationis negotio in scriptis concept pronunciando, decernendo, declarando, confirmando, supplendo ceteraque faciendo prout in eadem sententia continetur Super quibus omnibus et singulis premissis tam dictus Reverendus vir Dus electus quam memoratus magr Juxon procurator Decani et Capituli pred me notarium publicum pred sibi unum vel plura publicum seu publica Instrumentum siue Instrumenta conficere ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter rogavit et requisivit. Postremo vero dictus venerabilis vir Dus Nathanael Brent tam ad petitionem dicti Reverendi viri Dni electi quam memorati magri Juxon procuratoris Decani et Capituli pred decrevit eis literas testimoniales super omnibus et singulis premissis modo et forma superius specificatis gestis et expeditis fieri et expediri Presentibus tunc et ibm venerabilibus viris Johanne Montfort et Thoma Turnor sacræ theologiæ professoribus Canonicis Residentiarijs et Stagiarijs Ecclie Cathlis divi Pauli London, Arthuro Ducke Thoma Zouch et Clero Talbott legum respective doctoribus et Almæ Curiæ Cant de Arcubus London Advocatis, necnon magro Jeremia Leech artium magro et Rectore Ecclie parochialis beatæ Mariæ virginis de Arcubus London, Gilberto Dethicke, Georgio Cole, Roberto Davies, Johanne Eade, Humphredo Hoare et Francisco Mundy notarijs respective publicis et almæ Curiæ Cant pred procuratoribus generalibus, Roberto Cooke, Martino Dawson et Thoma Wilropp notarijs etiam publicis, Johanne Wright generoso, Richardo Barnes et Richardo Hodgkinsonne literatis et multis alijs testibus &c./

Tenores vero tam literarum patentium Regiæ maiestatis quam totius processus in dicto Confirmationis negotio habit et fact ac superius mentionat sequuntur et sunt tales viz.

Literæ Patentes Regiæ./

Carolus Dei gra Angliæ, Scotiæ, Franciæ et Hibniæ Rex fidei defensor &c Reverendissimo in Xpo patri ac predilecto et perquam fideli Consiliario nro Domino Guilielmo Archiepo Cantuar ac alijs quibuscunque Epis quorum in hac parte interest Saltm. Cum vacante nuper sede Epali London per promotionem vri prefati Archiepi ad Archiepatum Cant pred ad humilem petitionem Decani et Capituli Ecclie Cathlis divi Pauli London per lras nras patentes licentiam concessimus

confestimus alium sibi eligendi in Epum et Pastorem Ecclie pred Deum Decanus et
Capitulum
pretext et obtenta licentia nra pred Reverendum in xpo patrem Willm Juxon legum
Doctorem et in Epum Herefordeñ electum sibi et Ecclie pred elegerunt in Epum
et Pastorem prout per tras suas Sigillo eorum comuni sigillat nobis inde direct
plenius liquet et apparet. Nos electionem illam acceptantes eidem electioni Regium
nrum assensum adhibuimus pariter et favorem Et hoc vobis tenore presentium significamus
Rogantes ac in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter precipiendo
mandantes quatenus vos eundem Willm Juxon in Epum et Pastorem Ecclie London
pred sic (ut prefertur) elect electionemq pred confirmare et eundem Epum et Pastorem
Ecclie pred consecrare caeteraq omnia et singula peragere que vro in hac parte
incumbunt officio pastorali juxta formam statut et legum Regni nri Anglie in hac
parte edit et provis velitis cum diligentia favore et effectu. In cuius rei Testimonium
has tras nras fieri fecimus Patentes Teste me ipso apud Westm tertio die
Octobris Anno Regni nri nono.

Commissio R.mi **Guilielmus** providentia Dia Cantuar Archiepus totius Anglie Primas et
Metropolitanus Dilecto nobis in xpo preclaro viro Dno Nathanieli Brent militi legum
Doctori Vicario nro in spiritualibus generali et Officiali principali aut eo absente vel impedito
venerabilibus viris Dno Johanni Lambe militi et legum Doctori Alme Curie nre Cant
de Arcubus London Officiali necnon Thome Rives legum Dori Advocato Regio,
Willmo Samwell et Arthuro Ducke legum etiam Doribus Salutem et gratiam.
Cum tras Patentes serenissimi in xpo principis et Dni nri Dni Caroli Dei
gra Anglie Scotie Francie et Hibernie Regis fidei defensoris etc Sigillo suo magno
Anglie sigillatas gerentes datum apud Westm tertio die Octobris Anno Regni sui
nono receperimus in quibus inter alia Nobis preceptum est ut electionem Reverendi
viri Guilielmi Juxon legum Doris ac Dni Epi Herefordeñ electi ad Epatum
London confirmaremus Nos vero ea qua decuit reverentia volentes mandato Regio
in ea parte humile satisfacere **Ad** examinand igitur discutiend approband et
confirmand dcam electionem de persona prenominati Reverendi viri Guilielmi
Juxon factam et celebratam Ipsamq electionem et personam sic electam secundum
Juris et Statutorum hujus Regni Anglie exigentiam ac juxta tenorem formam
et effectum mandati Regii pred Nobis in ea parte (ut prefertur) facti et directi
qualiter eandem Electionem rite et legitime factam et celebratam fuisse et esse vobis
coniunctim et divim constiterit, approband et ratificand Defectusq (si qui forsan
in ea parte intervenerint) rite et legitime supplendum Ceteraq omnia et singula
faciend exercend et expediend que in hac parte necessaria fuerint seu quomodolibet
opportuna Vobis coniunctim et divim committimus vices nras ac plenam in Dno tenore presentium
concedimus potestatem. Juribus nris Archiepalibus Cantuar ecclesieq emolumentis
Nobis ac Officiariis et ministris nris in hac parte competen semper salvis et reservatis.
In cuius rei Testimonium Sigillum (quo in hac parte utimur) presentibus apponi
fecimus Dat vicesimo secundo die mensis Octobris Anno Dni Millesimo sexcentesimo
tricesimo tertio et nre Transl Anno primo.

secund

Procuratorium **Pateat** universis per presentes Quod nos Thomas Wynniff sacre theologie
professor Decanus Ecclie Cathedralis Sti Pauli London et eiusdem Ecclesie
Capitulum venerabiles viros magros Thomam Wyniff Decanum antedictum
Henricum King Johannem Montfort et Thomam Turner sacre theologie
respective professores Canonicos Residentiarios et Stagiarios dce Ecclie
necnon

necnon Gilbertum Dethicke Johannem Juxon et Jacobum Hulet notarios publicos alme Curie Cant de Arcubus London procuratores, vel eorum generales conjunctim et eorum quemlibet per se divisim et insolidum, ita quod non sit melior conditio primitus occupan, nec deterior subsequentis sed quod unus eorum inceperit, id ipsorum quilibet libere prosequi valeat, mediare pariter et finire nros veros certos legitimos et indubitatos procuratores, actores, factores, negotiorumque nrorum gestores et nuncios speciales et generales ad infrascripta omnia et singula nominamus, ordinamus, facimus et constituimus per presentes damusque pariter et concedimus eisdem procuratoribus nris conjunctim et eorum cuilibet (ut prefertur) per se divisim et insolidum potestatem generalem et mandatum speciale pro nobis ac vice loco et noie nris coram Reverendo in Christo patre Dno Guilielmo Juxon legum Doctore et Epo Herefordensi electo, in Epum et Pastorem Ecclie Cathed Sci Pauli London pred per nos et unanimiter electo comparendi, interessendi literasque certificatorias sive Decretum de et super Electione sua huiusmodi per nos fact et confect Sigilloque nro communi sigillat eidem Reverendo patri exhibendi et ostendendi ipsumque suppliciter et cum instantia quoties et quando eis seu eorum alicui visum fuerit expedire, quod ipse Electioni de se facte consentiat et consensum suum eidem expresse prebere dignetur, rogand et requirend Electionemque sive Certificatorium super electione huiusmodi prefato Serenissimo Dno nro Dno Carolo Dei gra Anglie, Scotie, Francie et Hibernie Regi fidei defensori &c significand et intimand necnon negotium Confirmationis electionis pred coram Reverendissimo in Christo patre Dno Dno Guilielmo divina providen Cant Archiepo totius Anglie Primate et Metropolitano eiusve Vicario in spualibus generali et Officiali principali seu Commissario quocunque in hac parte usque ad finalem expeditionem eiusdem promovend prosequend ac Confirmationem in ea parte petend et obtinend, provocand et appelland ac provocationes et appellationes huiusmodi notificand et obtinend aliumque insuper seu alios procuratorem seu procuratores loco suo et eorum cuiuslibet substituend ac substitut vel substitutos huiusmodi revocand procuratorisque officium in se et eorum quemlibet reassumend, quoties et quando eis seu eorum alicui melius videbitur expedire Et generaliter omnia alia et singula faciend, exercend et expediend usque ad finalem expeditionem negotii Confirmationis huiusmodi que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna licet mandatum de se magis exigant speciale quam superius est expressum. Promittentes et promittimus nos ratum gratum et firmum perpetuo habituros totum et quicquid procuratores nri predict aut eorum aliquis fecerint seu fecerit in premissis vel eorum aliquo, sub hypotheca et obligatione omnium et singulorum bonorum nrorum tam presentium quam futurorum et in ea parte Cautionem exponimus per presentes. In cuius rei Testimonium Sigillum nrum commune presentibus apponi fecimus Dat in Domo nra Capitulari vicesimo octavo die mensis Septembris Anno Dni Millesimo sexcentesimo tricesimo tertio.

Citatio contra oppositores.

Guilielmus providen divina Cantuar Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus Universis et singulis Clericis et literatis quibuscunque per Provinciam nram Cantuar ubilibet constitutis Salutem et gratiam. **Cum** vacan nuper sede Epali London per Translationem nram in Archiepum Cant Decanus et Capitulum Ecclie Cathedralis Divi Pauli London pro electione nova et futuri Episcopi ibm (licentia Regia primo in ea parte petita et obtenta) celebrand certum terminum prefixerint et assignaverint ac in huiusmodi electionis negotio termino ad eo statuto rite procedentes Reverendum virum Guilielmum Juxon legum Doctorem ac tunc Epum Herefordensem electum in eorum et dicte Ecclie Cathedralis Divi Pauli London pred Epum et Pastorem elegerint Cumque Serenissimus in Christo Princeps et Dnus nr Dnus Carolus Dei gra Anglie, Scotie, Francie et Hibernie Rex fidei defensor &c ad humilem peticionem canonicorum ecclie et Capli eiusdem electioni de persona prefati Reverendi viri dni Electi facte et celebrate Regium suum assensum adhibuerit pariter et favorem prout per tras suas patentes Regias magno sigillo suo Anglie sigillatas Nobis significaverit Mandando quatenus Nos electionem pred et personam sic electam confirmare juxta formam statuti in ea parte editi et provisi velimus, cum omni celeritate accomoda, prout per easdem tras patentes Regias ad quas habeatur relatio plenius liquet et apparet Nos vero volentes eiusdem dni nri Regis mandatis pro officii nri debito parere ac in huiusmodi Confirmationis negotio juxta Juris et statutorum huius Regni Anglie exigentiam procedere Omnes et singulos oppositores (siqui sint) qui contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere, excipere vel opponere voluerint ad certum hoc locum et effectum infrascript monendos et citandos fore decrevimus, justitia mediante Vobis igr conjunctim et divisim committimus ac firmiter injungendo mandamus quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie alta et intelligibili voce infra Ecclesiam parochialem beate Marie virginis de Arcubus London nri et Ecclie nre Cathedralis et Metropolitice Christi Cant Jurisdictionis immediate, necnon per affixionem publicum in aliquo loco conspicuo infra eandem Ecclesiam parochialem vel in aliis locis publicis ubi videbitur expediens omnes et singulos oppositores (siqui sint) in specie aliquem in genere qui contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere, excipere vel opponere voluerint, Quod compareant et eorum quilibet compareat coram Nobis aut Vicario nro in spiritualibus generali et Officiali principali vel Commissariis nris aut eorum aliquo in hac parte quorumcumque in eadem Ecclia parochiali beate Marie virginis de Arcubus London die Mercurii vicesimo tertio viz. die huius instantis mensis Octobris inter horas nonam et decimam ante meridiem eiusdem diei cum continuatione et prorogatione dierum extunc sequentium et loci (si oporteat) in ea parte fiend contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam (si sua putaverint interesse) in debita Juris forma dicturos, excepturos vel opposituros ulteriusque facturos et recepturos quod iustum fuerit in hac parte et dicti negotii qualitas et natura de se exigunt et requirunt, Intimantes preterea modo et forma precedentibus omnibus et singulis oppositoribus (siqui sint) in specie aliquem in genere quibus Nos etiam tenore presentium sic intimamus quod sive ipsi sic citati dictis die hora et loco coram Nobis aut Vicario nro in spiritualibus generali vel Commissario nro pred comparuerint et contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam electam huiusmodi dicere excipere vel opponere voluerint sive non Nos nihilominus in dicto Confirmationis negotio juxta juris et statutorum huius regni Anglie exigentiam procedemus et procedere intendimus seu sic procedere intendit Vicarius nr in spiritualibus generalis vel Commissarius pred, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante. Et quid in premissis feceritis Nos aut Vicarium nrum in spiritualibus generalem antedictum vel Commissarium huiusmodi debite et auctentice certificetis seu sic certificet ille vrum qui presens nrum mandatum fuerit executus. Dat decimo octavo die mensis Octobris Anno dni Millesimo sexcentesimo tricesimo tertio, et nre Cons anno primo.

Certificatorium super executione Citationis pred.

Reverendissimo in Xpo patri et dno, dno Guilielmo providentia diva Cantuar Archiepo totius Anglie Primati et Metropolitano eiusve Vicario in spiritualibus generali et Officiali principali aut Commissario cuicumque in hac parte specialiter deputato Vester humilis et devotus Richardus Hodgkinson clericus vester ad infrascripta mandatarius Omnimodas reverentias et obedientiam tanto Rmo patri debitas et condignas cum honore. Mandatum vrum Reverendissimum retroscript nuper cum ea qua decuit reverentia humiliter recepi exequend Cuius vigore pariter et auctoritate autate omnes et singulos oppositores (si qui sint) tam in specie quam in genere qui contra prefatam electionem formam eiusdem aut personam electam dicere excipere vel opponere voluerint tam per affixionem eiusdem mandati vri in valvis exterioribus Ecclie parochialis beate Mariae virginis de Arcubus London reliquerit et ibm aliquamdiu dimisisse quam per publicationem eiusdem mandati vri in Ecclia parochiali pred decimo nono viz.t die huius instantis mensis Octobris Anno Dni Millimo sexcentmo tricesimo tertio peremptorie citavi Quod compareant et eorum quilibet compareat coram vobis die hora et loco in hmoi vro Rmo mandato content et specificat contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam hmoi (si sua putaverint interesse) in debita Juris forma dictur excepturus et oppositurus ulteriusque facturus et recepturus quod tenor et effectus istius vri Rmi mandati de se exigunt et requirunt Et preterea dcis die et loco eosdem oppositoribus sic (ut prefertur) citatis intimavi Quod sive ipsi dcis die hora et loco comparuerint et quae imperata sunt fecerint sive non Vos nihilominus aut Commissarius vel alius in hmoi Confirmationis negotio juxta juris et statutorum huius Regni Angliae exigentiam procedetis seu procedet et justitiam ministrabitis seu ministrabit ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstan. Et sic ego mandatarius vester antedictus mandatum vrum Reverendissimum retroscriptum hmoi quantum in me fuit debite et diligenter sum executus. In cuius rei Testimonium Sigillum venerabilis viri Commissarii Decanatuum de Shorham et Croydon Ecclie Xpi Cant Jurisdictionis immediatae praesentibus apponi procuravi Et nos Commissarius antedictus ad specialem rogatum dicti Certificantis Sigillum nrum hmoi praesentibus apponi fecimus Dat vicesimo primo die mensis Octobris Anno Dni Millimo sexcentmo tricesimo tertio./

In Dei nomine Amen: Nos Nathanael Brent miles et legum Doctor Reverendissimi in Xpo patris et Dni Dni Gulielmi providentia divina Cantuar Archiepi totius Angliae Primatis et Metropolitani Vicarius in spiritualibus generalis ac Commissarius inter alios ad infrascripta con.ll et div.ll specialiter et legitime deputatus et constitutus In negotio Confirmationis electionis de persona Reverendi viri Gulielmi Juxon legum Doctoris ac Dni Episcopi Herefordensis Electi in Episcopum et Pastorem Ecclie Cathedralis divi Pauli London nuper electi facte et celebrate rite et legitime procedentes Omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint ad comparendum coram Nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam in debita Juris forma dicturos excepturos et opposituros alias legitime et peremptorie citatos saepius publice preconizatos diuque et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes ad petitionem procuratoris decani et Capituli Ecclie Cathedralis Sti Pauli London pred pronuntiamus contumaces et in poenam contumaciarum suarum hmoi eis et eorum cuilibet viam ulterius opponendi contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam precludimus in his scriptis Ac etiam decernimus ad ulteriora in dicto Confirmationis negotio procedend fore juxta juris et statutorum huius Regni Angliae exigentiam ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstan./

Prima Schedula /

Lecta fuit hmoi Schedula per prefatum venerabilem virum Dnum Nathanaelem Brent militem die hora et loco in Actu mentionat &c./

In Dei nomine Amen: Coram vobis Reverendissimo in Xpo patre et Dno Dno Gulielmo providentia divina Cantuar Archiepo totius Angliae Primate et Metropolitano ad infrascripta auctoritate Parliamentali Angliae (mediantibus literis Commissionalibus Serenissimi in Xpo principis et Dni nri

Sumaria petitio. /

nri Dni Caroli Secundi Dei gra Anglie, Scotie, Ffrancie et Hibnie Regis Fidei defensoris &c sufficienter et ltime fulcito necnon Vicario in spualibus gnali et Officiali princi-palı ltime constituto aut Comissarijs seu quibuscunq in hac parte specialiter deputatis eorumve altero quorumq Pars sindicum virorum Decani et Capli Ecclie Cathlis divi Pauli London dicit allegat et in hijs scriptis ad omnem Juris effectum exinde sequi valen, per viam summariam petitionis Jn Jure proponit articulatim prout sequitur. /

Commissarijs suis seu deputatis

1 **Inprimis** vizt Quod Sedes Epalis London per translacionem Reverendissime paternitatis pro prefati Dni Archiepi ultimi Epi et Pastoris ibm ad Sedem Archiepalem Cantuar, nuper vacavit, vacat et aliquamdiu vacavit Pastorisq solatio destituta extitit et existit in presenti Horq fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum Et ponit conjunctim et divisim ac de quolibet. /

2 **Item** Quod dicta Sede Epali London dudum (ut prefertur) vacan, Decanus et Capitulum Ecclie Cathlis Sti Pauli London pred Capitulariter congregati Capitulum facien, lra Regia primitus in ea parte petita et obtenta, certum diem et locum suum Capitularem Ecclie Cathlis pred pro electione futuri Epi London faciend et celebranda unanimiter et concorditer prefixerunt ac omnes et singulos eiusdem Ecclie Cathlis Canonicos et Prebendarios ius vocis aut interesse in eadem electione habentes seu habere pretendentes ad diem et locum pred in huiusmodi electionis negotio processuros et procedi visuros ltime et peremptorie citari fecerunt Horq fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum Et ponit ut supra. /

3 **Item** Quod prefati Decanus et Capitulum die et loco prefixis scilicet vicesimo octavo die mensis Septembris Anno Dni Millesimo Sexcentesimo tricesimo tertio, concurren Capitulariter congregati et plenum Capitulum facientes servatis servandis per eos de Jure et Statutis huius Regni Anglie in ea parte servandis, habitoq per eos tractatu diligenti de persona idonea eligenda in Epum et Pastorem Ecclie Cathlis pred, tandem unanimiter et concorditer nullo eorum contradicente seu reclamante Reverendum virum Gulielmum Juxon legum Doctorem ac Epum Herefordensem electum in eorum et dicte Ecclie Cathlis divi Pauli London Epum et Pastorem elegerunt et Ecclie pred de eodem providerunt Et ponit ut supra. /

4 **Item** Quod electio huiusmodi et persona sic electa de, prenotata in Ecclia Cathli divi Pauli London pred coram Clero et populo tunc ibidem in numero copioso congregatis debite publicate et declarate fuerunt Et ponit ut supra. /

5 **Item** Quod dictus Reverendus vir Dnus Electus electioni huiusmodi de se et de persona sua in Epum et Pastorem Ecclie Cathlis divi Pauli London pred (ut prefertur) facte et celebrate ad humilem petitionem eorundem Decani et Capituli debitis loco et tempore consentiebat et consensum suum eidem prebuit in scriptis per eum literis Et ponit ut supra. /

6 **Item** Quod dictus Reverendus vir Gulielmus Juxon Dnus Electus fuit et est vir providus et discretus sacrarum literarum scientia vita et moribus merito commendatus liber et de ltimo matrimonio procreatus atq in etate ltima et ordine sacerdotali constitutus, necnon Deo devotus

et Ecclesie memorate apprime necessarius Quodque fuit et est verum, publicum, notorium, manifestum pariter et famosum Et ponit ut supra./

Item Quod prefati Decanus et Capitulum huiusmodi electionem et personam electam prenominato Serenissimo domino nostro Carolo Regi per literas suas patentes Sigillo eorum communi roboratas, pro officii sui debito, iuxta formam Statuti huiusmodi Regni Anglie in ea parte editi et provisi significaverunt et intimarunt Et ponit ut supra./ 7 Secunda

Item Quod petitato ex parte dictorum Decani et Capituli eidem Regie Sublimitati processu electionis huiusmodi Idem Serenissimus dominus noster Rex pro sua clementia Regia Electioni huiusmodi de persona prenominati Reverendi viri Gulielmi Juxon (ut prefertur) facte et celebrate assensum et consensum suos Regios gratiose adhibuit et adhibet, illamque ratam et gratam habuit et habet Quodque fuit et est verum, publicum, notorium, manifestum pariter et famosum Et ponit ut supra./ 8

Item Quod dictus Serenissimus dominus noster Rex vobis prefato Reverendissimo patri de assensu et consensu suis Regiis huiusmodi electioni (ut prefertur) adhibitis per literas suas patentes vobis inscriptas et directas non solum significavit, verum etiam earundem literarum suarum patentium serie Vobis rogando, mandavit quatenus vos electionem predictam et personam electam confirmare Ipsumque insigniis Episcopalibus insignire et decorare Ulteriusque peragere que vos in hac parte incumbunt officio pastorali, iuxta formam Statuti in ea parte editi et literarum patentium huiusmodi velitis cum favore et effectu Quodque fuit et est verum, publicum, notorium, manifestum, pariter et famosum Et ponit ut supra./ 9

Item Quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera, publica, notoria, manifesta pariter et famosa Atque de et super eisdem laborarunt et in presenti laborant publica vox et fama Unde facta fide de iure in hac parte requisita (ad quam faciendam offert pars ista proponens dictorum Decani et Capituli se promptam et paratam pro loco et tempore congruis et opportunis) Petitque eadem pars prefatam electionem et personam electam confirmandum fore decerni et cum effectu confirmari iuxta Iuris et Statutorum huiusmodi Regni Anglie exigentiam, ac tenorem literarum Regiarum patentium huiusmodi vobis in hac parte directarum Ipsumque curamque regimen et administrationem spiritualium dicti Episcopatus London Iuriumque dignitatum honorum preeminentiarum et pertinentiarum suorum universorum inducendum et intronizandum fore decerni Ulteriusque fieri statui et decerni in premissis et ea concernentibus quibuscunque quod Iuris fuerit et rationis ac Statutis huiusmodi Regni Anglie consonum Supplendo defectus quoscunque in hac parte intervenientes Que proponit et fieri petit pars ista proponens coniunctim et divisim non arctans se ad omnia et singula premissa probanda, nec ad onus superflue probationis de quo protestatur Sed quatenus probaverit in premissis eatenus obtineat in petitis Iuris beneficio, in omnibus semper salvo vestrum officium Domine Judex humiliter implorando./ 10

Episcopatus London quoad eidem domino electo committi Ipsumque in realem actualem et corporalem possessionem

Processus electionis per venerabiles viros Decanum et Capitulum Ecclesie Cathedralis Divi Pauli London facte et in huiusmodi Confirmationis negotio exhibitus per eorum procuratorem remanet penes Registrarium./

Processus electionis.

Reverendissimo in Christo patri domino, domino Gulielmo providentia divina Cantuar Archiepiscopo totius Anglie Primati et Metropolitano aut alii cuicunque potestatem in hac parte sufficientem habenti seu habituro Vestri humiles et devoti Thomas Wynnyff Sacra

Certificatorium Fact. Rmo

sacre Theologie professor Decanus Ecclie Cathlis Sti Pauli London et eiusdem Ecclie
Capitulum omnimodas reverentiam et obediam tanto Reverendissimo pri debitas et condignas cum
honore. Vestre reverendissime paternitati tenore pntium significamus et notum facimus
Quod Sede Epali London per translationem vre reverendissime Paternitatis ad
Archiepatum Cantuar, iam pastore Pastoris solatio destituta Nos Decanus et
Capitulum antedict vigore et autate licentie Regie Maiestatis nobis et Ecclie Cathli
pred de alio in Epum et Pastorem eligend facte et concesse in domo nra Capitulari
die dat pntium Capitulariter congregati et Capitulum ibm facientes (servatis primitus
per nos omnibus et singulis ad dcam electionis negotium de Jure et huius Regni Anglie statutis
sive antiqua consuetudine dicte Ecclie Cathlis servandis habitoque inter nos diligenti et
maturo tractatu de persona idonea in hac parte eligenda, tandem in Reverendum in
Xpo prem et Dnm Dnm Guilielmum Juxon legum Doctorem et Epum Herefordensem
Electum per Serenissimi Dni nri Regis literas speciales nominatum et commendatum, vota
nra direximus, Ipsumque vigore dicte licentie Regie Maiestatis in nrum et dcæ Ecclie
Cathlis Sti Pauli London Epum et Pastorem unanimiter et concorditer (nullo
contradicente vel reclamante) elegimus, prout per alias literas nras Certificatorias
dco Serenissimo Dno Regi in ea parte directas et transmissas plenius liquet et
apparet. Vestre igitur Paternitati Reverendissime tenore pntium humiliter
supplicamus et in Dno rogamus quatus dcam nram electionem sic per nos
(ut prefertur) de persona prenominati Reverendi patris factam et celebratam confirmare
ceteraque peragere, perficere, concedere et expedire que ad officium vrm Archiepale in
hac parte quomodolibet spectant dignetur eadem vra Reverendissima paternitas cum
favore, ut (Deo optimo maximo bonorum omnium largitore favente et cooperante)
dcus Electus et Confirmatus nobis preesse valeat utiliter pariter et prodesse,
ac nos sub eo et eius regimine bono possimus in dca Ecclia militare, sicque Deus
optimus maximus vram Reverendissimam paternitatem diu conservet in prosperis.
In quorum omnium et singulorum premissorum fidem et testimonium sigillum nrum
commune pntibus apponi fecimus Dat in domo nra Capitulari predicto octavo die
mensis Septembris Anno Dni Millmo sexcentesimo tricesimo tertio./

Certificatorium
fact Dno Electo.

Reuerendo in Xpo patri Dno Dno Guilielmo Juxon legum Doctori et
Episcopo Herefordensi Electo Thomas Wynniff sacre theologie professor Decanus
Ecclie Cathlis Sti Pauli London et eiusdem Ecclie Capitulum omnimodas reverentiam et
obedientiam tanto Reverendo patri debitas et condignas cum honore. Vestre Reverende
paternitati tenore pntium significamus et notum facimus, quod vacan nuper
Sede Epali London per translationem reverendissimi in Xpo pris Dni Dni
Guilielmi Laude ultimi Epi et Pastoris ibm ad Archiepatum Cantuarien
Nos Decanus et Capitlum antedicti in domo nra Capitulari die dat pntium
vigore et autate licentie Illustrissimi in Xpo Principis et Dni nri Dni Caroli Dei
gra Anglie, Scotie, ffrancie et Hibnie Regis fidei Defensoris &c, nobis in ea parte
fact et concesse ad effectum eligendi novum Episcopum et Pastorem ecclie Cathlis
pred Capitulariter congregati et Capitlum ibm facientes, servatis de Jure et
consuetudine ac statutis et ordinacionibus Ecclie Cathlis pred in ea parte servand
habitoque inter nos tractatu diligenti de persona idonea in ea parte eligenda, tandem
in reverendam vram paternitatem vota nra direximus eandemque reverendam
Paternitatem vram in nrum et dicte Ecclie Cathlis Sti Pauli London Epum
et Pastorem unanimiter elegimus ac electionem huiusmodi dicto Illustrissimo Dno nro
Regi per literas nras Certificatorias sigillo nro communi sigillatas significavimus
et notum fecimus, Quocirca vram reverendam paternitatem obnixe rogamus
quatenus

pastorem huius electioni de persona nostra, per nos facta et celebrata consentire et consensum et assensum vestrum eidem prebere dignemini. In quorum omnium et singulorum premissorum fidem et testimonium sigillum nostrum commune presentibus apponi fecimus Dat. in Domo nostra Capitulari vicesimo octavo die mensis Septembris Anno Domini Millesimo sexcentesimo tricesimo tertio./

Instrumentum Consensus./

[illegible]

Praesens

In Dei nomine Amen: Per presens publicum Instrumentum cunctis appareat evidenter et sit notum Quod die Lune vicesimo primo viz. die mensis Octobris Anno Domini Millesimo sexcentesimo tricesimo tertio Regnique Serenissimi in Christo principis et Domini nostri Domini Caroli Dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Regis fidei Defensoris &c Anno nono, In edibus solite habitationis Willelmi Bell in vico vulgariter appellato Kingstreete, infra parochiam Sancte Margarete in Westm' in Com' Midd' notarii publici Jacobi Caroli Wade notariique publici subscripti ac testium infrascriptorum nominatorum presentia Constitutus personaliter discretus vir Robertus Juxon notarius publicus alme Curie Cant' de Arcubus London procuratorum generalium unus exhibuit procuratorium suum tabellionatum pro venerabilibus viris Decano et Capitulo Ecclesie Cathedralis divi Pauli London sigillo eorum communi (ut apparuit) sub cera viridi sigillat' et inter alios con.ti et dom.ti factum et fecit se partem procuratoriam ac nomine procuratorio eorundem Decani et Capituli, presentavit Reverendo viro Willelmo Juxon legum doctori et Episcopo Herefordensi electo tunc et ibidem personaliter presenti literas quasdam testimoniales sive certificatorias sigillo communi eorundem Decani et Capituli (ut apparuit) sub cera viridi etiam sigillatas de et super electione dicti Reverendi viri in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis divi Pauli London predict' facta et celebrata Eundemque Reverendum virum Dominum electum instanter instantius et instantissime rogavit et requisivit quatenus eidem electioni de ipso et eius persona (ut premittitur) facte et celebrate consentire ac consensum et assensum suos eidem prebere dignaretur – Qui quidem Reverendus vir Dominus electus antedictus sic requisitus et interpellatus (prehabita primitus per eum matura deliberatione) Electioni predicte de ipso et eius persona (ut premittitur) facte et celebrate consentiebat ac consensum et assensum suos eidem prebuit in scriptis prout in schedula quam in manibus suis tunc tenebat publice legebat continetur Cuius quidem schedule tenor sequitur et est talis videlicet. In Dei nomine Amen. Ego Willelmus Juxon legum Doctor Episcopus Herefordensis electus in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis divi Pauli London rite et legitime nominatus et electus ad consentiendum huic electioni de me et persona mea in hac parte facte et celebrate ex parte et per partem venerabilium virorum Decani et Capituli eiusdem Ecclesie Cathedralis instanter rogatus et requisitus (Dei omnipotentis clementia fretus) Electioni huiusmodi de me et persona mea sic (ut prefertur) facte et celebrate ad honorem Dei omnipotentis patris filij et spiritus sancti consentio eidemque consensum et assensum meos semel atque iterum rogatus et interpellatus prebeo in hijs scriptis Super quibus omnibus et singulis premissis tam dictus Reverendus vir Dominus electus quam memoratus magister Johannes Juxon procurator antedictus me prefatum notarium publicum sibi unum vel plura publicum seu publica Instrumentum sive Instrumenta conficere ac testes infrascriptos testimonium inde perhibere instanter rogarunt et requisiverunt Acta fuerunt hec omnia et singula premissa prout suprascribuntur et recitantur sub Anno Domini Regnique Regie Maiestatis mense die et loco predictis Presentibus tunc et ibidem Johanne Wright et Richardo Downes testibus ad premissa videndum audiendum et testificandum vocatis et specialiter requisitis./

Et ego Jacobus Wade [illegible] notarius publicus auctoritate

Regia notarius Quia premissis omnibus et singulis dum sic (ut premittitur) sub anno dni Regniq(ue) Regie maiestatis, mense die et loco predictis agebantur et fiebant, unacum prenominatis testibus presens personaliter interfui eaque omnia et singula sub modo et forma prenotatis fieri, geri et expediri vidi, scivi et audivi atque in notam sumpsi Ideo hoc presens publicum Instrumentum manu mea propria fideliter scriptum exinde confeci et in hanc publicam et autenticam formam redegi Signoque nomine cognomine et subscriptione meis solitis et consuetis signavi et me hic subscripsi in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus et specialiter requisitus. /

Per me Carolum Wadi no:rium pub:cum eundem

Secunda Schedula. **In Dei nomine Amen:** Nos Nathanael Brent miles et legum doctor Reverendissimi in Xpo patris et dni, dni Gulielmi providentia divina Cantuar Archiepi totius Anglie Primatis et Metropoli Vicarius in spiritualibus generalis ac Comissarius inter alios ad infrascripta sufficienter et dimo speciale et ltime deputatus et constitutus In negotio Confirmationis electionis de persona Reverendi viri Gulielmi Juxon legum doctoris ac dni Epi Herefordensis electi in Epum et Pastorem Ecclie Cathes Sti Pauli London modo electi facte et celebrate, rite et ltime procedentes Omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint ad comparend coram nobis istis die horis et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam in debita Juris forma dicturos excepturos et oppositores, alias ltime et peremptorie vocatos saepius publice preconizatos diuque et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes, nec contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam electam huiusmodi aliquid dicentes, excipientes vel opponentes ad petitionem procuratoris Decani et Capituli Ecclie Cathes Sti Pauli London pred pronunciamus contumaces et in penam contumaciarum suarum huiusmodi decernimus procedend fore ad prolationem sententie nre diffinitive sive nri finalis decreti in huiusmodi negotio ferend Ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstan. /

Lecta fuit huiusmodi schedula per prefatum venlem virum dnm Nathanaelem Brent militem die hora et loco in actis mentionat &c /

Sententia diffinitiva. **In Dei nomine Amen:** Auditis visis et intellectis ac plenarie et mature discussis per Nos Nathanaelem Brent militem et legum doctorem Reverendissimi in Xpo patris et dni, dni Gulielmi providentia divina Cant Archiepi totius Anglie Primatis et Metropoli Vicarium in spiritualibus generalem et Officialem principalem ac Comissarium inter alios ad infrascripta sufficienter et dimo speciale et ltime deputatum et constitutum Meritis et circumstantiis cuiusdam cause sive negotij Confirmationis electionis de persona Reverendi viri Gulielmi Juxon legum doctoris ac dni Epi Herefordensis electi in Epum et Pastorem Ecclie Cathes Sti Pauli London modo electi facte et celebrate, Quod coram nobis in Judicio aliquandiu vertebatur vertiturque in presenti et pendet indecisum rimatoque primitus per Nos toto et integro processu coram Nobis in dicto Confirmationis negotio habito et facto atque diligenter recensito servatisque per Nos de Jure et Statutis huius Regni Anglie in ea parte servandis ad nre sententie diffinitive sive nri finalis decreti prolationem in huiusmodi Confirmationis negotio ferend sic duximus procedend fore et procedimus in hunc qui sequitur modum **Quia** per acta, mutilata, deducta, allegata, proposita, exhibita, probata et confessata coram Nobis in huiusmodi Confirmationis negotio, comperimus luculenter et invenimus electionem predictam per Decanum et Capitulum Ecclesie Cathedralis Sancti Pauli London, predict de prenominato Reverendo viro Willelmo Juxon electo huiusmodi, viro utique provido et discreto, vite et morum meritis commendato, libere et de legitimo matrimonio procreato atque in etate legitima et ordine sacerdotali constituto, rite et legitime fuisse et esse factam et celebratam, nihilque eidem Reverendo viro electo huiusmodi de institutis canonicis obviasse seu obviare, quominus in Episcopum London auctoritate dicti Reverendissimi patris merito debeat confirmari; Idcirco Nos Nathanael Brent miles legum doctor ac Commissarius antedictus sive (ut premittitur) specialiter et legitime deputatus et constitutus, attentis premissis et alijs virtutum meritis super quibus prenominatus electus London Episcopus fide digno commendatur testimonio Christi nomine primitus invocato ac ipsum solum Deum oculis nostris preponentes et habentes de et cum consilio Jurisperitorum cum quibus in hac parte communicavimus prenominatam electionem de eodem Reverendo viro Willelmo Juxon factam et celebratam auctoritate qua fungimur confirmamus defectusque quoscunque in dicto Confirmationis negotio intervenientes (si qui forsan sint) quantum in nobis est et de iure possumus supplentes et supplemus Ipsumque dominum electum et confirmatum consecrandum et benedicendum fore decernimus Curamque regimen et administrationem spiritualium dicti Episcopatus London, predict Iuriumque dignitatum honorum, preheminentiarum et pertinentiarum suorum universorum, eidem domino electo et confirmato committimus ac ipsum in realem actualem et corporalem [illegible] dicti Episcopatus London inducendum et intronizandum fore per Archidiaconum Cantuar seu eius deputatum iuxta Ecclesie Cathedralis Sancti Pauli London, predict morem et consuetudinem (legibus et statutis huius Regni Anglie non adversantibus) etiam decernimus et declaramus per hanc nostram Sententiam diffinitivam sive hoc nostrum finale decretum, quam sive quod ferimus et promulgamus in hijs scriptis./

Lecta fuit huiusmodi Sententia per prefatum venerabilem virum dominum Nathanaelem Brent militem die Mercurij vicesimo tertio viz. die mensis Octobris Anno domini 1633, in Ecclesia parochiali beate Marie virginis de Arcubus London, inter horas nonam et undecimam ante meridiem eiusdem diei ad petitionem magistri Johannis Juxon procuratoris Decani et Capituli Ecclesie Cathedralis divi Pauli London, in presentia mei Caroli Wade notarij publici &c. super quibus &c. requisivit me &c. testibusque &c. presentibus tunc et ibidem testibus in Actis mentionatis &c./

Actus Consecrationis

Die Dominico vicesimo septimo viz. die mensis Octobris Anno domini Millesimo sexcentesimo tricesimo tertio et Translationis Reverendissimi in Christo patris et domini domini Willelmi providentia divina Cant. Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani Anno primo, in Capella dicti Reverendissimi patris infra Manerium suum de Lambeth in Com. Surrie &c. sedente Reverendissimo patre vigore et auctoritate litterarum Commissionalium patentium Serenissimi in Christo principis et domini nostri domini Caroli dei gratia Anglie, Scotie, Francie et Hibernie Regis fidei defensoris &c. sibi in hac parte directarum &c. assistentibus sibi Reverendissimo in Christo patre et domino domino Richardo eadem providentia divina Eborum Archiepiscopo Anglie Primate et Metropolitano necnon Reverendis in Christo patribus dominis Francisco Elien, Willelmo Landaven, Johanne Roffen et Johanne Oxon respective Episcopis Munus Consecrationis Reverendo viro Willelmo Juxon legum doctori Herefordensi electo, in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis divi Pauli London electo et confirmato (premissis primitus per eundem dominum electum et confirmatum

Juramento tam de agnoscendo Regiam supremam potestatem in causis Ecclesiasticis et temporalibus ac de renunciando omnem et omnimodam Jurisdictionem, potestati, autoritati et superioritati forancis juxta vim formam et effectum Statuti Parliamenti huius inclyti Regni Angliæ in ea parte editi et provisi Necnon de Canonica obedientia debit' prefato Reverendissimo patri Domino Archiepo Cantuar et Ecclesiæ Cathedrali et Metropoliticæ Christi Cantuar adhibend' quam de Simonia non commissa pro eius de procuratione sive acquisitione Episcopatus London pred' iuxta Canonem ea parte edit' Et adhibitisque ritibus et ceremonijs de usu moderno Ecclesiæ Anglicanæ adhibendis iuxta formam descriptam in libro intitulat' The forme and manner of makeing and consecrating Bishopps, Preists and Deacons) impendebat. In presentia mei Gavili Wade notarij publici Et Presentibus tunc et ibidem venerabilibus viris Domino Johanne Lambe milite et legum Doctore Almæ Curiæ Cant' de Arcubus London Officiali, Domino Nathanaele Brent etiam milite et legum Doctore Vicario in spiritualibus generali et Officiali principali prædicti Reverendissimi patris Domini Archiepi Cant', Arthuro Ducke legum etiam Doctore Vicario Domini Episcopi London in spiritualibus generali necnon Adamo Torlesse et Richardo Brigham Armigeris, Johanne Holt, Theodoro Colley, Roberto Cooke, Thoma Wilcoxon et Richardo Baker notarijs publicis et Richardo Hodgkinsone [illegible] et multis alijs in numero copioso congregatis testibus &c.

Mandatum ad intronizand' Dominum Episcopum.

Guilielmus providentia divina Cantuar Archiepus totius Angliæ Primas et Metropolitanus ad infrascripta autoritate Parliamenti huius inclyti Regni Angliæ (mediantibus literis Comissionalibus patentibus serenissimi in Christo Principis et Domini nostri Domini Caroli dei gratia Angliæ Scotiæ Franciæ et Hiberniæ Regis fidei Defensor &c) sufficienter et legitime fulcit' Venerabili viro Willelmo Kingsley sacræ theologiæ professori Archino nostro Cantuar in Ecclesia nostra Cathedrali et Metropolitica Christi Cant Salutem et gratiam. **Cum** vacante nuper sede Episcopali London per Translationem nostram ad huiusmodi Archiepatum Cantuar Decanus et Capitulum Ecclesiæ Cathedralis divi Pauli London (licentia Regia prius in ea parte petita et obtenta) Reverendum virum Guilielmum Juxon legum Doctorem Herefordensem electum in eorum et dictæ Ecclesiæ Cathedralis divi Pauli London Episcopum et Pastorem elegerint et Ecclesiæ Cathedrali prædict' de eodem providerint Quam quidem electionem et personam sic electam (servatis de jure et statutis huius Regni Angliæ in ea parte servandis) Nos Guilielmus Archiepus Cant' antedictus autoritate qua supra confirmavimus eidemque confirmato Curam regimen et Administrationem spiritualium dicti Episcopatus London commisimus Necnon consequenter munus confirmationis (adhibitis ritibus et ceremonijs de more Ecclesiæ Anglicanæ adhibendis) eidem Domino electo et confirmato impendimus ipsumque Dominum electum, confirmatum et consecratum seu procuratorem suum legitimum eius nomine et pro eo in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus London Juriumque dignitatum honorum præheminentiarum et pertinentiarum suorum universorum inducend', installand' et intronizand' fore decrevimus iustitia mediante Tibi igitur firmiter præcipiendo mandamus quatenus prefatum Reverendum patrem Dominum electum, confirmatum et consecratum seu procuratorem suum legitimum eius nomine et pro eo in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus London Juriumque dignitatum honorum præheminentiarum et pertinentiarum suorum universorum inducas installes et intronizes seu sic induci installari et intronizari facias cum effectu. Cathedramque stallum sive sedem Episcopalem in Ecclesia Cathedrali divi Pauli London pred' Episcopo ibidem assignari solit' et consuet' sibi (ut moris est) assignes et eum in nomine Domini nostri Jesu Christi

imponas

Juribus et consuetudinibus [illegible] Archiepiscopatus Cant et Ecclesie Cathedralis et Metropolitice Christi Cant [illegible] dignitatibus et beneficiis in ecclesiis [illegible]

imponat seu imponi faciat, prout decet, In cuius rei Testimonium Sigillum (quo in hac parte utimur) presentibus apponi fecimus Dat' vicesimo septimo die mensis Octobris Anno Dni 1633 et nostre Translationis Anno primo. /

Inductio Dni Episcopi. /

Secundo die mensis Novembris Anno Dni 1633 Emanavit Inductio vigore cuius mandabatur venerabilibus viris Thome Wynniffe sacre theologie professori Decano Ecclesie Cathedralis divi Pauli London, Henrico King et Johanni Montfort sacre theologie professoribus ac Canonicis residentiariis et stagiariis eiusdem Ecclesie Cathedralis, Richardo Cluet et Thome Paske sacre theologie etiam professoribus et Archidiaconis Archidiaconatuum Midd et London in eadem Ecclesia Cathedrali divi Pauli London fundat' coniunctim et divisim etc. ad inducendum et inthronizandum predictum Reverendum virum Guilielmum Juxon etc. /

Advocatio Archidiaconatus Essexie. /

Omnibus Christi fidelibus ad quos hoc presens scriptum pervenerit **Guilielmus** permissione divina London Episcopus Salutem in Domino sempiternam ac fidem indubiam presentibus adhiberi; **Cum** tam de antiqua laudabili longevaque et legitime prescripta consuetudine hactenus per tempus hominum memoriam superans inconcusse usitat' et observat' quam etiam de singulari prerogativa Ecclesie Metropolitice Christi Cant' fuerit et sit inviolabiliter usitatum et observat', Quod Archiepiscopus Cantuar' pro tempore existen' cuilibet Suffraganeorum in Episcopum alicuius Ecclesie Cathedralis sue Cantuar' provincie electo, statim post Confirmacionem electionis huiusmodi, unum Clericum idoneum nominare et presentare possit Qui, idem electus ~~[illegible]~~ confirmatus tenebitur quamprimum facultas se obtulerit, in sua Ecclesia Cathedrali de dignitate, Canonicatu et Prebenda seu de alio competenti beneficio Ecclesiastico providere ac interim eundem Clericum de dignitatem Canonicatum et Prebendam seu beneficium huiusmodi per promovendum acceptare et admittere, pensionem sibi et rationem annuam sufficientem constituere eandemque solvendam et persolvendam quousque eidem Clerico de aliqua dignitate Canonicatu et Prebenda vel alio competenti beneficio huiusmodi sufficienter fuerit provisum et promotum **Sciatis** igitur nos prefatum Guilielmum Episcopum London easdem Jura libertates consuetudines et prerogativam Ecclesie Metropolitice Christi Cant' pred' (prout tenemur) pro parte nostra adimplere volentes ex causis et considerationibus predictis ac in plenam satisfactionem earundem dedisse concessisse et confirmasse ac per presentes pro nobis et successoribus nostris dare concedere et confirmare Reverendissimo in Christo patri et Domino Domino Guilielmo providentia divina Cant' Archiepiscopo totius Anglie Primati et Metropolitano Executoribus et Assignatis suis, primam et proximam advocationem nominationem presentationem liberamque dispositionem et ius patronatus Archidiaconatus sive dignitatis Archidiaconalis Essexie nostrum patronatus et dispositionis existen' quandocumque et quamprimum eundem Archidiaconatum sive dignitatem Archidiaconalem per mortem resignationem cessionem dimissionem permutationem privationem vel alio quocumque modo primo et proxime post datum presentium vacare contigerit, pro prima vice proximaque vacatione eiusdem tantum. Habendum et tenendum dict' advocationem nominationem presentationem liberamque dispositionem et Jus patronatus Archidiaconatus sive dignitatis Archidiaconalis Essexie pred' (sic ut prefertur) primo et proxime vacatur' prenominato Reverendissimo patri Domino Guilielmo Cant' Archiepiscopo Executoribus et Assignatis suis pro prima vice et proxima eiusdem tantum Ita quod bene liceat et licebit prefato Reverendissimo patri Executoribus et Assignatis suis ad libitum suum actualem clericum quamcunque personam idoneam ad predictum Archidiaconatum sive dignitatem Archidiaconalem utcunque vacare contigerit pro prima vice tantum nominare et presentare Ac tam nominationis et presentationis de prefato Archidiaconatu sive dignitate Archidiaconali cuicunque persone idonee hmoi faciend et concedend ac omnia alia et singula exercere et adimplere que in premissis seu eorum aliquo necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna adeo plene libere et integre ac in tam amplis modo et forma prout nos prefatus Epus faceremus seu facere possemus si hec presens nra concessio sive confirmatio minime facta non fuisset Et si contigerit hanc nram donationem sive concessionem ratione forsan alicuius prioris donationis sive concessionis per nos aut predecessores nros mie fact seu quavis alia de causa vel occasione pro prima et proxima vacatione dicti Archidiaconatus sive dignitatis Archidiaconalis suum debitum non sortiri effectum Tunc et in eo casu volumus et mandamus pro nobis et successoribus nris quod hec presens donatio sive concessio nra sese extendat ad secundam ac etiam in casu simili ad tertiam vacationem dicti Archidiaconatus sive dignitatis Archidiaconalis Ita quod Jus patronatus dicti Archidiaconatus sive dignitatis Archidiaconalis ad nos et successores nros antea non revertetur donec et quousque una aliqua persona idonea actualem clericum ad presentationem predicti Rmi patris executorum vel Assignatorum suorum ad predictum Archidiaconatum sive dignitatem Archidiaconalem pro prima vice tantum fuerit admissa ac in eodem Canonice instituta necnon in realem actualem et corporalem possessionem eiusdem Jurumque membrorum et pertinentiarum suorum universorum inducta et installata pacifice et quiete. In cuius rei Testimonium Sigillum nrum Episcopale presentibus apponi fecimus Dat secundo die mensis Novembris Anno Dni Millmo sexcentesimo tricesimo tertio Regnique serenissimi in Xpo principis et Dni nri Dni Caroli Dei gra Anglie Scotie ffrancie et Hibnie Regis fidei defensoris &c Anno nono Nostreque Consecrationis Anno primo./

Bangorn: Acta habita et facta in negotio

Confirmationis electionis de persona venerabilis viri Edmundi Griffith sacre theologie Baccalaurei in Epum et Pastorem Ecclie Cathis Bangoren electi die Mercurii duodecimo viz. die mensis ffebruarii Anno Dni (iuxta Computationem Ecclie Anglicane) Millmo sexcentesimo tricesimo tertio Regnique serenissimi in Xpo principis et Dni nri Dni Caroli Dei gra Anglie Scotie ffrancie et Hibnie Regis fidei defensoris &c Anno nono In Ecclia parochiali beate Marie virginis de Arcubus London Ecclie Cathis et Metropca Christi Cant Jurisdictionis immediate inter horas nonam et undecimam ante meridiem eiusdem diei, Coram venerabili viro Dno Nathanaele Brent milite et legum doctore Vicario in spiritualibus generali et Officiali principali Rmi in Xpo patris et Dni Dni Gulielmi providentia divina Cant Archiepi totius Anglie Primatis et Metropolitani necnon Commissario inter alios ad infrascripta com. et dni. spiali et ltime deputat et constitut. In presentia mei Jacobi Wade notarii publici &c

Actus Confirmationis

Dictis die et loco atque inter horas predictas

presentes Coram prefato venerabili viro Dno Nathanaele Brent Vicario in spualibus generali et Commissario & Judicialiter et pro tribunali sedente comparuit

pallin

20

patentibus Regijs de assensu suo Regio et prenominato Rmo patri inscriptis et directis
necnon lris Commissionalibus dicti Rmi patris eidem venerabili viro et alijs direct. et dim.
factis ac per me Carolum Wade notarium publicum antedictum de mandato dicti
dni Nathanaelis Brent publice lectis Idem dnus Nathanael Brent ob honorem
et reverentiam dicti dni nri Regis et memorati Rmi patris acceptavit in se onus
executionis dictarum lrarum patentium et Commissionalium et decrevit proce-
dendum fore juxta tenorem formam et effectum earundem Deinde Comparuit
personaliter magr Humphredus Lloyd notarius publicus Alme Curie Cant. de
Arcubus London procuratorum generalium unus et exhibuit procuratorium suum
literatorie pro venerabilibus viris Decano et Capitulo Ecclie Cathlis Bangoren pred.
sigillo eorum communi sive Capitulari (ut apparuit) sub cera rubra sigillat. et
fecit se partem pro eisdem ac nomine procuratorio eorundem Decani et Capituli
presentavit eidem dno Nathanaeli Brent Vicario in spiritualibus generali antedicto
prefatum venerabilem virum Edmundum Griffith sacre theologie Baccalaureum
in Epum et Pastorem Ecclie Cathlis Bangoren pred. electum et ipsum eidem
confirmandum sistebat Et tunc dictus magr Lloyd exhibuit mandatum citatorium
originale alias contra oppositores in hmoi negotio emanat. cum Certificatorio in dorso
super executione eiusdem et petijt omnes et singulos oppositores hmoi publice
preconizari Quibus tunc et ibm trina vice publice preconizatis et nullo
modo comparen. &c prefatus magr Lloyd procurator antedictus accusavit
contumaciam omnium et singulorum oppositorum hmoi sic (ut prefertur) ad hos
diem, hor. et locum citat. et intimat. ac modo predicto preconizat. &c et petijt
eos omnes et singulos reputari contumaces &c Ad cuius petitionem dictus venerabilis
vir dnus Nathanael Brent pronunciavit eos omnes et singulos sic citatos
intimatos preconizatosque et nullo modo comparen. nec aliquid in hac parte dicen.
excipien. vel opponen. curantes contumaces et in penam contumaciarum suarum
hmoi viam ulterius opponendi contra dictam electionem, formam eiusdem aut
personam in hac parte electam eis et eorum cuilibet precludit necnon ad ulteriora
in dicto Confirmationis negotio procedendum fore decrevit ipsorum sic citat. &c
et non comparen. absentia sive contumacia in aliquo non obstan. prout in schedula
per eum tunc et ibm lecta continetur Quibus sic gestis prefatus magr Lloyd
procurator antedictus dedit summariam petitionem in scriptis quam petijt admitti &c
qua quidem summaria petitione per me prefatum Carolum Wade notarium
publicum antedictum lecta Idem dnus Nathanael Brent admisit dictam summariam
petitionem quatenus de iure &c et decrevit procedendum fore summarie et de plano
&c et assignavit dco magro Lloyd terminum ad probandum eandem summariam
petitionem ad statim Et tunc dictus magr Lloyd in subsidium probationis
contentorum in dicta summaria petitione exhibuit lras patentes Regias de assensu
suo regio superius mentionatas per quas apparuit memoratos Decanum
et Capitulum Ecclie Cathlis Bangoren pred. prenominatum venerabilem virum
in eorum et dicte Ecclie Cathlis Bangoren Epum et Pastorem elegisse
Regiamque maiestatem eidem electioni assensum suum regium adhibuisse Ac
etiam exhibuit lras Certificatorias super electione de persona prefati venerabilis
viri in Epum Bangoren pred. per Decanum et Capitulum eiusdem Ecclie
Cathlis fact. unum eorum dicto Rmo alterumque dno Electo Sigillo communi
eorundem Decani et Capituli (ut apparuit) sub cera rubra respective
sigillat. et exhibuit Instrumentum publicum super consensu prefati dni
Electi eidem electioni adhibito et allegavit omnia et singula in dictis

respective exhibitis contenta fuisse et esse vera ac habita et gesta prout in eisdem respective continetur, petendo terminum sibi assignari ad audiend sententiam sive finale decretum in hac causa Ad cuius petitionem dictus dnus Nathanael Brent assignavit ad audiend sententiam ad statim, Consequenter vero facta alia publica trina vice preconizatione omnium et singulorum oppositorum huiusmodi sic (ut prefertur) citat et monit &c et nullo modo comparen nec aliquid in hac parte opponere curan dictus dnus Nathanael Brent ad petitionem dci magri Lloyd et supra accusantis eorum contumacias et petitione &c pronuntiavit eos et eorum quemlibet contumaces et in poenam contumaciarum suarum huiusmodi ad petitionem dci magri Lloyd decrevit procedend fore ad prolationem sententiae diffinitivae in huiusmodi causa sive negotio confirmationis ferend ipsorum sic citat &c et non comparen absentia sive contumacia in aliquo non obstan, prout in alia schedula per eundem venerabilem virum Dnum Nathanaelem Brent lecta continetur. Quibus expeditis prestitoque Iuramento per prefatum venerabilem virum Dnum electum antedictum ad sancta Dei Evangelia per eum corporaliter tacta et deosculata tam de agnoscendo Regiam supremam potestatem in causis Ecclesiasticis et temporalibus ac de renunciando, refutando et recusando omni et omnimodae Jurisdictioni, potestati, auctoritati et superioritati forancis iuxta vim, formam et effectum Statuti Parliamenti huius inclyti Regni Angliae in ea parte editi et provisi, necnon de licita et Canonica obedientia prenominato Rmo in Christo patri et Dno Dno Guilielmo Archiepo Cant et successoribus suis quam de simonia non commissa pro vel de procuratione sive acquisitione Epatus Bangorn pred iuxta Canonem in ea parte edit &c. Prefatus Dnus Nathanael Brent ad petitionem prefati magri Lloyd porrigen sententiam et petentis eandem ferri et iusticiam fieri pro parte sua legit, tulit et promulgavit sententiam sive finale decretum in dicto Confirmationis negotio in scriptis concept, pronuntiando, decernendo, declarando, confirmando, supplendo Caeteraque faciendo prout in eadem sententia continetur. Super quibus omnibus et singulis premissis tam dictus Dnus electus et confirmatus quam memoratus magr Lloyd procurator Decani et Capituli pred me notarium publicum pred sibi unum vel plura publicum seu publica Instrumentum sive Instrumenta conficere ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter rogavit et requisivit. Postremo vero dictus venerabilis vir Dnus Nathanael Brent tam ad petitionem dicti Dni electi quam memorati magri Lloyd procuratoris Decani et Capituli pred decrevit eis literas testimoniales super omnibus et singulis premissis sub modo et forma superius specificatis gestis et expeditis fieri et expediri. Presentibus tunc et ibidem venerabilibus viris Thoma Ryves et Willmo Merick legum respective doctoribus, necnon magris Johanne Griffith Armigero, Willmo Griffith Clerico in Artibus magro, Roberto Jones et Rogero Hughes generosis, Rogero Jones mercatore Salop, Edmundo Griffith Civi et mercatore London, Johanne Roberts notario publico et uno procuratorum generalium Almae Curiae Cant de Arcubus London, Cresswell Burke et Thoma Welsopon notariis etiam publicis et Richardo Hodgkinsonne literato et quampluribus aliis testibus &c.

Tenores vero tam literarum patentium Regiae Maiestatis quam totius processus in dicto Confirmationis negotio habit et fact et superius mentionat sequuntur et sunt tales viz.

Literae Patentes Regiae.

apparat evidenter et sit notum Quod die Sabbathi vicesimo octavo, vizt die mensis Februarij Anno Dni (iuxta computationem Ecclie Anglicane) Millimo sexcentmo tricesimo quarto Regniq serenissimi in Xpo principis et Dni nri Dni Caroli Dei gra Anglie Scotie, Francie et Hibernie Regis fidei Defensoris &c Anno decimo In Oratorio privato dicti Dni nri Regis infra Aulam novam Palatij sui Regalis de Whitehall, iuxta Civitatem Westm notorie situato In mei Gabrielis Wade notarij publici subscripti et testium inferius nominatorum presentia Constitutus personalr discretus vir magr Thomas Eedes notarius publicus almeq Curie Cant de Arcubus London procuratorum generalium unus exhibuit procuratorium suum sufficiens pro venerabilibus viris Decano et Capitulo Ecclie Cathedris Herforden sigillo eorum comuni (ut apparuit) sub cera rubra sigillatum et inter alios conlr et divm factum et fecit se partem pro eisdem ac nomine procuratorio eorundem Decani et Capli presentavit prefato vero Mattheo Wren sacre theologie professori tunc et ibm personaliter presenti lras quasdam testimoniales sive Certificatorias sigillo comuni eorundem Decani et Capli (ut apparuit) sub cera rubra etiam sigillat de et super electione dci venlis viri in Epum et Pastorem Ecclie Cathedris Herforden predict facta et celebrata Eundemq venlem virum Dnm electum instanter instantius et instantissime rogavit et requisivit quatenus eidem electioni de ipso et eius persona (ut premittitur) facte et celebrate consentire ac consensum et assensum suos eidem prebere dignaretur Qui quidem venlis vir Dnus electus Herforden antedcus sic requisitus et interpellatus (prehabito prius per eum matura deliberatione) Electioni predict de ipso et eius persona (ut premittitur) facte et celebrate consentiebat ac consensum et assensum suos eidem prebuit in scriptis prout in schedula quam in manibus suis tunc tenens publice legebat, continetur. Cuius quidem schedule tenor sequitur et est talis vizt. In Dei nomine Amen: Ego Mattheus Wren sacre theologie professor in Epum et Pastorem Ecclie Cathedris Herforden rite et lime nominatus et electus atq ad consentiendum hmoi electioni de me et persona mea in hac parte facte et celebrate ex parte et per partem venlium virorum Decani et Capli eiusdem Ecclie Cathedris instanter rogatus et requisitus (Dei omnipoten clementia fretus) Electioni hmoi de me et persona mea sic (ut premittitur) facte et celebrate ad honorem Dei omnipotentis patris, filij et spiritus sancti consentio eidemq consensum et assensum meos semel atq iterum rogatus et interpellatus prebeo in hijs scriptis. Super quibus oibus et singulis premissis tam dcus venlis vir Dnus Electus quam memoratus magr Thomas Eedes procurator antedcus me prefatum notarium publicum sibi unum vel plura publicum seu publica Instrumentum sive Instrumenta conficere ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter rogarunt et requisiverunt. **Acta** fuerunt hec omnia et singula premissa prout suprascribuntur et recitantur sub Anno Dni Regnique Regie Maiestatis, mense, die et loco predictis Presentibus tunc et ibm Gregorio Baker notario publico et Henrico Lawton generoso testibus ad premissa videnda audienda et testificanda vocatis specialr et requisitis

Et ego Gabriel Wade Roffen Dioc notarius publicus auctoritate regia notarius Quia premissis oibus et singulis dum sic (ut premittitur) sub Anno Dni Regnique Regie maiestatis mense die et loco predictis agebantur et fiebant unacum prenominatis testibus presens personaliter interfui eaq oia et singula sub modo et forma prenotatis fieri, geri et expediri vidi, sciui et audiui atq in notam sumpsi Ideo hoc presens publicum Instrumentum manu mea propria fideliter scriptum exinde confeci et in hanc publicam et autenticam formam redegi Signoq nomine cognoie et subscriptione meis solitis et consuetis signavi et me hic subscripsi in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum ad id rogatus et specialr requisitus.

Per me Gabrielem Wade notarium publicum antedcum.

Secunda Schedula.

In Dei nomine Amen: Nos Nathanael Brent miles et legum doctor Reverendissimi in Xpo patris et Dni, Dni Guilielmi providentia Diva Cant Archiepi totius Anglie Primatis et Metropolitani Vicarius in spiritualibus generalis et Officialis principalis, necnon Commissarius inter alios ad infrascripta conlr et divim specialr et lime deputat et constitutus in negotio Confirmationis electionis de persona venlis viri Matthei Wren sacre theologie professoris in Epum et Pastorem Ecclie Cathedris Herforden electi facta et celebrata rite et lime procedend Omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dcam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint, ad comparend coram nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dcam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam in debita Juris forma dicturos, excepturos vel opposituros ad lime et peremptorie citatos saepius publice preconizatos diuq et sufficienter expectatos et nullo modo comparen, nec contra dcam electionem, formam eiusdem aut personam electam hmoi aliquid dicentes, excipientes vel opponentes ad petitionem procuratoris Decani et Capituli Ecclie Cathedris Herforden predict pronunciamus contumaces et in penam contumaciarum suarum hmoi decernimus procedend fore ad prolationem sententie nre diffinitive sive finalis Decreti in hmoi negotio ferend ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstan.

Lecta fuit hmoi schedula per prefatum venlem virum Dnm Nathanaelem Brent, militem die hora et loco in act mentionat &c.

Sententia diffinitiva.

In Dei nomine Amen: Auditis visis et intellectis ac plenarie et mature discussis per nos Nathanaelem Brent militem et legum doctorem Reverendissimi in Xpo patris et Domini

Dni

domini Gulielmi providentia divina Cantuar. Archiepi totius Angliæ Primatis et Metropolitani Vicarium in spiritualibus generalem et Officialem principalem necnon Commissarium inter alios ad infrascripta sufficienter et legitime specialiter et legitime deputatum et constitutum (Meritis et circumstantijs cuiusdam causæ sive negotij Confirmationis electionis de persona venerabilis viri Mathei Wren sacræ theologiæ professoris in Episcopum et Pastorem Ecclesiæ Cathedralis Herefordensis electi facta et celebrata quod coram nobis in Judicio aliquandiu vertebatur vertiturque in presenti et pendet indecisum rimatisque primitus per nos toto et integro processu coram Nobis in dicto Confirmationis negotio habito et facto atque diligenter recensito (servatisque per nos de Jure et statutis huius Regni Angliæ in ea parte servandis) ad nostræ sententiæ diffinitivæ sive nostri finalis decreti prolationem in huiusmodi negotio ferend. sic duximus procedend. fore et procedimus in hunc qui sequitur modum. Quia per acta inactitata deducta allegata proposita exhibita confessata et probata coram Nobis in huiusmodi confirmationis negotio comperimus et luculenter invenimus Electionem prædictam per Decanum et Capitulum Ecclesiæ Cathedralis Herefordensis prædict. de prefato venerabili viro Matheo Wren electo tunc viro utique provido et discreto vita et moribus merito commendato libero et de legitimo matrimonio procreato atque in ætate legitima et ordine sacerdotali constituto rite et legitime fuisse et esse factam et celebratam nihilque eidem venerabili viro Electo tunc de Institutis canonicis obviasse sive obviare quominus in Episcopum Herefordensem auctoritate dicti Reverendissimi patris merito debeat confirmari; Idcirco Nos Nathanaell Brent miles et legum Doctor Vicarius in spiritualibus generalis ac Commissarius et Judex antedictus sic (ut prefertur) specialiter et legitime deputatus et constitutus Attentis præmissis et alijs virtutum meritis quibus prenominatus electus Episcopus Herefordensis fide-digno commendatur testimonio Christi nomine primitus invocato ac ipsum solum Deum oculis nostris præponentes et habentes ac etiam consilio Jurisperitorum cum quibus in hac parte communicavimus prenominatam electionem de eodem venerabili viro Matheo Wren factam et celebratam auctoritate (qua fungimur) confirmamus defectusque quoscunque in dicto Confirmationis negotio intervenientes (si qui forsan sint) quantum in nobis est et de Jure possumus, supplentes et supplimus ipsumque dominum electum et confirmatum consecrandum et benedicendum fore decernimus Curamque regimen et administrationem spiritualium dicti Episcopatus Herefordensis eidem domino electo et confirmato committimus ac ipsum in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Herefordensis Juriumque dignitatum honorum præeminentiarum et pertinentiarum suarum universorum inducendum et intronizandum fore per Archidiaconum Cant. sive eius deputatum juxta Ecclesiæ Cathedralis Herefordensis prædict. morem et consuetudinem (legibus et statutis huius Regni Angliæ non adversantibus) etiam decernimus et declaramus per hanc nostram sententiam diffinitivam sive hoc nostrum finale decretum quam sive quod ferimus et promulgamus in hijs scriptis./

Lecta fuit huiusmodi sententia per prefatum venerabilem virum dominum Nathanaelem Brent militem die Lunæ secundo viz.t die mensis Martij Anno domini iuxta &c 1634 in Ecclesia parochiali beatæ Mariæ virginis de Arcubus London. inter horas secundam et quartam post meridiem &c ad petitionem magistri Thomæ Eddes procuratoris Decani et Capituli Ecclesiæ Cathedralis Herefordensis &c. in præsentia mei Caroli Wade notarij publici &c. Super quibus &c requisivit me &c testesque &c presentibus tunc et ibidem testibus in actis mentionatis &c./

Actus Consecrationis./

Die Dominico octavo viz.t die mensis Martij Anno domini (iuxta Computationem Ecclesiæ Anglicanæ) Millesimo sexcentesimo tricesimo quarto et Translationis Reverendissimi in Christo patris et domini, domini Gulielmi providentia divina Cant. Archiepi totius Angliæ Primatis et Metropolitani Anno secundo In Capella dicti Reverendissimi patris infra Manerium suum de Lambeth in Com. Surriæ &c situat. Idem Reverendissimus pater vigore et auctoritate literarum Commissionalium Serenissimi in Christo principis et domini nostri domini Caroli dei gratia Angliæ Scotiæ Franciæ et Hiberniæ Regis fidei Defensoris &c sibi in hac parte directarum &c Assistentibus sibi Reverendissimo in Christo patre et domino domino Richardo providentia divina Eboracen. Archiepiscopo Angliæ Primate et Metropolitano necnon Reverendis patribus dominis Waltero Winton Francisco Elien. Josepho Exon et Gulielmo Landaven. Episcopis &c Episcopale Munus Consecrationis venerabili viro Matheo Wrenn sacræ theologiæ professori in Episcopum et Pastorem Ecclesiæ Cathedralis electo et confirmato (prestito primitus per eundem dominum electum et confirmatum Juramento tam de agnoscendo Regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus ac de renunciando, refutando et recusando omni et omnimodæ Jurisdictioni, potestati, auctoritati et superioritati forensicis iuxta vim, formam et effectum statuti Parliamenti huius inclyti Regni Angliæ in ea parte editi et provisi, necnon de obedientia et aliis debit. prenominato Reverendissimo patri domino Archiepiscopo Cant. et Ecclesiæ Metropoliticæ Christi Cant. adhibend. quam de simonia non commissa pro seu de procuratione sive acquisitione Episcopatus Herefordensis prædict. iuxta Canonem in ea parte editum &c adhibitis ritibus et ceremonijs de iure requisitis Ecclesiæ Anglicanæ adhibend.) iuxta formam descriptam in libro intitulato The forme and manner of making and consecrating Bishops Preists and Deacons &c impendebat In præsentia mei Caroli Wade notarij publici &c Presentibus tunc et ibidem honorandis viris Thoma domino Coventry domino Custode magni Sigilli Angliæ Henrico domino Mountague domino Custode privati Sigilli domino Johanne Cook et Francisco Windebanke militibus Secretarijs primarijs dicti domini nostri Regis necnon venerabilibus viris domino Nathanaele Brent milite et legum doctore Vicario in spiritualibus generali &c Archiepiscopi Cant. domino Johanne Lambe milite et legum doctore Decano Curiæ de Arcubus London. Officiali domino

[illegible]

Carolo Caesar milite et legum etiam Doctore Curie Audientie Cantuar Causarum et negotiorum Auditore Thoma Rives legum Doctore Advocato Regio Willimo Kingsley sacre theologie professore Archino Archinatus Cant Edmundo Mason sacre theologie etiam professore Decano Ecclie Cathlis beate Marie virginis Sarum Johanne Warner sacre theologie professore Decano Ecclie Cathlis Lichen Guilielmo Haywood et Guilielmo Bray sacre theologie Baccalaureis et Capellanis domesticis predci Revmi pris Dni Archiepi Cant ac etiam magro Adamo Torless Thesaurario et Richardo Brigham Contrarotulatore hospitij eiusdem Revmi pris Johanne Holt generoso Apparitore generali eiusdem Revmi pris Thoma Wilson et Richardo Baker notarijs publicis et multis alijs in numero copiosa congregatis testibus &c. /

Mandatum ad intronizand Dnum Epum. /

Guilielmus providentia divina Cantuar Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus ad infrascripta auctate Parliamenti huius inclyti Regni Anglie (mediantibus Lris Commissionalibus patentibus serenissimi in xpo principis et Dni nri Dni Caroli Dei gra Anglie Scotie, ffrancie et Hibernie Regis fidei defensoris &c) sufficienter et ltime fulcit Venerabili viro Willimo Kingsley sacre theologie professori Archino nro Cantuar in Ecclia nra Cathli et Metropoca Christi Cant Salutem et gratiam. **Cum** vacan nuper sede Epali Herefordén per obitum bone memorie Dni Augustini Lyndsell ultimi Epi et Pastoris ibm Decanus et Capitulum Ecclie Cathlis Herefordén (licentia Regia prius in ea parte petita et obtenta) venerabilem virum Mattheum Wren sacre theologie professorem in eorum et dce Ecclie Cathlis Herefordén Epum et Pastorem elegerint et Ecclie Cathli predict de eodem providerint, Quam quidem electionem et personam sic electam (servatis de jure et statutis huius Regni Anglie in ea parte servandis) Nos Guilielmus Archiepus Cant antedus auctate qua supra confirmavimus eidemque confirmato Curam regimen et administraconem spualium dci Epatus Herefordén commisimus necnon consequenter munus consecrationis (adhibitis ritibus et ceremonijs de more Ecclie Anglicane adhibend) eidem Dno electo et confirmato impendimus, Ipsumque Dnum electum, confirmatum et consecratum seu procuratorem suum ltimum eius nomine et pro eo in realem actualem et corporalem possessionem dicti Epatus Herefordén Juriumque dignitatum honorum, preeminentiarum et pertinen suorum universorum inducendum, installandum et intronizandum fore decrevimus, iustitia mediante Tibi igr firmiter precipiendo mandamus quatenus prefatum Reverendum prem Dnum Mattheum Wren Dnum electum, confirmatum et consecratum seu procuratorem suum ltimum eius nomine et pro eo in realem actualem et corporalem possessionem dicti Epatus Herefordén Juriumque dignitatum honorum, preeminentiarum et pertinentium suorum universorum inducas, installes et intronizes seu sic induci, installari et intronizari facias cum effectu Cathedramque sive sedem Epalem in Ecclia Cathli Herefordén pred Epo ibm assignari solit et consuet sibi (ut moris est) assignes et eum in nomine Dni nri Jesu Christi imponas seu imponi facias prout decet. Juribus et consuetudinibus nris Archiepalibus Cantuar et Ecclie nre Cathlis et Metropoce Christi Cant predict dignitatibus et honoribus in oibus semper salvis. In cuius rei Testimonium Sigillum (quo in hac parte utimur) pntibus apponi fecimus Dat octavo die mensis Martij Anno Dni (iuxta Computaconem Ecclie Anglicane) Millesimo sexcentesimo tricesimo quarto et nre Translacionis Anno secundo. /

Advocatio Canonicatus sive Prebende Epi in Ecclia Cathli Herefordén /

Decimo die mensis Martij Anno Dni iuxta &c 1634 per Reverendum in xpo prem Dominum Mattheum Wren Epum Herefordén Concessa fuit Advocatio Canonicatus sive Prebende Episcopi in Ecclia Cathli Herefordén fundat Reverendissimo pri Dno Guilielmo Archiepo Cantuar &c in oibus et in Advocatione per Dnum Augustinum Lyndsell nuper Epum ibm de eodem Canonicatu sive Prebenda fact. /

Inductio Dni Epi. /

Undecimo die eiusdem mensis emanavit Inductio vigore mandati supradicti venerabilibus viris ffrancisco Kerry, Johanni Best et Georgio Benson sacre theologie professoribus et Prebendarijs Ecclie Cathlis Herefordén et Morgano Godwin in legibus Baccalaureo Archino Herefordén pred contim et divim &c ad inducendum et intronizandum predcm Reverendum prem &c. /

Norwicen: Acta habita et facta in negotio

Confirmationis electionis de persona Reverendi in xpo pris Dni Matthei Wren permissione Divina Herefordén Epi, in Epum et Pastorem Ecclie Cathlis Norwicen electi Die Sabbathi quinto viz die mensis Decembris Anno Dni Millesimo sexcentesimo tricesimo quinto Regnique serenissimi in xpo principis et Dni nri Dni Caroli Dei gra Anglie Scotie, ffrancie et Hibernie Regis fidei defensoris &c Anno undecimo In Ecclia parochiali beate Marie virginis de Arcubus London Ecclie Cathlis et Metropoce Christi Cantuar Jurisdictionis immediate inter horas primam et tertiam post meridiem eiusdem diei, Coram venerabili viro Dno Nathanaele Brent milite et legum Doctore Reverendissimi in xpo pris et Dni, Dni Guilielmi providentia divina Cantuar Archiepi totius Anglie Primatis et Metropolitani Vicario in spualibus generali et Officiali principali necnon Commissario inter alios ad infrascripta contim et divim specialiter et ltime deputat et constitut In presentia mei Samuelis Wade notarij publici &c. /

Dictis

45 Actus Confirmationis

Dictis die hora et loco, Praestolatis coram prefato venerabili viro Domino Nathanaele Brent milite et legum Doctore Vicario etc. necnon Commissario etc. Judicialiter et pro Tribunali sedente literis patentibus Regiis ac necnon literis Commissionalibus dicti Reverendissimi porrectis eidem venerabili viro et aliis concessis et directis in hac parte factis, quibus quidem literis patentibus Regiis et Commissionalibus Reverendissimi etc. per me Carolum Wade notarium publicum antedictum publice lectis idem venerabilis vir Dominus Nathanael Brent ob honorem et reverentiam dicti Domini nostri Regis et memorati Reverendissimi patris acceptavit in se onus executionis dictarum literarum patentium et Commissionalium et decrevit procedendum fore iuxta tenorem vim formam et effectum earundem Deinde comparuit personaliter magister Franciscus Mundy notarius publicus almaeque Curiae Cantuariensis de Arcubus London procuratorum generalium unus et exhibuit procuratorium suum literatorie pro venerabilibus viris Decano et Capitulo Ecclesiae Cathedralis Norwicensis predicti sigillo eorum communi (ut apparuit) sub cera rubra sigillatum et fecit se partem pro eisdem ac nomine procuratorio eorundem praesentavit eidem venerabili viro Domino Nathanaeli Brent Reverendum in Christo patrem Dominum Mattheum Wren permissione divina Herefordensem Episcopum in Episcopum et Pastorem Ecclesiae Cathedralis Norwicensis electum et ipsum et electionem Confirmari petebat Et tunc dictus magister Mundy exhibuit mandatum citatorium originale contra oppositores in hoc negotio emanatum unacum Certificatorio in dorso eiusdem exarato eundemque et petiit omnes et singulos oppositores huiusmodi publice preconizari Quibus tunc et ibidem publice trina vice preconizatis et nullo modo comparentibus etc. Prefatus magister Mundy accusavit contumacias omnium et singulorum oppositorum huiusmodi sic (ut prefertur) ad hos diem horam et locum citatorum et intimatorum etc. modo predicto preconizatorum et nullo modo comparentium nec aliquid in hac parte dicentium excipientium vel opponentium causam et petiit eos pronunciari contumaces et in poenam contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi in huiusmodi causa sive negotio eis et eorum cuilibet precludi etc. Ad cuius petitionem dictus Dominus Nathanael Brent pronunciavit eos omnes et singulos sic citatos intimatos preconizatos et nullo modo comparentes nec aliquid in hac parte dicentes excipientes vel opponentes causam contumaces et in poenam contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electi eis et eorum cuilibet praeclusit necnon ad ulteriora in dicto Confirmationis negotio procedendum fore decrevit, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante, prout in schedula per eum tunc lecta plenius continetur Quibus sic gestis Prefatus magister Franciscus Mundy in poenam contumaciarum eorundem citatorum et non comparentium dedit summariam petitionem in scriptis quam petiit admitti etc. qua quidem summaria petitione per me prefatum Carolum Wade notarium publicum antedictum de mandato dicti Domini Nathanaelis Brent publice lecta Idem Dominus Nathanael Brent admisit dictam summariam petitionem quatenus de iure etc. et decrevit procedendum fore summarie et de plano etc. et assignavit dicto magistro Mundy terminum ad probandum eandem summariam petitionem ad statim Et tunc dictus magister Mundy in subsidium probationis contentorum in dicta summaria petitione exhibuit literas patentes Regias de assensu suo Regio superius mentionatas per quas apparuit memoratos Decanum et Capitulum Ecclesiae Cathedralis Norwicensis predicti prenominatum Reverendum patrem Dominum Mattheum Wren Herefordensem Episcopum in eorum et dictae Ecclesiae Cathedralis Norwicensis Episcopum et Pastorem elegisse Regiamque maiestatem eidem electioni assensum suum Regium adhibuisse Ac etiam exhibuit unum Certificatorium Reverendissimo directum de et super electione prefati Reverendi patris in Episcopum et Pastorem Ecclesiae Cathedralis Norwicensis predictae sigillo communi eorundem Decani et Capituli (ut apparuit) sub cera rubra sigillatum ac insuper Instrumentum publicum super consensu prefati Domini electi eidem electioni adhibito et allegavit omnia et singula in dictis ac superius exhibitis contenta fuisse et esse vera ac facta et gesta prout in eisdem describuntur continentur, petendo terminum sibi assignari ad audiendum sententiam sive finale decretum in hac causa Ad cuius petitionem dictus Dominus Nathanael Brent in poenam etc. assignavit ad audiendum sententiam ad statim Consequenter vero facta alia publica trina vice preconizatione omnium et singulorum oppositorum huiusmodi (ut prefertur) citatorum et intimatorum etc. et nullo modo comparentium nec aliquid in hac parte opponentium causam dictus Dominus Nathanael Brent ad petitionem dicti magistri Mundy ob ipsorum accusantis eorum contumacias et petentis etc. pronunciavit eos et eorum quemlibet contumaces et in poenam contumaciarum suarum huiusmodi ad petitionem dicti magistri Mundy decrevit procedendum ad prolationem sententiae in huiusmodi causa sive negotio Confirmationis predicto ipsorum sic citatorum etc. et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante prout in alia schedula per eundem venerabilem virum Dominum Nathanaelem Brent lecta continetur. Quibus expeditis prestitoque Juramento per prefatum Reverendum patrem Dominum electum antedictum ad sancta Dei Evangelia per eum corporaliter tacta et deosculata tam de agnoscendo Regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus ac de renunciando refutando et recusando omni et omnimodae Jurisdictioni potestati auctoritati et superioritati forensi iuxta vim formam et effectum statuti Parliamenti huius inclyti Regni Angliae in ea parte editi et provisi necnon de vera et Canonica obedientia prenominato Reverendissimo in Christo patri et Domino Domino Gulielmo Archiepiscopo Cantuariensi ac Ecclesiae Cathedralis et Metropoliticae Christi Cantuariensis et successoribus suis quam de simonia non commissa per se vel per procuratorem suum in acquisitione Episcopatus Norwicensis predicti iuxta Canonum in ea parte editorum etc. Prefatus Dominus Nathanael Brent ad petitionem prefati magistri Mundy porrigentis sententiam et petentis eandem ferri et justitiam fieri pro parte sua legit tulit et promulgavit sententiam sive finale decretum in dicto Confirmationis negotio in scriptis sub tenore pronunciando decernendo declarando confirmando supplendo caeteraque faciendo prout in eadem sententia continetur Super quibus omnibus et singulis premissis tam dictus Dominus Electus et confirmatus quam memoratus magister Mundy procurator Decani et Capituli predicti me notarium publicum predictum sibi unum vel plura publicum seu publica Instrumentum

sibi

fore Instrumenta conficere ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter rogavit et requisivit. Postremo vero dictus venerabilis vir Dnus Nathanaell Brent tam ad petitionem dicti domini Electi quam memorati magri Mundy procuratoris Decani et Capituli predict decrevit eis literas testimoniales super omnibus et singulis premissis sub modo et forma superius specificatis gestis et expeditis debere fieri et expediri Presentibus tunc ibidem venerabilibus viris Johanne Montfort sacre theologie professore uno Prebendariorum residentiariorum Ecclesie Cathedralis divi Pauli London, Roberto Newell, Thoma Wilson et Willimo Paule sacre theologie professoribus, Thoma Eden legum Doctore, Thoma Peck et Johanne Nevell sacre theologie Baccalaureis necnon magris Johanne Bradt notario publico procuratorum generalium Almae Curie Cant de Arcubus London, Samuele Wright, Thoma Kidderminster Stephano Chetwood et Thoma Stanbridge generosis, Henrico Davis, notario publico et Simone Ponsonby literato et multis aliis testibus &c./

Litera patentes Regie./

Tenores vero tam literarum patentium Regie maiestatis quam totius processus in dicto Confirmationis negotio habiti et facti et superius mentionat sequuntur et sunt tales viz:

Carolus Dei gra Anglie Scotie Francie et Hibnie Rex fidei defensor &c Reverendissimo in Christo patri ac predilecto et fideli Consiliario nostro Dno Gulielmo providentia Diva Cant Archiepiscopo totius Anglie Primati et Metropolitano ac aliis quibuscunque Epis quorum in hac parte interest Salutem. **Cum** vacante nuper sede Episcopali Norwicen per mortem naturalem Richardi Corbett nuper Episcopi ibidem ac nos ad humilem petitionem Decani et Capituli Ecclesie nostre Cathedralis Norwicen predict per literas nostras patentes licentiam concesserimus alium sibi eligendi in Episcopum et Pastorem sedis predict Iidemque Decanus et Capitulum vigore et obtentu literarum nostrarum predictarum Reverendum in Christo patrem ac Dnum Dnum Mattheum Wren Herefordensem Episcopum sibi et Ecclesie predicte elegerunt in Episcopum et Pastorem prout per literas suas sigillo eorum communi sigillatas nobis inde directas plenius liquet et apparet Nos electionem illam acceptantes eidemque electioni Regium assensum nostrum adhibuimus pariter et favorem et hoc vobis quorum interest significamus Rogantes ac in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter precipiendo mandantes quatenus vos eundem Mattheum Wren in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis Norwicen sic (ut prefertur) electum Electionemque predictam confirmare ceteraque omnia et singula facere exequi et perimplere que vestro in hac parte Pastorali incumbunt officio juxta formam statuti et legum Regni nostri Anglie in hac parte edit et provis velitis cum diligentia favore et effectu. In cuius rei Testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes Teste me ipso apud Westm vicesimo tertio die Novembris Anno Regni nostri undecimo./

Commissio Rmi

Guilielmus providentia Diva Cantuar Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus Dilecto nobis in Christo venerabili viro Dno Nathanaeli Brent militi legum Doctori Vicario nostro in spiritualibus generali et Officiali principali aut eo absente vel impedito venerabilibus viris Thome Rives legum Doctori ac Advocato Regio et Willimo Sames legum etiam Doctori Salutem et gratiam. **Cum** literas patentes Serenissimi in Christo principis et Dni nostri Dni Caroli Dei gra Anglie Scotie Francie et Hibnie Regis fidei defensoris &c Sigillo suo magno Anglie sigillatas gerentes Datum apud Westm vicesimo tertio die mensis Novembris Anno Regni sui felicissimi undecimo receperimus in quibus inter alia Nobis preceptum extitit electionem Reverendi in Christo patris Dni Matthei Wren permissione divina Herefordensis Episcopi ad Epatum Norwicen confirmaremus Nos cum ea qua decuit reverentia volentes mandato Regio in ea parte humiliter satisfacere, **Ad** examinandum igitur discutiendum approbandum et confirmandum dictam Electionem de persona prefati Reverendi patris Dni Matthei Wren Herefordensis Epi factam et celebratam Ipsamque electionem et electum sic electum secundum Juris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam ac juxta tenorem formam et effectum Mandati Regii predicti Nobis in ea parte (ut prefertur) facti et directi quatenus eandem Electionem rite et legitime factam et celebratam fuisse et esse Nobis seu Dni constiterit, approbandum et confirmandum defectusque si qui forsan in ea parte intervenerint rite et legitime supplendum Ceteraque omnia et singula faciendum exercendum et expediendum que in hac parte necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna Nobis seu Dni committimus vices nostras ac plenam in Dno tenore presentium concedimus potestatem (Juribus nostris Archiepiscopalibus Cantuar ecclesie et emolumentis Nobis ac Officiariis et ministris nostris in hac parte competentibus semper salvis et reservatis). In cuius rei Testimonium Sigillum (quo in hac parte utimur) presentibus apponi fecimus Dat vicesimo octavo die mensis Novembris Anno Dni Millesimo sexcentesimo tricesimo quinto Et nostre Translationis Anno tertio./

Procuratorium Decani et Capituli./

Pateat universis per presentes Quod nos Johannes Hassall sacre theologie professor Decanus Ecclesie Cathedralis sancte et individue Trinitatis Norwici ex fundatione Regis Edwardi Sexti et ejusdem loci Capitulum in Domo nostra Capitulari Capitulariter congregati et Capitulum ibidem facientes Dilectos nobis in Christo magrum Johannem Nevell Oliverum Thomam Eden Franciscum Mundy et Gregorium Balle notarios publicos conjunctim et eorum quemlibet per se divisim et insolidum Ita quod non sit melior Conditio occupantis nec deterior subsequentis, sed quod unus eorum inceperit id eorum quilibet libere prosequi

valeat mediat, pariter et simul, nros veros, l(egitim)os et indubitatos procuratores, actores, factores, negotiorumq(ue) nrorum
gestores et nuncios speciales ad infrascripta nominamus, ordinamus, facimus et constituimus per p(rese)ntes Damusq(ue) et
concedimus eisdem procuratoribus nris con(iun)c(ti)m et div(isi)m (ut prefertur) potestatem gnalem et mandatum speciale pro Nobis
et nominibus nris ac nomine dicte Ecclie Cathis Norwicen lras nras Certificatorias sigillo nro comuni sigillat
super Electione Reverendi in xpo patris ac Dni, Dni Matthei Wren providentia divina Herefordie Epi in Epum
et Pastorem dicte Ecclie Cathis Norwici, omni cum ea qua decet humilitate et subiectione Serenissimo in xpo
Principi ac Dno nro Dno Carolo Dei gra Anglie, Scotie, ffrancie et Hibnie Regi Fidei Defensori &c presentand
suamq(ue) Regiam maiestatem humiliter supplican(d) Quatenus Electioni huiusmodi Regalem suum assensum et consensum
prebeat ac huiusmodi electionem eidem Dno electo de persona sua in Epum et Pastorem Ecclie Cathis Norwici
pred facte sub sigillo pro p(rese)ntandi et certificandi Eumq(ue) instanter rogandi Quatenus Electionem huiusmodi sic
ut prefertur per nos factam et celebratam acceptare dignaretur Ac insuper alias lras Certificatorias sub sigillo
nro pred sigillat Reverendissimo in xpo patri ac Dno, Dno Guilielmo providentia diva Cant Archiepo totius Anglie
Primati et Metropolitano pro Confirmatione Electionis huiusmodi, etiam humiliter p(rese)ntandi et exhibendi, eandemq(ue) sic
fieri petendi et obtinendi Ceteraq(ue) faciend, exercend et expediend que natura et qualitas negotij dce electionis
de se exigat et requirat Ratum et gratum habentes et habituri totum et quicquid dci procuratores nri fecerint
seu eorum aliquis fecerit seu duxerit faciend in premissis seu aliquo premissorum per p(rese)ntes. In cuius
rei testimonium Sigillum nrum Comune sive Capitulare p(rese)ntibus apponi fecimus Dat in Domo nra
Capitulari pred duodecimo die mensis Novembris Anno Dni Millesimo sexcentesimo tricesimo quinto. /

Citatio con(tra) omnes oppositores. /

Guilielmus providentia divina Cantuar Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus Universis
et singulis Clericis et Literatis quibuscumq(ue) per provinciam nram Cant ubilibet constitutis Salutem et gr(ati)am. **Cum**
vacan nuper Sede Epali Norwicen per obitum bone memorie Dni Richardi Corbett ultimi Epi ibm, Decanus et
Capitulum Ecclie Cathis Ste et individue Trinitatis Norwicen pro electione novi et futuri Epi ibm (lra Regia
prius in ea parte petita et obtenta), celebranda certum terminum prefixerint et assignaverint et in huiusmodi electionis
negotio termino ad id statuto rite procedentes Reverendum in xpo patrem et venerabilem Confratrem nrum Dominum
Mattheum Wren sacre theologie professorem Herefordensis Epum, in locum et dicte Ecclie Cathis Sancte et
individue Trinitatis Norwicen pred Epum et Pastorem elegerint Cumq(ue) Serenissimus in xpo princeps et
dns nr dns Carolus Dei gra Anglie, Scotie, ffrancie et Hibnie Rex fidei defensor &c ad humilem petitionem
eorundem Decani et Capituli eidem electioni de persona prenominati Reverendi patris Dni Electi facte et
celebrate Regium suum adhibuerit assensum pariter et favorem prout per lras suas Patentes regias magno
suo sigillo Anglie sigillatas Nobis significaverit Mandando quatenus Nos electionem pred et personam electam
confirmare iuxta formam Statuti in ea parte editi et provisi velimus cum omni celeritate accomoda prout per
easdem lras patentes Regias ad quas habeatur relatio plenius liquet et apparet, Nos vero volentes eiusdem Dni
nri Regis mandatis pro officij nri debito parere ac in huiusmodi Confirmationis negotio iuxta Juris et Statutorum
huius Regni Anglie exigentia procedere Omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dcam electionem,
formam eiusdem aut personam electam in hac parte dicere, excipere vel opponere voluerint ad diem, horas,
locum et effectum infrascriptum monendos et citandos fore decrevimus, Justitia mediante; Vobis igr con(iun)c(ti)m et div(isi)m
committimus ac firmiter iniungendo mandamus quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie alta et intelli-
gibili voce infra Ecclesiam parochialem beate Marie virginis de Arcubus London, nri et Ecclie nre Cathis et
Metropolitice Christi Cant Jurisdictionis immediate, necnon per affixionem p(rese)ntium in aliquo loco conspicuo infra
eandem Ecclesiam parochialem vel in alijs locis publicis, ubi videbitur expediens omnes et singulos oppositores
(si qui sint) in specie aliquem in genere qui contra dcam electionem, formam eiusdem aut personam in hac
parte electam dicere, excipere vel opponere voluerint Quod compareant et eorum quilibet compareat coram
Nobis aut Vicario in spualibus gnali et Officiali principali vel Comissarijs nris aut eorum aliquo in hac parte
quocumq(ue) in eadem Ecclia parochiali beate Marie virginis de Arcubus London die Sabbathi quinto viz die
mensis Decembris iam prox futuro, inter horas primam et secundam post meridiem eiusdem diei cum
continuatione et prorogatione dierum extunc sequen et loci (si oporteat) in ea parte facturi contra dcam
electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam (si sua putaverint interesse) in debita
Juris forma dictur, excepturi et oppositur Ulteriusq(ue) factur et recepturi quod iustum fuerit in hac parte et
dicti negotij qualitas et natura de se exigunt et requirunt. Intimetis preterea modo et forma predictis
omnibus et singulis oppositoribus (si qui sint) in specie aliquem in genere quibus Nos etiam harum serie sic
intimamus quod sive ipsi sic citati dictis die, hora et loco coram Nobis aut Vicario nro in spualibus gnali
vel Comissario nro predictis comparuerint et contra dcam electionem formam eiusdem aut personam electam
huiusmodi dicere, excipere vel opponere voluerint sive non, Nos nihilominus in dco Confirmationis negotio iuxta
Juris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam procedemus et procedere intendimus seu sic procedere
intendit Vicarius nr in spualibus gnalis vel Comissarius predictus ipsorum sic citatorum et non comparentium
absentia sive contumacia in aliquo non obstan. Et quid in premissis feceritis Nos aut Vicarium nrum in
spualibus gnalem aut Comissarium nrum huiusmodi debite et autentice certificetis seu sic certificet ille
vestrum qui presens nrum mandatum fuerit executus Dat' vicesimo septimo die mensis Novembris Anno Dni 1635 et nre
Translationis Anno tertio. /

Certificatorium super executione dicte Citationis. /

Reverendissimo in xpo patri et Dno, Dno Guilielmo providentia diva Cant Archiepo
totius

totius Angliæ Primati et Metropolitano, vestro Vicario in spiritualibus generali et Officiali principali aut Commissario cuicunque in hac parte sufficienter deputato Vester humilis et devotus Simon Ponsonby Clericus, vester ad infrascripta Mandatarius legitime constitutus omnimodas obedientiam et reverentiam tanto Reverendissimo patri debitas et condignas cum honore. Mandatum vestrum Reverendissimum retroscriptum nuper cum ea qua decuit reverentia humiliter recepi, cuius vigore citavi peremptorie et citari feci omnes et singulos oppositores (si qui sint) tam in specie quam in genere qui contra retronominatam electionem formam eiusdem aut personam electam dicere, excipere vel opponere voluerint tam per affixionem eiusdem mandati vestri in valvis exterioribus Ecclesiæ parochialis beatæ Mariæ virginis de Arcubus London retroscripti et ibidem aliquandiu dimissi quam per publicationem eiusdem in Ecclesia parochiali prædicta tertio die instantis mensis Decembris plenius liquet, citavi Quod compareant et eorum quilibet compareat coram vobis die hora et loco in huiusmodi vestro Reverendissimo mandato contentis et specificatis contra retronominatam electionem formam eiusdem aut personam electam huiusmodi (si sua putaverint interesse) in debita Iuris forma dicturi, excepturi et opposituri Ulteriusque facturi et recepturi quod tenor et effectus dicti vestri Reverendissimi mandati de se exigunt et requirunt Et præterea eisdem die et loco audituri oppositiones sic (ut præfertur) citatis intimavi in omnibus iuxta vim, formam et effectum eiusdem vestri mandati. Et sic ego mandatarius sic antedictus mandatum vestrum Reverendissimum retroscriptum huiusmodi quantum in me fuit debite et diligenter sum executus. In cuius rei Testimonium Sigillum venerabilis viri Decani seu Commissarij Decanatuum de Shoreham et Croydon Ecclesiæ Cathedralis et Metropoliticæ Christi Cantuar Iurisdictionis immediatæ præsentibus apponi procuravi Et nos Decanus sive Commissarius antedictus ad specialem rogatum dicti certificantis Sigillum nostrum huiusmodi præsentibus apponi fecimus Dat quarto die mensis Decembris Anno Domini Millesimo sexcentesimo tricesimo quinto./

Prima Schedula

In Dei nomine Amen: Nos Nathanael Brent miles et legum Doctor Reverendissimi in Christo patris et Domini Domini Guilielmi providentia divina Cant Archiepiscopi totius Angliæ Primatis et Metropolitani Vicarius in spiritualibus generalis et Officialis principalis, necnon Commissarius inter alios ad infrascripta legitime et sufficienter specialiter et legitime deputatus et constitutus in negotio Confirmationis electionis de persona Reverendi in Christo patris Domini Matthæi Wren permissione divina Herefordensis Episcopi in Episcopum et Pastorem Ecclesiæ Cathedralis Norwicensis electi facta et celebrata rite et legitime procedentes Omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere, excipere vel opponere voluerint ad comparendum coram Nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam in debita Iuris forma dicturos, excepturos vel opposituros alias legitime et peremptorie citatos sæpius publice præconizatos diu et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes ad petitionem procuratoris Decani et Capituli Ecclesiæ Cathedralis Norwicensis prædictæ pronunciamus contumaces et in pœnam contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam electam huiusmodi eis et eorum cuilibet præcludimus in hiis scriptis Ac etiam decernimus ad ulteriora in dicto Confirmationis negotio procedendum fore iuxta Iuris et Statutorum huius Regni Angliæ exigentiam istorum citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante./

Lecta fuit huiusmodi schedula per præfatum venerabilem virum Dominum Nathanaelem Brent militem die hora et loco in actis mentionatis &c./

Summaria petitio

In Dei nomine Amen: Coram vobis Reverendissimo in Christo patre et Domino Domino Guilielmo providentia divina Cantuar Archiepiscopo totius Angliæ Primate et Metropolitano ad infrascripta auctoritate Parliamenti Angliæ (mediante vero Commissione a Serenissimo in Christo principe et Domino nostro Domino Carolo Dei gratia Angliæ Scotiæ Franciæ et Hiberniæ Rege fidei Defensore &c) sufficienter et legitime fulcito, vestrove Vicario in spiritualibus generali et Officiali principali legitime constituto aut Commissario vestro quibuscunque in hac parte legitime deputatis eorumve alicui quorumcunque Pars venerabilium virorum Decani et Capituli Ecclesiæ Cathedralis Norwicensis dicit, allegat et in hiis scriptis ad omnem Iuris effectum exinde sequi valentem per viam summariæ petitionis in Iure proponit articulatim prout sequitur./

1 **Inprimis** viz.t Quod Sedes Episcopalis Norwicensis per mortem naturalem Reverendi in Christo patris Domini Richardi Corbett nuper Episcopi ibidem vacare cepit et aliquandiu vacavit Pastorisque solatio destituta extitit et existit in præsenti Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum Et ponit coniunctim et divisim et de quolibet./

2 **Item** Quod dicta Sede Episcopali Norwicensi prædicta dudum (ut præfertur) vacante dicti Decanus et Capitulum Capitulariter congregati et Capitulum facientes (licentia Regia prius in ea parte petita et obtenta) ad locum dictum ac domum suam Capitularem Ecclesiæ Cathedralis prædictæ pro electione novi et futuri Episcopi Norwicensis facienda et celebranda unanimiter convenerunt præmunitis et vocatis omnibus et singulis eiusdem Ecclesiæ Cathedralis Canonicis et Prebendariis ius vocis aut interesse in eadem electione habentibus seu habere prætendentibus ad diem et locum prædictum in huiusmodi electionis negotio

procedentes

processuros et procedi visuros tunc et ibidem preconizari, citari fecerunt. Hocque fuit et est verum, publicum, notorium, manifestum pariter et famosum Et ponit ut supra.

3 **Item** Quod prefati Decanus et Capitulum die et loco prefixis vizt decimo die mensis Novembris Anno Domini 1635 iam currente Capitulariter congregati et Capitulum facientes servatis premittendis per eos de Jure et Statutis huius Regni Angliae in ea parte servandis, habitoque per eos tractatu diligenti de persona idonea eligenda in Episcopum et Pastorem Ecclesiae Cathedralis predicte Tandem unanimiter et concorditer, nullo eorum contradicente vel reclamante Reverendum in Christo patrem Dominum Mattheum Wren Herefordensem Episcopum in eorum et dicte Ecclesiae Cathedralis Norwicensis Episcopum et Pastorem elegerunt et Ecclesiae memorate de eodem providerunt Et ponit ut supra.

4 **Item** Quod electio huiusmodi et persona electa die predicto in Ecclesia Cathedrali Norwicensi predicta coram Clero et populo tunc et ibidem in numero copioso congregatis debite publicate et declarate fuerunt Et ponit ut supra./

5 **Item** Quod dictus Dominus Electus huiusmodi electioni de persona sua in Episcopum et pastorem Ecclesiae Cathedralis Norwicensis predicte (ut prefertur) facte et celebrate ad humilem petitionem partis eorundem Decani et Capituli debitis loco et tempore presentatis ac consensum suum eidem prebuit in scriptis per eum lectis Et ponit ut supra./

6 **Item** Quod dictus Reverendus in Christo pater Dominus Mattheus Wren Dominus Episcopus Norwicensis Electus fuit et est vir providus et discretus, sacrarum literarum eminenti scientia, vita et moribus merito commendatus liber et de legitimo matrimonio procreatus atque in etate legitima et ordine sacerdotali constitutus, ac non Deo devotus et Ecclesiae memorate apprime necessarius Hocque fuit et est verum, publicum notorium manifestum pariter et famosum Et ponit ut supra./

7 **Item** Quod prefati Decanus et Capitulum huiusmodi electionem et personam electam Serenissimo Domino nostro Carolo Regi per literas suas patentes sigillo eorum communi roboratas pro officio suo debite iuxta formam Statuti huius Regni Angliae in ea parte editi et provisi significarunt et intimarunt Et ponit ut supra./

8 **Item** Quod petito ex parte dictorum Decani et Capituli eidem Regie sublimitati prestita electioni huiusmodi Idem Serenissimus Dominus noster Rex pro sua clementia regia electioni predicte de persona prenominati Reverendi in Christo patris Domini Matthei Wren (ut prefertur) facte et celebrate consensum et assensum suos Regios gratiose adhibuit et adhibet Illamque ratam et gratam habuit et habet Hocque fuit et est verum, publicum, notorium, manifestum pariter et famosum Et ponit ut supra./

9 **Item** Quod dictus Serenissimus Dominus noster Rex Vobis prefato Reverendissimo patri de consensu et assensu suis Regiis huiusmodi electioni (ut prefertur) adhibitis per literas suas patentes vobis inscriptas et directas non solum significavit verum etiam earundem literarum suarum patentium serie vobis rogando mandavit quatenus vos electionem predictam et personam electam huiusmodi confirmare, ceteraque omnia et singula peragere que vestro in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam statuti in ea parte editi et literarum patentium huiusmodi sortirentur debitos cum effectu Hocque fuit et est verum, publicum, notorium, manifestum pariter et famosum Et ponit ut supra./

10 **Item** Quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera publica notoria manifesta pariter et famosa atque de et super eisdem laborarunt et in presenti laborant publica vox et fama Unde facta fide de iure in hac parte requisita ad quam faciendam offert pars ista proponens se promptum et paratum pro loco et tempore congruis et opportunis petitque eadem pars pro parte eligentium et personam electam confirmandas fore decerni et eam effectu confirmari iuxta Juris et Statutorum huius Regni Angliae exigentiam necnon literarum patentium huiusmodi Regie vobis in hac parte directarum, Curamque regimen et administrationem spiritualium Episcopatus Norwicensis predicti eidem Domino electo committi Ipsumque in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Norwicensis Juriumque dignitatum honorum preeminentiarum et pertinentiarum suorum universorum inducendum et inthronizandum fore decerni ulteriusque fieri statui et decerni in premissis et ea concernentibus quibuscunque quod Juris fuerit et rationis ac statutis huius Regni Angliae consonum supplendo defectus quoscunque in hac parte intervenientes Que convenit et fieri debet pars ista proponens coniunctim et divisim non arctans se ad omnia et singula premissa probanda nec ad onus superflue probationis de quo protestatur sed quatenus probaverit in premissis tantum obtineat in petitis (Juris beneficio in omnibus semper salvo) Vestrum officium Domine Judex audit humiliter implorando./

Reverendissimo in Christo patri ac Domino Domino Guilielmo providentia divina Cantuariensi Archiepiscopo totius Angliae Primati et Metropolitano Vestri humiles et devoti Johannes Hassall Sacre theologie professor Decanus Ecclesiae Cathedralis Sancte et individue Trinitatis Norwici ex fundatione Regis Edwardi Sexti et eiusdem Ecclesiae Capitulum omnimodam obedientiam tanto Reverendissimo patri debitam cum honore Vestre Reverendissime paternitati tenore presentium significamus et innotescimus Quod Sede Episcopali Norwicensi vacante per mortem Reverendi in Christo patris Domini Richardi Corbett nuper Episcopi ibidem iam vacan et Pastoris solatio destituta Nos Decanus et Capitulum antedicti vigore et virtute literarum Regie maiestatis Nobis et Ecclesiae Cathedrali predicte de alio in Episcopum et Pastorem eligendo factis et concessis in Domo nostra Capitulari — Certificatorium Direct Domino Archiepiscopo./

Capitulari Capitulariter congregati et Capitulum ibm facientes decimo die mensis Novembris (servatis primitus servandis) per Nos omnibus et singulis de Jure in hac parte servandis, Habitoque inter Nos maturo et diligenti tractatu de persona idonea in ea parte eligenda Tandem in Reverendum in Xpo patrem ac Dnm Dnm Matthæum Wren Epum Herefordensem per Serenissimum Dnm Carolum Regem nuncupat supradict nominatum et commendatum vota nra direximus Ipsumque vigore dicte licentie in nrum et in dce Ecclie Cathis Norwicen Epum et Pastorem unanimiter et concorditer nullo contradicente vel reclamante elegimus prout per tras nras Certificatorias dco Dno nro Regi in ea parte direct et transmissas plenius liquet et apparet Vestre igr paternitati tenore pntium humiliter supplicamus et in Dno rogamus Quatenus dcam nram electionem sic per Nos (ut preferetur) de persona dci Reverendi patris fact et celebrat confirmare Ceteraque facere et peragere que ad Epum vrum Archiepalem in hac parte quomodolibet spectan dignetur eadem vra Reverendissima paternitas cum favore Sicque Deum optimum maximum assiduis precibus pro amplitudinis vre salute et longissimis Annis felicissimus ut Ecclie Anglicane ornamento et presidio diutissime [illegible] In cuius rei Testimonium Sigillum nrum Commune huic Capitulari pntibus apponi fecimus Datum in Domo nra Capitulari predict duodecimo die mensis Novembris Anno Dni Millmo sexcentmo tricesimo quinto./

Instrumentum Consen **In Dei nomine Amen:** per presens publicum Instrumentum cunctis appareat evidenter et sit notum Quod die Sabbathi quinto vizt die mensis Decembris Anno Dni Millmo sexcentmo tricesimo quinto Regnique Serenissimi in Xpo principis et Dni nri Dni Caroli dei gra Anglie Scotie ffrancie et Hibernie Regis fidei Defensoris &c Anno undecimo In Sacrario Ecclie parochialis Beate Marie virginis de Arcubus London In mei Samuelis Wade notarii publici subscripti ac testium inferius nominatorum presentia Constitutus personaliter magr ffranciscus Mundy notarius publicus Almeque Curie Cant de Arcubus London procuratorum generalium unus exhibuit procuratorium suum [illegible] pro venerabilibus viris Decano et Capitulo Ecclie Cathis Norwicen sigillo eorum commun (ut apparuit) sub Cera rubra sigillatum ac inter alios [illegible] factum et fecit se partem pro eisdem ac nomine procuratorio eorundem Decani et Capli presentavit Reverendo in Xpo patri Dno Matthæo Wren permissione diva Herefordens Epo tunc et ibm personaliter presenti [illegible] quasdam testimoniales sive Certificatorias sigillo commun eorundem Decani et Capituli [illegible] sub Cera rubra etiam sigillat de et super electione dicti Reverendi patris in Epum et Pastorem Ecclie Cathis Norwicen facta et celebrata eundemque Reverendum patrem Dnm electum instanter instantius et instantissime rogavit et requisivit quatenus eidem Electioni de ipso et eius persona (ut premittitur) facte et celebrate consentire ac consensum et assensum suos eidem prebere dignaretur Qui quidem Reverendus pater Dnus electus Norwicen antedictus sic requisitus et interpellatus, prehabita primo per eum matura deliberacione) Electioni predce de ipso et eius persona (ut premittitur) facte et celebrate consentiebat ac consensum et assensum suos eidem prebuit in scriptis prout in schedula quam in manibus suis tunc tenens publice legebat continetur Cuius quidem schedule tenor sequitur et est talis vizt In Dei nomine Amen Ego Matthæus Wren permissione Diva Herefordens Epus in Epum et Pastorem Ecclie Cathis Norwicen rite et ltime nominatus et electus atque ad consentiendum huiusmodi electioni de me et persona mea in hac parte facte et celebrate ex parte et per partem venerabilium virorum Decani et Capli eiusdem Ecclie Cathis instanter rogatus et requisitus (Dei omnipotentis clementia fretus) Electioni huiusmodi de me et persona mea sic (ut premittitur) facte et celebrate ad honorem Dei omnipotentis patris, filii et Spiritus Sancti consentio eidemque consensum et assensum meos semel atque iterum rogatus et interpellatus prebeo in hiis scriptis Super quibus omnibus et singulis premissis tam dcus Reverendus pater Dnus electus quam memoratus magr ffranciscus Mundy procurator antedictus me prefatum notarium publicum sibi unum vel plura publicum seu publica Instrumentum sive Instrumenta conficere ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter rogarunt et requisiverunt **Acta** fuerunt hec omnia et singula premissa prout suprascribuntur et recitantur sub Anno Dni Regnique Regis [illegible] mense die et loco predictis Presentibus tunc et ibm Johanne Montfort et Willimo [illegible] [illegible] professoribus ac Thoma Eden legum Doctore testibus ad premissa videnda audienda et testificanda vocatis specialiter et requisitis.

Et ego Samuelis Wade Roffen Dioc notarius publicus auctoritate regia [illegible] Quia premissis omnibus et singulis dum sic (ut premittitur) sub Anno Dni Regnique Regis mense die et loco predictis agebantur et fiebant unacum prenominatis testibus presens personaliter interfui eaque omnia et singula sub modo et forma premissis fieri vidi scivi et audivi ac in notam sumpsi Ideo hoc presens publicum Instrumentum manu mea propria fideliter scriptum exinde confeci et in hanc publicam et autenticam formam redegi Signoque nomine cognomine et subscriptione meis solitis et consuetis signavi et me hic subscripsi in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus specialiter et requisitus.

Per me Samuelem Wade notarium publicum

Secunda Schedula **In Dei nomine Amen:** Nos Nathanael Brent miles Legum Doctor Reverendissimi in Xpo patris et Dni Dni Guilielmi providentia Diva Cant Archiepi totius Anglie

Angliae Primatis et Metropolitani Vicarius in spiritualibus generalis et Officialis principalis necnon Commissarius inter alios ad infrascripta rite et legitime sufficienter et legitime deputatus et constitutus in negotio Confirmationis electionis de persona Reverendi in Christo patris Domini Matthaei Wren permissione divina Herefordensis Episcopi in Episcopum et Pastorem Ecclesiae Cathedralis Norwicensis electi factae et celebratae rite et legitime procedens omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint, ad comparendum coram Nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam in debita juris forma dicturos excepturos vel opposituros alias legitime et peremptorie citatos saepius publice praeconizatos diuque et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes nec contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam huiusmodi aliquid dicentes excipientes vel opponentes ad petitionem procuratoris Decani et Capituli Ecclesiae Cathedralis Norwicensis praedicti pronunciamus contumaces et in poenam contumaciarum suarum huiusmodi decernimus procedendum fore ad prolationem sententiae nostrae diffinitivae sive decreti finalis in huiusmodi negotio ferend[ae] eorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstan[te].

Lecta fuit huiusmodi schedula per praefatum venerabilem virum Dominum Nathanaelem Brent militem die hora et loco in actis mentionat[is] &c./

Sententia diffinitiva./

In Dei nomine Amen: Auditis visis et intellectis ac plenarie et mature discussis per nos Nathanaelem Brent militem et legum Doctorem Reverendissimi in Christo patris et Domini Domini Gulielmi providentia divina Cantuar[iensis] Archiepiscopi totius Angliae Primatis et Metropolitani Vicarium in spiritualibus generalem et Officialem principalem necnon Commissarium inter alios ad infrascripta rite et legitime sufficienter et legitime deputatum et constitutum, Meritis et circumstantiis cuiusdam causae sive negotii Confirmationis electionis de persona Reverendi in Christo patris Domini Matthaei Wren permissione divina Herefordensis Episcopi in Episcopum et Pastorem Ecclesiae Cathedralis Norwicensis electi factae et celebratae, Quod coram nobis in Judicio aliquandiu vertebatur vertiturque in praesenti et pendet indecisum, rimatoque primitus per nos toto et integro processu coram Nobis in dicto Confirmationis negotio habito et facto atque diligenter recensito servatisque per nos de Jure et statutis huius Regni Angliae in ea parte servandis, ad nostram sententiam diffinitivam sive nostri finalis decreti prolationem in dicto Confirmationis negotio ferendam sic duximus procedendum fore et procedimus in hunc qui sequitur modum. Quia per acta, inactitata, deducta, allegata, proposita, exhibita, probata et confessata coram nobis in huiusmodi negotio Confirmationis comperimus luculenter et invenimus electionem praedictam per Decanum et Capitulum Ecclesiae Cathedralis Norwicensis praedictae de praenominato Reverendo patre Domino Matthaeo Wren electo huiusmodi viro utique provido et discreto vita et moribus merito commendato, libero et de legitimo matrimonio procreato atque in aetate legitima et ordine sacerdotali constituto rite et legitime factam et celebratam fuisse et esse, nihilque eidem Reverendo patri electo huiusmodi de institutis ecclesiasticis obviasse seu obviare quominus in Episcopum Norwicensem auctoritate dicti Reverendissimi patris merito valeat confirmari. Idcirco nos Nathanael Brent miles et legum Doctor Vicarius in spiritualibus generalis ac Commissarius et Judex antedictus sic (ut praemittitur) legitime constitutus, attentis praemissis et aliis praedictum meritis, super quibus praefatos Electores Norwicenses fide digno commendatur testimonio Christi nomine primitus invocato ac ipsum solum Deum oculis nostris praeponentes et habentes de et cum consilio Jurisperitorum cum quibus in hac parte communicavimus praenominatam electionem de eodem Reverendo patre Domino Matthaeo Wren Herefordensi Episcopo factam et celebratam auctoritate (qua fungimur) confirmamus, defectusque si qui fuerint in dicto Confirmationis negotio intervenientes (si qui forsan sint) quantum in nobis est et de Jure possumus supplentes et supplemus, necnon curam, regimen et administrationem spiritualium dicti Episcopatus Norwicensis eidem Domino electo et confirmato committimus ipsumque in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Norwicensis iuriumque dignitatum honorum praeeminentiarum et pertinentiarum suorum universorum inducendum et intronizandum fore per Archidiaconum Cant[uariensem] seu eius Deputatum, iuxta Ecclesiae Cathedralis Norwicensis praedictae morem et consuetudinem (legibus et statutis huius Regni Angliae non obstantibus) etiam decernimus et declaramus per hanc nostram sententiam diffinitivam sive hoc nostrum finale decretum quam sive quod ferimus et promulgamus in his scriptis.

Lecta fuit huiusmodi sententia per praefatum venerabilem virum Dominum Nathanaelem Brent militem, die Sabbathi quinto viz. die mensis Decembris Anno Domini 1635 in Ecclesia parochiali beatae Mariae Virginis de Arcubus London, inter horas primam et tertiam post meridiem eiusdem diei ad petitionem dicti magistri Francisci Mundy procuratoris Decani et Capituli Ecclesiae Cathedralis Herefordensis in praesentia mei Gulielmi Wade notarii publici &c. Super quibus &c. requisitis &c. testibus &c. praesentibus tunc et ibidem testibus in actis mentionatis &c./

Mandatum ad intronizandum Episcopum.

Gulielmus providentia divina Cant[uariensis] Archiepiscopus totius Angliae Primas et Metropolitanus ad infrascripta auctoritate Parliamenti huius inclyti Regni Angliae (mediantibus literis Commissionalibus Regalibus Serenissimi in Christo principis et Domini nostri Domini Caroli Dei gratia Angliae Scotiae Franciae et Hiberniae Regis fidei Defensoris &c.) sufficienter et legitime fulcitus dilecto nobis in Christo Willelmo Kingsley sacrae

Sacre theologie professori Archino nro Cant' in Eccl'ia nra Cathli et Metropolitica Christi Cant' Salutem et gratiam. Cum vacante nuper sede Ep'ali Norwicen' per mortem naturalem D'ni Richardi Corbett nuper Ep'i ibm Decanus et Capitulum Eccl'ie Cathlis Norwicen' (licentia Regia prius in ea parte petita et obtenta) Reverendum in Xpo patrem D'num Mattheum Wren nuper Ep'um Herefordensem Ep'um in eorum et dict' Eccl'ie Cathlis Norwicen' Ep'um et Pastorem elegerint et Eccl'ie Cathli pred' de eodem providerint Cumque etiam nos electionem predictam et personam prefati Reverendi patris (ut prefertur) factam et celebratam et personam sic electam (servatis de Jure et Statutis huius Regni Anglie in ea parte servandis) autoritate qua fungimur confirmaverimus eidemque D'no electo et confirmato curam regiminis et administrationem spiritualium dicti Ep'atus Norwicen' commiserimus ipsumque sic electum et confirmatum in realem actualem et corporalem possessionem dicti Ep'atus Norwicen' Juriumque dignitatum, honorum preeminentiarum et pertinentiarum suorum universorum inducendum, installandum et inthronizandum fore decreverimus, justitia mediante, Tibi igitur firmiter precipiendo mandamus quatenus prefatum Reverendum patrem D'num Mattheum Wren sic (ut prefertur) electum et confirmatum seu procuratorem suum legitimum eius nomine ac pro eo in realem actualem et corporalem possessionem dicti Ep'atus Norwicen' Juriumque dignitatum honorum preeminentiarum et pertinentiarum suorum universorum inducas, installes et inthronizes seu sic induci installari et inthronizari facias cum effectu Cathedramque, sive sedem Ep'alem in Eccl'ia Cathli Norwicen' pred' dict' Ep'o ibm assignari solit' (sicut moris est) assignes et eum in eadem D'no nro Iesu Christo, imponas, prout dict' Juribus et consuetudinibus nris Archiep'alibus Cantuar' et Eccl'ie nre Cathlis et Metropolitice Christi Cant' et Eccl'ie Cathlis Norwicen' predict' dignitatibus et honoribus in oibus semper salvis. In cuius rei Testimonium Sigillum (quo in hac parte utimur) presentibus apponi fecimus. Dat' quinto die mensis Decembris Anno D'ni 1635. et nre Translationis Anno tertio./

Inductio D'ni Ep'i

Septimo die mensis Decembris Anno D'ni 1635. emanavit Inductio vigore mandati pred' directa venerabilibus viris Andree Byng Sacre theologie professori Archino Norwicen' ffulconi Roberts et Johanni Spendlove Prebendarijs Eccl'ie Cathlis Norwicen' pred' conjunctim et divisim &c ad inducendum et inthronizand' predictum Reverendum patrem &c./

Advocatio Archinatus Norfolcie./

Omnibus Christi fidelibus ad quos hoc presens scriptum pervenerit Mattheus providentia divina Norwicen' Ep'us Salutem in D'no sempiternam ac fidem indubiam presentibus adhiberi. Cum tam de antiqua, laudabili, longevaque et hactenus prescripta consuetudine hactenus per tempus hominum memoriam excedens inconcusse usitata et observata quam etiam de singulari prerogativa Eccl'ie Metropolitice Christi Cantuar' fuerit et sit indultum, usitatum et observatum Quod Archiep'us Cantuar' pro tempore existens, cuilibet Suffraganeorum in Ep'um alicuius Eccl'ie Cathlis sue Cantuar' provincie electum [illegible] post Confirmationem Electionis huiusmodi, unum Clericum idoneum nominare et preferre possit Qui idem Electus confirmatus beneficiat quamprimum facultas se obtulerit in sua Eccl'ia Cathli de dignitate Canonicatu et Prebenda seu de alio competenti beneficio taliter providere, ac ipsum dictum Clericum ad dignitatem Canonicatum et Prebendam seu beneficium huiusmodi sic promovendum acceptare et admittere, eidemque sibi pensionem annuam sufficientem consistentem [illegible] solvend' et impendend' quousque eidem Clerico de aliqua dignitate Canonicatu et prebenda vel alio competenti beneficio huiusmodi sufficienter fuerit tantum et provisum. Sciatis igitur Nos prefatum Mattheum Ep'um Norwicen' eandem Jura libertates consuetudines et prerogativam Eccl'ie Metropolitice Christi Cant' (prout tenemur) agnoscentes ad complendum voluntatem [illegible] causis et considerationibus nos moventibus ac in plenam satisfactionem eorundem dedisse, concessisse et confirmasse ac per presentes pro Nobis et Successoribus nris dare, concedere et confirmare Reverendissimo in Xpo patri et D'no D'no Willelmo providentia divina Cant' Archiep'o totius Anglie Primati et Metropolitano Executoribus et Assignatis suis primam et proximam Advocationem, nominationem, presentationem liberamque dispositionem et Jus patronatus Archidiaconatus sive dignitatis Archidiaconalis Norfolcie nostram patronatus et dispositionis existen' quandocunque et quamprimum dictum Archidiaconatum sive dignitatem Archidiaconalem per mortem, resignationem, cessionem, deprivationem permutationem, privationem vel alio quocunque modo proxime et primo post datum presentium vacare contigerit vacaverit, proximaque vacatione eiusdem tantum. Habendum et tenendum dictam Advocationem nominationem, presentationem, liberamque dispositionem et Jus patronatus Archidiaconatus sive dignitatis Archidiaconalis Norfolcie pred' sic (ut prefertur) primo et proxime vacatur' prenominato Rev'mo patri D'no Willelmo Cant' Archiep'o, Executoribus et Assignatis suis pro prima vice et proxima vacatione eiusdem tantum Ita quod bene liceat et licebit prefato Rev'mo patri Executoribus vel Assignatis suis ad libitum suum aliquam quamcunque personam idoneam ad predictum Archidiaconatum sive dignitatem Archidiaconalem proxime contingent' quo primo vacaverit tantum nominare et presentare Ac eiusdem nominationis et presentationis pretextu Archidiaconatu sive dignitati Archidiaconali, cuicunque personas idoneas huiusmodi facere et procurare ac omnia et singula facere exercere et perimplere que in premissis seu eorum aliquo necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna adeo plene libere et integre ac in tam amplis modo et forma prout Nos, predecessores vel Successores nostri facere possemus si hec presens nra concessio sive confirmatio minime facta fuisset. Et si contigerit quod [illegible] donationem sive concessionem [illegible] forsan alteri cuicunque donationem sive concessionem per Nos aut predecessores nros inde facta sive quavis alia de causa [illegible]

dera sint

[illegible] pro prima et proxima vacatione dicti Archidiaconatus sive dignitatis Archidiaconalis suum debitum non sortiri effectum Damus et insuper volumus et concedimus pro nobis et successoribus nostris Quod hec presens nostra donatio sive concessio nostra se [illegible] extendat ad secundam et etiam in casu simili ad tertiam vacationem dicti Archidiaconatus sive dignitatis Archidiaconalis Ita quod ius patronatus dicti Archidiaconatus sive dignitatis Archidiaconalis ad nos et successores nostros amplius non spectabit donec et quousque tres aliqui persone idonee virtute patentis ad presentationem predicti Reverendissimi patris Custodum vel assignatorum suorum de sepedictum Archidiaconatum sive dignitatem Archidiaconalem, pro vice vice tantum fuerit admisse ac in eodem Canonice institute ac necnon in realem, actualem et corporalem possessionem eiusdem Juriumque membrorum et pertinentiarum suarum universarum inducte et installate pariter et quiete. In cuius rei Testimonium Sigillum nostrum Regale presentibus apponi fecimus Dat' duodecimo die mensis Decembris Anno Domini Millesimo sexcentesimo tricesimo quinto Regnique serenissimi in Christo principis et domini nostri domini Caroli dei gratia Anglie Scotie, Francie et Hibernie Regis fidei defensoris etc Anno undecimo [illegible] Anno primo.

Acta habita et facta in negotio Hereforden

Confirmationis electionis de persona Venerabilis in Christo patris domini Theophili Feilde sacre Theologie professoris nuper Menevensis Episcopi in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis Herefordensis. Die Mercurii vicesimo tertio viz. die mensis Decembris Anno Domini Millesimo sexcentesimo tricesimo quinto Regnique serenissimi in Christo principis et domini nostri domini Caroli dei gratia Anglie, Scotie, Francie et Hibernie Regis fidei defensoris etc Anno undecimo In Ecclesia parochiali beate Marie virginis de Arcubus London Ecclesie Cathedralis et Metropolitice Christi Cantuariensis Jurisdictionis immediate, inter horas nonam et decimam ante meridiem eiusdem diei, Coram venerabili viro domino Nathanaele Brent milite et legum doctore Reverendissimi in Christo patris et domini domini Guilielmi providentia divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani Vicario in spiritualibus generali et Officiali principali necnon Commissario inter alios ad infrascripta sufficienter et legitime deputato et constituto, in presentia mei Caroli Wade notarii publici etc

Dictis die et loco atque inter horas predictas post stationes coram prefato venerabili viro domino Nathanaele Brent milite et legum doctore Vicario in spiritualibus generali ac Commissario predicto Judicialiter et pro Tribunali sedente [illegible] Literis Commissionalibus dicti Reverendissimi patris eidem venerabili viro et aliis tam coniunctim quam divisim in hac parte directis quibus quidem literis patentibus Regiis et Commissionalibus Reverendissimi etc per me notarium publicum antedictum publice lectis Idem venerabilis vir dominus Nathanael Brent ob honorem et reverentiam dicti domini nostri Regis et mandantis onus executionis dictarum literarum patentium et Commissionalium in se acceptavit et decrevit procedendum fore iuxta tenorem, vim, formam et effectum earundem. Deinde Comparuit personaliter magister Thomas Style notarius publicus alter procuratorum generalium Curie Cant. de Arcubus London et exhibuit procuratorium suum pro venerabilibus viris Decano et Capitulo Ecclesie Cathedralis Herefordensis sigillo eorum communi (ut apparuit) sigillatum et fecit se partem pro eisdem et nomine procuratorio eorundem presentavit eidem venerabili viro domino Nathanaeli Brent Reverendum in Christo patrem dominum Theophilum Feilde sacre Theologie professorem Menevensem Episcopum in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis Herefordensis electum et ipsum [illegible] confirmari petebat. Et tunc dictus magister Style exhibuit mandatum citatorium originale ad citandum oppositores in huiusmodi negotio cum certificatorio in dorso eiusdem [illegible] et petiit omnes et singulos oppositores huiusmodi publice preconizari Quibus tunc ter publice trina vice preconizatis et nullo modo comparentibus Prefatus magister Style accusavit contumacias omnium et singulorum oppositorum huiusmodi sic (ut prefertur) ad hos diem, horam et locum citatorum et intimatorum ac modo predicto preconizatorum et nullo modo comparentium nec aliquid in hac parte dicentium, excipientium vel opponentium, eosque et eorum quemlibet reputari contumaces et in penam contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi in huiusmodi causa sive negotio sibi et eorum cuilibet precludi etc Ad cuius petitionem dictus dominus Nathanael Brent pronunciavit eos omnes et singulos sic citatos, intimatos, preconizatos et nullo modo comparentes nec aliquid in hac parte dicentes, excipientes vel opponentes fuisse contumaces et in penam contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam eis et eorum cuilibet precludit necnon ad ulteriora in dicto Confirmationis negotio procedendum fore decrevit, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentiis sive contumaciis in aliquo non obstantibus prout in schedula per eum tunc lecta continetur. Quibus sic gestis prefatus magister Thomas Style in penam contumaciarum eorundem citatorum et non comparentium dedit summariam petitionem in scriptis quam petiit admitti etc que quidem summaria petitione per me prefatum Carolum Wade notarium publicum antedictum de mandato dicti domini Nathanaelis Brent publice lecta Idem dominus Nathanael Brent admisit dictam summariam petitionem quatenus de iure etc et decrevit procedendum fore summarie et de plano etc et assignavit dicto magistro Style terminum ad probandum eandem summariam petitionem ad statim Et tunc dictus magister

Actus Confirmationis.

Style

Eccles in subsidium probationis contentorum in dicta summaria petitione exhibuit literas patentes Regias de assensu suo regio superius mentionatas per quas apparuit memoratos Decanum et Capitulum Ecclesie Cathedralis Herefordensis predicti prenominatum Reverendum patrem in eorum et dicte Ecclesie Cathedralis Herefordensis Episcopum et Pastorem elegisse Regiamque maiestatem eidem electioni assensum suum Regium adhibuisse Exhibuit etiam literas certificatorias quarum unam directam Rmo in Xpo patri Dno Archiepo Cant. alteramque dicto Reverendo patri Dno electo [illegible] de et super electione sua in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis Herefordensis predict. sigillo communi eorundem Decani et Capituli (ut apparuit) sub cera rubra sigillat. ac etiam Instrumentum publicum super consensu prefati Dni electi eidem electioni adhibito et allegavit omnia et singula in dictis respective exhibitis contenta fuisse et esse vera ac habita et gesta prout in eisdem respective continetur petendo terminum sibi assignari ad audiendum sententiam sive finale decretum in hac causa Ad cuius petitionem dictus Dnus Nathanael Brent in negotio assignavit ad audiend. sententiam ad statim Consequenter facta alia publica trina preconizatione omnium et singulorum oppositorum huiusmodi (ut prefertur) citat. et intimat. Et nullo modo comparen. nec aliquid in hac parte opponen. prefatus dictus Dnus Nathanael Brent ad petitionem dicti magistri Eccles ipsos supra antedictis eorum contumacias [illegible] et pronunciavit eos et eorum quemlibet contumaces et in penam contumaciarum suarum huiusmodi ad petitionem dicti magistri Eccles decrevit procedend. fore ad prolationem sententie diffinitive in huiusmodi causa sive negotio Confirmationis electionis predicte eorum sic citatorum Et et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante prout in alia schedula per tandem venerabilem virum Dnum Nathanaelem Brent lecta continetur. Huiusmodi expeditis prestitoque Juramento per prefatum Reverendum patrem Dnum electum antea ad sancta Dei Evangelia per eum corporaliter tacta et deosculata tam de agnoscendo Regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus ac de renunciando et refutando ac recusando omnem et omnimodam Jurisdictionem potestatem authoritatem et superioritatem forancias iuxta vim formam et effectum statuti Parliamenti huius inclyti Regni Anglie in ea parte editi et provisi necnon de vera et Canonica obedientia prenominato Rmo in Xpo patri et Dno Domino Guilielmo Archiepo Cant. ac Ecclesie Cathedralis et Metropolitice Christi Cant. et successoribus suis quam de Simonia non commissa pro vel de pravitate sive acquisitione Episcopatus Herefordensis predict. iuxta Canonem in ea parte editum Et prefatus Dnus Nathanael Brent ad petitionem prefati magistri Eccles porrigen. sententiam et petentis eandem ferri et justiciam fieri pro parte sua legit tulit et promulgavit sententiam sive finale decretum in dicto Confirmationis negotio in scriptis concept. pronunciando decernendo declarando confirmando supplendo ceteraque faciendo prout in eadem sententia continetur Super quibus omnibus et singulis premissis tam dictus Reverendus pater Dnus electus quam memoratus magr Eccles procurator Decani et Capituli predict. me notarium publicum predictum sibi unum vel plura publicum seu publica Instrumentum sive Instrumenta conficere ac testes infrascriptos nominatos testimonium perhibere instanter rogavit et requisivit Postremo vero dictus Venerabilis vir Dnus Nathanael Brent tam ad petitionem dicti Reverendi patris Dni electi et confirmati quam memorati magri Eccles procuratoris Decani et Capituli predict. decrevit eis literas testimoniales super omnibus et singulis premissis sub modo et forma superius specificatis concedi et expediri fieri et expediri Presentibus tunc et ibidem presentibus viris Dno Johanne Lambe milite et legum Dore Alme Curie Cant. de Arcubus London Officiali et Thoma [illegible] legum etiam Dore uno dicte Curie Advocatorum generalium necnon magistro Thoma [illegible] notario publico uno procuratorum generalium dicte Curie Thoma Wilson notario etiam publico Johanne Holt generoso Apparitore generali Rmi dicti Archiepi Cant. et Johanne [illegible] teste ac multis aliis in numero copioso congregatis testibus &c

Tenores vero tam literarum patentium Regie maiestatis quam literarum aliarum premissorum in dicto Confirmationis negotio habit. et fact. et superius mentionat. sequuntur et sunt tales viz.

Litere patentes Regie

Carolus Dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Rex fidei defensor &c Reverendissimo in Xpo patri ac predilecto et perquam fideli Consiliario nostro Guilielmo providentia divina Cantuar. Archiepo ac aliis quibuscunque Episcopis quorum in hac parte interest Salutem. **Cum** vacante nuper sede Episcopali Herefordensi per translationem ultimi Episcopi eiusdem ad Norwicen. petiverunt Decanus et Capitulum Ecclesie nostre Cathedralis Herefordensis pro literis nostris patentibus licentiam nobis [illegible] alium sibi eligendi in Episcopum et Pastorem sedis predicte Iidem Decanus et Capitulum vigore et obtentu licentie nostre predicte dilectum nobis in Xpo Theophilum Feild sacre theologie professorem ac tunc Menevensem Episcopum sibi et Ecclesie predicte elegerunt in Episcopum et Pastorem prout per literas suas sigillo eorum communi sigillatas nobis inde directas plenius liquet et apparet Nos electionem illam acceptantes eidem electioni Regium nostrum assensum adhibuimus pariter et favorem Et hoc vobis tenore presentium significamus Rogantes ac in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter precipiendo mandantes quatenus eundem Theophilum Feild in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis Herefordensis predicte (sic ut prefertur) electum et electionem predictam confirmare ceteraque omnia et singula facere et exequi que vestro in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam statuti et legum Regni nostri Anglie in hac parte edit. et provis. velitis cum favore et effectu In cuius rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes

Teste meipso apud Westm decimo nono die Septembris Anno regni nostri undecimo. /

50

Commissio Reverendissimi

Guilielmus providentia divina Cant Archiepus totius Angliae Primas et Metropolitanus Dilecto nobis in Xpo Magistro Nathanaeli Brent militi legum doctori Vicario nostro in spiritualibus generali et officiali principali vel eo absente vel impedito ... Thomae Ryves legum doctori ac Advocato Regio Willelmo Easdall et Willelmo Merricke legum etiam doctoribus salutem et gratiam. **Cum** litterae patentes Serenissimi in Xpo principis et Dni nri Dni Caroli Dei gra Angliae Scotiae Franciae et Hiberniae Regis fidei defensoris etc Sigillo suo magno Angliae sigillatae gerentes Datum apud Westm decimo nono die huius instantis mensis Septembris Anno Regni sui felicissimi undecimo receperimus in quibus inter alia Nobis praeceptum est ut electionem Reverendi in Xpo patris Dni Theophili Field praemissi Dia Meneven Epi ad Epatum Herefordensem confirmaremus, Nos cum ea qua decet reverentia volentes mandato Regio in ea parte humiliter satisfacere **Vos** ad examinand ipsam discutiend approband et confirmand dictam Electionem de persona praefati Reverendi patris Dni Theophili Field Meneven Episcopi factam et celebratam, Iuraque electionem et personam sic electam concernentia iuxta Iuris et Statutorum huius Regni Angliae exigentiam ac iuxta tenorem, formam et effectum Mandati Regii praedicti Nobis (ut praefertur) in ea parte facti et directi, Quatenus eandem electionem rite et legitime factam et celebratam fuisse et esse Vobis seu vestrum alteri constiterit approbandum et confirmand defectusque (si qui forsan in ea parte intervenerint) rite et legitime supplendum Ceteraque omnia et singula faciend exercend et expediend quae in hac parte necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna Vobis coniunctim et divisim committimus vices nostras ac plenam in Dno tenore praesentium concedimus potestatem (Iuribus nostris Archiepiscopalibus Cant Ecclesiaeque emolumentis Nobis ac Officiariis et ministris nostris in hac parte competentibus semper salvis et reservatis) In cuius rei Testimonium Sigillum (quo in hac parte utimur) praesentibus apponi fecimus Dat vicesimo primo die mensis Septembris Anno Dni Millesimo sexcentesimo tricesimo quinto Et nrae Translationis Anno tertio. /

Procuratorium Decani et Capituli. /

Pateat universis per praesentes Quod nos Iohannes Richardson sacrae theologiae professor Decanus Ecclesiae Cathedralis Herefordensis et eiusdem Ecclesiae Capitulum Capitulariter congregati et Capitulum ibidem facientes Dilectos nobis in Xpo Stephanum Boughton Clericum alterum magnum Regiae Maiestatis Capellae Subdecanum, Philippum Warwicke de Westmonasterio armigerum, Willelmum Dell de Lambehith armigerum, Thomam Eyres notarium publicum Curiae Cant de Arcubus London procuratorem, Willelmum Watkins de Westmonasterio praed armigerum et Gregorium Baker de Windsor ... coniunctim et divisim ita quod non sit melior conditio occupantis nec deterior subsequentis sed quod unus eorum inceperit id eorum quilibet prosequi valeat, mediare pariter et finire, nostros veros procuratores, actores, factores, negotiorumque nostrorum gestores et nuncios speciales ad infrascripta nominamus, ordinamus, facimus et constituimus per praesentes, Dantes et concedentes eisdem procuratoribus nostris coniunctim et eorum cuilibet per se divisim et insolidum potestatem generalem et mandatum speciale pro nobis et nominibus nostris ac dictae Ecclesiae Cathedralis Herefordensis Electionem de persona Reverendi in Xpo patris Dni Dni Theophili providentia divina Meneven Epi fact et celebrat ac ipsius formam modum et processum eidem electo exhibend praesentand et notificand eumque instanter rogand et requirend quatenus eandem electionem de se et persona sua (ut praemittitur) fact et celebrat suum consensum et assensum praestet atque praebeat et huiusmodi electionem, modum et formam eiusdem Illustrissimo in Xpo principi et Dno nro Dno Carolo Dei gra Angliae Scotiae Franciae et Hiberniae Regi fidei defensori etc dictae Ecclesiae Cathedralis fundatori et patrono dignissimo praesentandi ipsiusque Regiae Maiestatis quatenus huiusmodi electioni suum regalem consensum et assensum impendere ac Reverendissimo in Xpo patri et Dno Dno Gulielmo providentia divina Cant Archiepo totius Angliae Primati et Metropolitano eiusve vicario generali cuicunque de et super confirmatione electionis huiusmodi ... Rmo in Xpo patri Gulielmo Cant Archiepo antedicto praesentand Ceteraque faciend et exercend quae qualitas et natura dictae electionis negotii de se exigunt et requirunt. In cuius rei Testimonium Sigillum nostrum Commune praesentibus est appensum Dat in domo nostra Capitulari decimo quinto die mensis Septembris Anno Dni Millesimo sexcentesimo tricesimo quinto. /

Citatio contra omnes oppositores. /

Guilielmus providentia divina Cant Archiepus totius Angliae Primas et Metropolitanus Universis et singulis Clericis et literatis quibuscunque per Provinciam nostram Cantuar ubilibet constitutis salutem. **Cum** vacante nuper sede Episcopali Herefordensi per translationem Reverendi in Xpo patris Dni Matthaei Wren ultimi Episcopi et Pastoris ibidem ad Episcopatum Norwicensem Decanus et Capitulum Ecclesiae Cathedralis Herefordensis pro electione novi et futuri Episcopi ibidem (licentia Regia prius in ea parte petita et obtenta) celebranda certum terminum praefixerint et assignaverint et in eiusdem Electionis negotio termino ad id statuto et assignato rite procedentes Reverendum in Xpo patrem et Confratrem nostrum Dnum Theophilum Field Meneven Epum in eorum et dictae Ecclesiae Cathedralis Herefordensis praed Episcopum et Pastorem elegerint Cumque Serenissimus in Xpo princeps et Dnus nr Dnus Carolus Dei gra Angliae Scotiae Franciae et Hiberniae Rex fidei defensor etc ad humilem petitionem eorundem Decani et Capituli eidem electioni de persona praenominati Reverendi patris Dni Electi factae et celebratae Regium suum assensum adhibuerit pariter et favorem prout per literas suas patentes Regias magno Sigillo suo Angliae sigillatas Nobis significaverit mandando quatenus si Nos electionem predictam et personam electam confirmari juxta formam statuti in ea parte editi et provisi velimus cum omni celeritate accommoda, prout per easdem literas Patentes Regias ad quas habeatur relatio plenius liquet et apparet. Nos vero volentes eiusdem Domini nostri Regis mandatis ut tenemur prout debito parere ac in huiusmodi Confirmationis negotio juxta Juris et Statutorum huius Regni Angliae exigentiam procedere Omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam Electionem, formam eiusdem aut personam electam in hac parte dicere, excipere vel opponere voluerint, ad diem, horam, locum et effectum infrascriptos monendos et citandos fore decrevimus Justitia mediante. Vobis igitur conjunctim et divisim committimus ac firmiter injungendo mandamus quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie alta et intelligibili voce intra Ecclesiam parochialem beatae Mariae virginis de Arcubus London, nostrae et Ecclesiae nostrae Christi Cant. jurisdictionis immediatae, necnon per affixionem citationis in aliquo loco convenienti intra eandem Ecclesiam parochialem vel in aliis locis publicis, ubi videbitur expediens omnes et singulos oppositores (si qui sint) in specie aliquem in genere qui contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere, excipere vel opponere voluerint Quod compareant et eorum quilibet compareat coram Nobis aut Vicario nostro in spiritualibus generali et Officiali principali vel Commissariis nostris aut eorum aliquo in hac parte quocunque in eadem Ecclesia parochiali beatae Mariae virginis de Arcubus London die Mercurii vicesimo tertio viz. die huius instantis mensis Decembris inter horas nonam et undecimam ante meridiem eiusdem diei, cum continuatione et prorogatione dierum extunc sequentium et locorum (si opus fuerit) in ea fiendi, contra dictam Electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam (si sua putaverint interesse) in debita Juris forma dicturi, excepturi et oppositurі Ulteriusque facturi et recepturi quod iustum fuerit in hac parte et dicti negotii qualitas et natura de se exigunt et requirunt. Intimantes praeterea modo et forma praedictis omnibus et singulis oppositoribus (si qui sint) in specie, aliquem in genere quibus nos etiam harum serie intimamus, quod sive ipsi sic citati dictis die hora et loco coram nobis aut Vicario nostro in spiritualibus generali vel Commissariis nostris huiusmodi comparuerint et contra dictam Electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere, excipere vel opponere voluerint sive non Nos nihilominus in dicto Confirmationis negotio juxta Juris et Statutorum huius Regni Angliae exigentiam procedemus et procedere intendimus seu sic procedet intendet Vicarius noster in spiritualibus generalis vel Commissarius noster, praedictorum ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante. Et quid in praemissis feceritis Nos aut Vicarium nostrum in spiritualibus generalem antedictum vel Commissarium nostrum huiusmodi debite et autentice certificetis seu sic certificet ille vestrum qui praesens nostrum mandatum fuerit executus. Dat. decimo nono die mensis Decembris Anno Domini Millesimo sexcentesimo tricesimo quinto Et nostrae Translationis Anno tertio./

Certificatorium super executione Citationis predicte./

Reverendissimo in Christo patri et Domino Domino Guilielmo providentia divina Cant. Archiepiscopo totius Angliae Primati et Metropolitano, vestrove Vicario in spiritualibus generali et Officiali principali aut Commissario vestro in hac parte specialiter deputato Vestri humiles et devoti Johannes Holt generosus Apparitor vester generalis et de infrascripta Mandatarius huiusmodi constitutus omnimodas reverentiam et obedientiam tanto Reverendissimo patri debitas et condignas cum honore. Mandatum vestrum Reverendissimum actoscriptum nuper cum ea qua decuit reverentia humiliter recepi exequendi Cuius vigore, pariter et auctoritate omnes et singulos oppositores (si qui sint) tam in specie quam in genere qui contra antenominatam electionem, formam eiusdem aut personam electam dicere, excipere vel opponere voluerint tam per affixionem eiusdem mandati vestri in valvis exterioribus Ecclesiae parochialis beatae Mariae virginis de Arcubus London actoscripti et ibidem aliquamdiu dimissi quam per publicationem eiusdem in Ecclesia parochiali predicta vicesimo primo die mensis Decembris iam instantis 1635 peremptorie citavi Quod compareant et eorum quilibet compareat coram vobis die hora et loco in huiusmodi vestro Reverendissimo mandato contentis et specificatis contra antenominatam electionem, formam eiusdem aut personam electam huiusmodi (si sua putaverint interesse) in debita Juris forma dicturi, excepturi vel oppositurі Ulteriusque facturi et recepturi quod iustum fuerit et effectus dicti vestri Reverendissimi mandati de se exigunt et requirunt. Et praeterea eisdem die et loco antedictis oppositoribus sic (ut praefertur) citatis intimavi in omnibus juxta vim formam et effectum eiusdem vestri mandati Et sic ego Mandatarius vester antedictus Mandatum vestrum Reverendissimum actoscriptum huiusmodi quantum in me fuit debite et diligenter sum executus. In cuius rei Testimonium Sigillum officii venerabilis viri Decani sive Commissarii Decanatuum de Shoreham et Croydon praesentibus apponi procuravi Et nos Decanus sive Commissarius antedictus ad specialem rogatum dicti Certificantis Sigillum nostrum huiusmodi praesentibus apponi fecimus Dat. vicesimo secundo die mensis Decembris Anno Domini Millesimo sexcentesimo tricesimo quinto./

Prima Schedula

In Dei nomine Amen: Nos Nathanael Brent miles et legum doctor Reverendissimi in Christo patris et Domini, Domini Guilielmi providentia divina Cant. Archiepiscopi totius Angliae Primatis et Metropolitani Vicarius in spiritualibus generalis et Officialis principalis, necnon Commissarius, inter alios ad infrascripta commissarius et deputatus specialiter et legitime deputatus et constitutus, in negotio Confirmationis electionis de persona Reverendi in Christo patris Domini Theophili Field sacrae theologiae professoris nuper Menevensis Episcopi in Episcopum et Pastorem Ecclesiae Cathedralis Hereforden. electi, facta et celebrata, rite et legitime procedentes Omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere, excipere vel opponere voluerint ad comparendum coram nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam electam huiusmodi in debita Juris forma dicturos, excepturos vel oppositurоs alias legitime et peremptorie citatos publice praeconizatos diuque et sufficienter expectatos nullo modo comparen, ad petitionem procuratoris Decani et Capitli Ecclie Cathis Hereforden predicte pronunciamus contumaces et in penam contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam huiusmodi eis et eorum cuilibet precludimus in hiis scriptis Ac etiam decernimus ad ulteriora in dicto Confirmationis negotio procedendum fore juxta Juris et Statutorum huius Regni Angliae exigentiam, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstan./

Lecta fuit huiusmodi schedula per prefatum venerabilem virum Dominum Nathanaelem Brent militem die hora et loco in actis mentionatis &c./

In Dei nomine Amen: Coram vobis Reverendissimo in Christo patre et Domino Domino Gulielmo providentia divina Cantuar Archiepiscopo totius Angliae Primate et Metropolitano ad infrascripta autoritate Parliamenti Angliae (mediantibus literis Commissionalibus patentibus Serenissimi in Christo principis et Domini nostri Domini Caroli Dei gratia Angliae Scotiae Franciae et Hiberniae Regis fidei Defensoris &c sufficienter et legitime fulcito) proveo vestro Vicario in Spiritualibus generali et Officiali principali legitime constituto aut Commissario vestro quibuscunque in hac parte legitime deputatis eorumve aliquo quocunque, Pars venerabilium virorum Decani et Capitli Ecclie Cathis Hereforden dicit allegat et in hiis scriptis ad omnem Juris effectum exinde sequi valentem per viam summariae petitionis in Jure proponit articulatim, prout sequitur./ Summaria Petitio./

Inprimis Quod Sedes Episcopalis Hereforden per translationem Reverendi in Christo patris Domini Matthei Wren ultimi Episcopi et Pastoris ibidem in Episcopum Norwicensem nuper vacavit et vacat et aliquandiu vacavit Pastoris solatio destituta extitit et existit in presenti Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum Et ponit conjunctim et divisim et de quolibet./ 1

Item Quod dicta sede Episcopali Hereforden dudum ut prefertur vacan Decanus et Capitulum Ecclie Cathis Hereforden predicte Capitulariter congregati et Capitulum facientes licentia Regia prius in ea parte petita et obtenta certum diem et domum suam Capitularem Ecclie Cathis predicte pro electione novi et futuri Episcopi Hereforden faciendo et celebrando unanimiter et concorditer prefixerunt ac omnes et singulos eiusdem Ecclie Cathedralis Canonicos et Prebendarios ius, vocem aut interesse in eadem electione habentes seu habere pretenden ad diem et locum predictos in huiusmodi electionis negotio processuros et procedi visuros legitime et peremptorie citari fecerunt, Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum Et ponit ut supra./ 2

Item Quod prefati Decanus et Capitulum die et loco prefixis scilicet decimo quinto die instantis mensis Decembris Anno Domini 1635: iam currente Capitulariter congregati et plenum Capitulum facientes servatis servandis per eos de Jure et Statutis huius Regni Angliae in ea parte servandis, habitoque per eos tractatu diligenti de persona idonea eligenda in Episcopum et Pastorem Ecclie Cathis predicte, tandem unanimiter et concorditer nullo eorum contradicente vel reclamante Reverendum in Christo patrem Dominum Theophilum Feild Episcopum Meneven in eorum et dicte Ecclie Cathis Episcopum et Pastorem elegerunt et Ecclie predicte de eodem providerunt Et ponit ut supra./ 3

Item Quod electio huiusmodi et persona sic electa die prenotato in Ecclia Cathi Hereforden predicta coram Clero et populo tunc et ibidem in numero copioso congregatis debite publicate et declarate fuerunt Et ponit ut supra./ 4

Item Quod dictus Reverendus pater Dominus Electus electioni huiusmodi de persona sua in Episcopum et Pastorem Ecclie Cathis Hereforden predicte (ut prefertur) facte et celebrate ad humilem petitionem eorundem Decani et Capituli debitis loco et tempore consentiebat et consensum suum eidem prebuit in scriptis per eum lectis Et ponit ut supra./ 5

Item Quod dictus Reverendus pater Dominus Electus fuit et est vir providus et discretus sacrarum literarum eminenti scientia vita et moribus merito commendatus liber et de legitimo matrimonio procreatus, atque in etate legitima et ordine sacerdotali constitutus necnon Deo devotus et Ecclie memorate apprime necessarius, Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum Et ponit ut supra./ 6

Item Quod prenominati Decanus et Capitulum huiusmodi electionem et personam electam Serenissimo Domino nostro Carolo Regi per literas suas patentes Sigillo eorum communi roboratas pro officii sui debito iuxta Statuta huiusmodi inclyti Regni Angliae significaverunt et intimaverunt Et ponit ut supra./ 7

Item Quod intimata pro parte dictorum Decani et Capituli Regie sublimitati precessa electione huiusmodi Idem Serenissimus Dominus noster Rex pro sua clementia Regia electioni huiusmodi de persona prenominati Reverendi patris Domini Theophili Feild Meneven Episcopi (ut prefertur) facte et celebrate consensum et assensum suos regios adhibuit et adhibet, Illamque ratam et gratam habuit et habet Et ponit ut supra./ 8

Item Quod dictus Serenissimus Dominus noster Rex vobis prefato Reverendissimo patri de assensu et consensu suis Regiis huiusmodi 9 hmoi electioni (ut praefertur) adhibitis, per lras suas patentes vobis inscriptas et directas non solum requisivit, verum etiam earundem lrarum suarum patentium vi, vobis rogando mandavit Quatus vos electionem predcam et personam electam hmoi confirmare, cetera peragere et perimplere quae vo in hac parte incumbunt officio pastorali, juxta formam statuti in ea parte editi et lrarum patentium hmoi vim, vigorem, effectum, et effectu. Hocq fuit et est verum, publicum, notorium, manifestum, pariter et famosum Et ponit, ut supra. /

10 **Item** Quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera, publica, notoria, manifesta, pariter et famosa atq De et super eisdem laborarunt et in praesenti laborant, publica vox et fama unde facta fide de Jure in hac parte requisita, ad quam faciend offert pars dictorum Decani et Capituli se promptam et paratam pro loco et tempore congruis et opportunis, petit pars eadem pars tandem electionem et personam electam confirmand fore decerni et cum effectu, juxta Juris et Statutorum huius Regni Angliae exigen atque lrarum patentium hmoi vobis direct in hac parte vim Curamq, regimen et administrationem spualium Epatus Hereforden predict eidem dno Electo committi, Ipsumq in realem, actualem et corporalem possessionem dicti Epatus Hereforden Juriumq, dignitatum, honorum, praeeminentiarum et pertinen suorum universorum inducendum, installandum et inthronizand fore decerni, ulteriusq fieri statui et decerni in premissis et ea concernentibus quibuscunq quod Juris fuerit et rationis, supplendo defectus quoscunq in hac parte intervenientes. Quae proponit et fieri petit pars ista coniunctim et divisim non arctans se ad omnia et singula premissa probanda, nec ad onus superflue probationis de quo protestatur sed quatenus probaverit in premissis eatenus obtineat in petitis (Juris beneficio in omnibus semper salvo) vestrum officium Dne Judex hmoi humiliter implorando. /

Certificatorium direct Dno Archiepo / **Reverendissimo** in xpo patri et Dno, Dno Gulielmo providentia Dia Cant Archiepo totius Angliae Primati et Metropolitano Vestri humiles et devoti Johannes Richardson sacrae Theologiae professor Decanus Ecclie Cathis Hereforden et eiusdem Ecclie Capitulum omnimodam obedientiam et reverentiam cum honore debit. Reverendissime vrae paternitati tenore presentium significamus quod nuper vacan sede Epali Hereforden per translationem Reverendi patris Matthei ultimi Episcopi ibm ad Epatum Norwicen et concessa nobis a Regia maiestate alium nobis et dcae Ecclie Cathis Hereforden Epum et Pastorem eligendi licentia Nos prefati Decanus et Capitulum die Martis decimo quinto viz die mensis Decembris Anno Regni Dni nri Dni Caroli Dei gra Angliae, Scotiae, ffranciae et Hibniae Regis fidei defensoris &c undecimo in Domo nra Capitulari Capitulariter congregati et Capitulum ibm facientes ad electionem hmoi (servatis de iure in hac parte servand servandis) procedentes Reverendum in xpo patrem Theophilum Meneven Episcopum auctoritate Regia ad tandem Sedem Episcopalem Ecclie Cathis Hereforden antedict virum utiq providum et discretum in spualibus et temporalibus valde circumspectum ac in ordine sacerdotali et aetate legitima constitutum vitaq et moribus commendatum, nobis et Ecclie Cathis Hereforden predict per viam inspirationis Spiritus sancti, rite elegimus in Epum et Pastorem. In cuius rei Testimonium Sigillum nrum commune presentibus apponi fecimus Dat in Domo nra Capitulari dcto decimo quinto die mensis Decembris Anno Regni Dni nri Regis antedicti undecimo Annoq Dni Millesimo sexcentesimo tricesimo quinto. /

Certificatorium direct Domino Episcopo / **Reverendo** in xpo patri Theophilo providentia Dia Meneven Episcopo Johannes Richardson sacrae theologiae professor Decanus Ecclie Cathis Hereforden et eiusdem Ecclie Capitulum omnimodam [illegible] debit. Vestrae reverendae paternitati tenore presentium notum facimus et significamus Quod vacan nuper sede Episcopali Hereforden per translationem reverendi in xpo patris Matthei nuper Hereforden Epi ad Epatum Norwicen et habita prius a regia maiestate dcae Ecclie Cathis Patrono et fundatore optime merito, licentiam in nrum eiusdem Ecclie Cathis Hereforden predict Episcopum et Pastorem eligendi Nos Decanus et Capitulum antedict auctoritate et vigore licentiae predict die Martis decimo quinto viz die mensis Decembris Anno Regni Dni nri Caroli Dei gra Angliae, Scotiae, ffranciae et Hibniae Regis fidei Defensoris &c undecimo in Domo nra Capitulari Ecclie Cathis Hereforden predict Capitulariter congregati et Capitulum ibm facientes omnibus et singulis de Jure et consuetudine in ea parte habendis seu habere pertinen hmoi, monitis et citatis ad novi et futuri Episcopi ipsius Ecclie electionem rite et legitime procedentes solemnitatibus de iure et consuetudine in dcta Ecclia requisitis et consuetis prius observatis, spiritus sci gra (ut speramus) gubernati nullo nrum reclamante aut contradicente Te prefatum reverendum patrem Theophilum Meneven Epum uno spiritu, unico contextu temporis et unanimiter nominavimus et elegimus in dcae Ecclie Cathis Hereforden Epum et Pastorem Rogantes et supplicantes quatenus electioni sic per nos (ut praefertur) de persona vra facte assentire effectumq et onus Epatus Hereforden predict acceptare et in te suscipere dignemini. In cuius rei Testimonium Sigillum nrum Commune presentibus apponi fecimus. Dat in Domo nra Capitulari predict decimo quinto die mensis Decembris Anno Regni Dni nri Regis antedict undecimo Annoq Dni Millesimo sexcentesimo tricesimo quinto. /

Instrumentum Consensus / **In Dei nomine Amen:** per presens publicum Instrumentum cunctis appareat evidenter et sit notum Quod die Mercurii decimo sexto viz die mensis Decembris Anno Dni Millesimo sexcentesimo tricesimo quinto Regnique Serenissimi in xpo principis et Dni nri Dni Caroli Dei gra Angliae Scotiae ffranciae et Hibniae Regis fidei Defensoris &c Anno undecimo In Sacristia Ecclie parochialis beatae Mariae virginis de Arcubus London, in mei Gabrielis Wade notarii publici subscripti ~~[illegible]~~ inferius instrumenti nominatorum, aliisque Constitutus personaliter discretus vir magister Thomas Ettold notarius publicus Almae Curiae Cant. de Arcubus London, procuratorum generalium unus, exhibuit procuratorium suum pro venerabilibus viris Decano et Capitulo Ecclesiae Cathedralis Herefordensis, sigillo eorum communi (ut apparuit) sigillatum et inter alios [illegible] et dictum factum et fecit se partem pro eisdem ac nomine procuratorio eorundem Decani et Capituli praesentavit Reverendo in Christo patri domino Theophilo Field permissione divina Menevensi Episcopo tunc ibidem personaliter praesenti quasdam literas testimoniales sive Certificatorias sigillo communi eorundem Decani et Capituli (ut apparuit) sigillatas, subscriptas etiam sigillat de et super electione dicti Reverendi patris in Episcopum et Pastorem Ecclesiae Cathedralis Herefordensis facta et celebrata Eundemque Reverendum patrem dominum electum instanter, instantius et instantissime rogavit et requisivit quatenus eidem electioni de ipso et sua persona (ut praemittitur) factae et celebratae consentire ac consensum et assensum suos eidem praebere dignaretur Qui quidem Reverendus pater dominus electus Herefordensis auditis his requisitionibus et interpellationibus (praehabita prius per eum matura deliberatione) Electioni praedictae de ipso et sua persona (ut praemittitur) factae et celebratae consentiebat ac consensum et assensum suos eidem praebuit in scriptis prout in schedula quam in manibus suis tunc tenens publice legebat continetur Cuius quidem schedulae tenor sequitur et est talis viz: In Dei nomine Amen: Ego Theophilus Field permissione divina Menevensis Episcopus in Episcopum et Pastorem Ecclesiae Cathedralis Herefordensis rite et legitime nominatus et electus atque ad consentiendum huiusmodi electioni de me et persona mea in hac parte factae et celebratae ex parte et per partem venerabilium virorum Decani et Capituli eiusdem Ecclesiae Cathedralis instanter rogatus et requisitus (Dei omnipotentis clementia) Electioni huiusmodi de me et persona mea sic (ut praemittitur) factae et celebratae ad honorem Dei omnipotentis patris, filii et Spiritus sancti consentio eidemque consensum et assensum meos simul atque iterum rogatus et interpellatus praebeo in his scriptis. Super quibus omnibus et singulis praemissis tam dictus Reverendus pater dominus electus quam memoratus magister Thomas Ettold procurator antedictus me notarium publicum subscriptum unum vel plura publicum seu publica Instrumentum seu Instrumenta conficere ac testes infrascriptos nominatos testimonium inde perhibere instanter rogaverunt et requisiverunt Acta fuerunt haec omnia et singula praemissa prout supra scribuntur et recitantur sub anno Domini Regnique Regiae Maiestatis mense die et loco praedictis Praesentibus tunc et ibidem venerabilibus viris domino Johanne Lambe milite et legum doctore Almae Curiae Cant. de Arcubus London Officiali et Thoma Eden legum etiam doctore testibus ad praemissa vocatis, audiendum et testificandum vocatis et specialiter requisitis./

Et ego Secundus Wade Londin. dioc. natus publicus auctoritate Regia notarius Quia praemissis omnibus et singulis dum sic (ut praemittitur) sub anno Domini Regnique Regiae Maiestatis mense die et loco praedictis agebantur et fiebant unacum praenominatis testibus praesens interfui eaque omnia et singula sub modo et forma praenarratis sic fieri vidi et audivi atque in notam sumpsi Ideo hoc praesens publicum Instrumentum manu mea propria fideliter scriptum exinde confeci et in hanc publicam et authenticam formam redegi Signoque nomine cognomine et subscriptione meis solitis et consuetis signavi et me hic subscripsi in fidem et testimonium omnium et singulorum praemissorum rogatus specialiter et requisitus./

Per me Secundum Wade notarium publicum antedictum./

In Dei nomine Amen: Nos Nathanael Brent miles et legum doctor Reverendissimi in Christo patris et domini domini Guilielmi providentia divina Cant. Archiepiscopi totius Angliae Primatis et Metropolitani Vicarius in spiritualibus generalis et Officialis principalis necnon Commissarius inter alios ad infrascripta rite et legitime specialiter et [illegible] deputatus et constitutus in negotio Confirmationis electionis de persona Reverendi in Christo patris domini Theophili Field sacrae theologiae professoris Menevensis Episcopi in Episcopum et Pastorem Ecclesiae Cathedralis Herefordensis electi, factae et celebratae rite et legitime procedentes Omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint, ad comparendum coram Nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam in debita Juris forma dicturos, excepturos vel opposituros alias rite et peremptorie citatos publice praeconizatos diu et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes nec contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam huiusmodi aliquid dicentes, excipientes vel opponentes, ad petitionem procuratoris Decani et Capituli Ecclesiae Cathedralis Herefordensis praedict. pronuntiamus contumaces et in poenam contumaciarum suarum huiusmodi decernimus procedendum fore ad prolationem sententiae nostrae diffinitivae sive finalis decreti in huiusmodi negotio, eorum absentia sive contumacia in aliquo non obstante./ Secunda Schedula./

Lecta fuit huiusmodi schedula per praefatum venerabilem virum dominum Nathanaelem Brent militem die hora et loco in actis mentionatis.

In Dei nomine Amen: Auditis visis et intellectis ac plenarie et mature discussis per Nos Nathanaelem Brent militem et legum doctorem Reverendissimi in Christo patris Sententia diffinitiva./

pris et Dni Dni Gulielmi providen Dia Cantuar Archiepi totius Anglie Primatis et Metropolitani Vicarium in spualibus generalem et Officialem principalem necnon Comissarium inter alios ad infrascripta solum et dcum specialr et ltime deputatum et constitutum Meritis et circumstantijs cuiusdam cause sive negotij Confirmationis electionis de persona Reverendi in Xpo pris Dni Theophili ffeild sacre theologie professoris, Menevensis Epi in Epum et Pastorem Eccle Cathis Herefordensis electi, facte et celebrate Quod coram nobis in Judicio aliquandiu vertebatur vertiturque in presenti et pendet indecisum finaliterque primitus per nos viso et integro processu coram Nobis in dicto Confirmationis negotio habito et facto atque diligenter recensito servatisque per nos de Jure et statutis huius Regni Anglie in ea parte servandis, ad nre sententie diffinitive sive nri finalis Decreti prolationem in dco Confirmationis negotio ferende sic duximus procedendum fore et procedimus in hunc qui sequitur modum Quia per acta, inactitata deducta allegata proposita exhibita probata et confessata coram nobis in dicto Confirmationis negotio comperimus luculenter et invenimus electionem predictam per Decanum et Capitulum Eccle Cathis Herefordensis pred de prenominato Reverendo pre Dno Theophilo ffeild electo huiusmodi viro utique provido et discreto, vita et moribus merito commendato libero et de legittimo matrimonio procreato atque in etate legittima et ordine sacerdotali constituto, rite et ltime factam et celebratam fuisse et esse, nihilque eidem Reverendo pri electo huiusmodi de institutis ecclesiasticis obviasse seu obviare quominus in Epum Herefordensem auctate dicti Reverendissimi pris merito debeat confirmari: Idcirco Nos Nathanael Brent miles et legum Dcor Vicarius in spualibus generalis ac Comissarius et Judex antedictus sic (ut premittitur) specialr constitutus attentis premissis et alijs virtutum meritis quibus prefatus Electus Herefordensis fide-digno commendatur testimonio Christi nomine primitus invocato ac ipsum solum Deum oculis nris proponentes et habentes de et cum consilio Jurisperitorum cum quibus in hac parte communicavimus prenominatam electionem de eodem Reverendo pre Dno Theophilo ffeild Menevensi Epo factam et celebratam auctate qua fungimur confirmamus Defectusque quoscunque in dicto Confirmationis negotio intervenientes (si qui forsan sint) quantum in nobis est et de jure possumus supplentes et supplemus, necnon Curam regimen et administrationem spualium dicti Epatus Herefordensis eidem Dno electo et confirmato committimus Ipsumque in realem actualem et corporalem possessionem dicti Epatus Herefordensis Juriumque dignitatum honorum preeminentiarum et pertinentiarum suorum universorum inducendum et intronizandum fore per Archidiaconum Cantuar seu eius Deputatum iuxta Eccle Cathis Herefordensis pred morem et consuetudinem (legibus et statutis huius Regni Anglie non adversantibus) etiam decernimus et declaramus per hanc nram sententiam diffinitivam sive hoc nrum finale Decretum quam sive quod ferimus et promulgamus in hijs scriptis. /

Lecta fuit huiusmodi Sententia per prefatum venerabilem virum Dnum Nathanaelem Brent militem die Mercurij vicesimo tertio viz. die mensis Decembris Anno Dni 1635. In Eccla parochiali beate Marie virginis de Arcubus London inter horas nonam et undecimam ante meridiem eiusdem diei ad petitionem magri Thome Steere procuratoris Decani et Capituli Eccle Cathis Herefordensis in presentia mei Caroli Wade notarij publici et Deputati quibus &c requisitus, me &c testibus &c presentibus tunc et ibm testibus in act mentionat &c

Mandatum ad intronizandum Dnum Episcopum. /

Guilielmus providentia Dia Cantuar Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus ad infrascripta auctate Parliamenti huius inclyti Regni Anglie (mediantibus Commissionalibus patentibus Serenissimi in Xpo principis et Dni nri Dni Caroli Dei gra Anglie Scotie ffrancie et Hibernie Regis fidei defensoris &c sufficienter et ltime fulcit Venerabili viro Willelmo Kingsley sacre theologie professori Archidiacono Cant in Eccla nra Cathi et Metropolitica Christi Cant Salutem et gratiam. **Cum** vacante nuper sede Epali Herefordensi per translationem Reverendi in Xpo pris Dni Matthei Wren ultimi Episcopi et Pastoris ibm ad Epatum Norwicensem Decanus et Capitulum Eccle Cathis Herefordensis (licentia Regia primitus in ea parte petita et obtenta) Reverendum in Xpo patrem Dnum Theophilum ffeild sacre theologie professorem Menevensem Epum in eorum et dce Eccle Cathis Herefordensis Epum et Pastorem elegerint et Eccle Cathi pred de eodem providerint Cumque etiam nos electionem pred de persona prefati Reverendi pris (ut prefertur) factam et celebratam et personam sic electam (servatis de Jure et statutis huius Regni Anglie in ea parte servandis) auctate qua supra confirmaverimus eidemque Dno electo et confirmato Curam regimen et administrationem spualium dci Epatus Herefordensis commiserimus Ipsumque sic electum et confirmatum in realem actualem et corporalem possessionem dicti Epatus Herefordensis Juriumque dignitatum honorum preeminentiarum et pertinentiarum suarum universorum inducendum installandum et intronizandum fore decreverimus justitia mediante: Tibi firmiter precipiendo mandamus quatenus prefatum Reverendum patrem Dnum Theophilum ffeild sic (ut prefertur) electum et confirmatum seu procuratorem suum ltimum eius nomine ac pro eo in realem actualem et corporalem possessionem dicti Epatus Herefordensis Juriumque dignitatum honorum preeminentiarum et pertinentiarum suarum universorum inducas installes et intronizes seu sic induci, installari et intronizari facias cum effectu Cathedramque sive sedem Epalem in Eccla Cathi Herefordensi pred Episcopis ibm assignari solit sibi (ubi moris est) assignes et eum in nomine Dni nri Jesu Christi inthronizes prout decet. Juribus et consuetudinibus nris Archiepalibus et Eccle nre Cathis et Metropolitice Christi Cant et Eccle Cathis Herefordensis predict dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis. In cuius rei Testimonium Sigillum (quo in hac parte utimur) presentibus apponi fecimus Dat vicesimo tertio die mensis Decembris Anno Dni 1635. Et nre Trans Anno tertio.

Inductio Dni Episcopi

Vicesimo octavo die mensis Decembris Anno Dni 1635. emanavit Inductio vigore mandati supradicti venerabilibus viris ffrancisco Kerry Johanni Best et Georgio Benson sacre theologie professoribus et Prebendarijs Ecclie Cathlis Hereforden et Morgano Godwin in legibus Baccalaureo Archino Hereforden pred tent et dim &c ad inducendum et intronizandum pred Electum prout &c. /

Tricesimo die eiusdem mensis per Reverendum in Xpo patrem dnum Theophilum ffield Epum Hereforden Concessa fuit Advocatio Canonicatus sive Prebende Episcopi in Ecclia Cathli Hereforden fundat Reverendissimo pri dno Guilielmo Archiepo Cant &c in omnibus ut in Advocatione per dnum Augustinum Lindsell nuper Epum ibm eidem Rmo pri de eodem Canonicatu sive Prebenda fact:

Advocatio Prebende Episcopi in Ecclia Cathli Hereforden. /

Acta habita et facta in negotio Meneven.

Confirmationis electionis de persona venlis et Reverendi viri Rogeri Manwaring sacre theologie professoris et Decani Ecclie Cathlis Wigorn in Epum et Pastorem Ecclie Cathlis Meneven electi, die Veneris vicesimo sexto viz die mensis ffebruarij Anno dni (iuxta Computacionem Ecclie Anglicane) Millesimo sexcentesimo tricesimo quinto Regnique serenissimi in Xpo principis et dni nri dni Caroli dei gra Anglie Scotie ffrancie et Hibernie Regis fidei defensoris &c Anno undecimo In Ecclia paroch beate Marie virginis de Arcubus London Ecclie Cathlis et Metropolit Christi Cant Jurisdictionis immediate, inter horas nonam et undecimam ante meridiem eiusdem diei, Coram venerabili viro dno Nathanaele Brent milite et legum doctore Vicario in Spiritualibus generali et Officiali principali Rmi in Xpo pris et dni dni Guilielmi providentia divina Cant Archiepi totius Anglie Primatis et Metropolitani necnon Commissario inter alios ad infrascripta legitime et sufficienter speciale et legitime deputat et constitut In presentia mei Caroli Wade notarij publici &c.

Actus Confirmationis.

Dictis die et loco inter horas predictas, presentatis primum prefato venerabili viro dno Nathanaele Brent milite et legum doctore Vicario &c necnon Commissario &c Judiciale et pro tribunali sedente literis patentibus Regijs &c necnon literis Commissionalibus dicti Rmi pris eidem venerabili viro et alijs sufficienter et directis in hac parte factis, Quibus quidem literis patentibus Regijs et Commissionalibus Rmi &c per me Carolum Wade notarium publicum antedictum publice lectis Idem venerabilis vir dnus Nathanael Brent ob honorem et reverentiam dicti dni nri Regis et memorati Rmi pris acceptavit in se onus executionis dictarum literarum patentium et Commissionalium et decrevit procedendum fore iuxta tenorem, vim, formam et effectum earundem Deinde comparuit personaliter magr Jacobus Ireland senior notarius publicus Alme Curie Cantuar de Arcubus London procuratorum generalium unus et exhibuit procuratorium suum sufficientem pro venerabilibus viris Precentore et Capitulo Ecclie Cathlis Meneven predict sigillo eorum communi (ut apparuit) subscriptum sigillat et fecit se partem pro eisdem ac nomine procuratorio eorundem presentavit eidem venerabili viro dno Nathanaeli Brent venerabilem et Reverendum virum Rogerum Manwaring sacre theologie professorem et Decanum Ecclie Cathlis Wigorn in Epum et Pastorem Ecclie Cathlis Meneven predict electum et ipsum et Regium confirmandum petebat Et tunc dictus magr Ireland exhibuit mandatum citatorium originale alias contra oppositores in hoc negotio emanat una cum Certificat in dorso super executione eiusdem et petijt omnes et singulos oppositores huiusmodi publice preconizari Quibus tunc et ibm publice trina vice preconizatis et nullo modo comparentibus &c Prefatus magr Ireland accusavit contumacias omnium et singulorum oppositorum huiusmodi sic (ut premittitur) ad hos diem horas et locum citat et intimat &c modo predicto preconizat et nullo modo comparentium nec aliquid in hac parte dicent, excipient vel opponent seu &c et petijt eos pronuntiari contumaces et in penam contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi in huiusmodi causa sive negotio eis et eorum cuilibet precludi &c Ad cuius petitionem dictus dnus Nathanael Brent pronunciavit eos omnes et singulos sic citatos intimatos preconizat et nullo modo comparentes nec aliquid in hac parte dicent, excipient vel opponent seu &c contumaces et in penam contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam eis et eorum cuilibet precludi necnon ad ulteriora in dicto confirmationis negotio procedend fore decrevit, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante prout in schedula per eum tunc lecta plenius continetur Quibus sic gestis prefatus magr Jacobus Ireland in penam contumaciarum eorundem citatorum et non comparentium dedit summariam petitionem in scriptis quam petijt admitti Qua quidem summaria petitione per me prefatum Carolum Wade notarium publicum antedictum de mandato dicti domini Nathanaelis Brent admisit dictam summariam petitionem quatenus de iure &c et decrevit procedendum fore summarie et de plano &c et assignavit dicto magro Ireland terminum ad probandum eandem summariam petitionem ad statim Et tunc dictus magr Ireland in subsidium probationis contentorum in dicta summaria petitione exhibuit literas patentes Regias de assensu suo Regio superius mentionat per quas apparuit prenominatos Precentorem et Capitulum Ecclie Cathlis Meneven predict prenominatum venerabilem et Reverendum virum Rogerum Manwaring in eorum et dicte Ecclie Cathlis Meneven Epum et Pastorem elegisse Regiamque Maiestatem eidem electioni assensum suum regium adhibuisse. Ac etiam exhibuit binas Certificatorias unum eorum dicto Reverendissimo alterumque Domino Electo de et super electione predicti venerabilis et Reverendi viri in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis Menevensis predicte Sigillo communi eorundem Precentoris et Capituli (ut apparuit) sub data publica, respective sigillat. et exhibuit Instrumentum publicum super consensu prefati Domini Electi eidem electioni adhibito et allegavit omnia et singula in dictis respective exhibitis contenta fuisse et esse vera ac habita et gesta prout in eisdem respective continetur, petendo terminum sibi assignari ad audiendum sententiam sive finale decretum in hac causa. Ad cuius petitionem dictus Dominus Nathanael Brent assignavit ad audiendum sententiam ad statim. Consequenter vero facta alia publica trina preconizatione omnium et singulorum oppositorum huiusmodi sic (ut prefertur) citat. et intimat. &c. et nullo modo comparentium nec aliquid in hac parte opponentium, eisdem dictus Dominus Nathanael Brent ad petitionem dicti magistri Jetland et super accusatis eorum contumaciis et petitionem &c. pronuntiavit eos et eorum quemlibet contumaces et in penam contumaciarum suarum huiusmodi ad petitionem dicti magistri Jetland decrevit procedendum fore ad prolationem sententie diffinitive in huiusmodi causa sive negotio confirmationis electionis ipsorum sic citatorum &c. et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante. Et tunc in alia schedula per eundem venerabilem virum Dominum Nathanaelem Brent lecta continetur. His expeditis prestitoque Iuramento per prefatum venerabilem et reverendum virum Dominum electum ad sancta Dei Evangelia per eum corporaliter tacta et deosculata tam de agnoscendo Regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus ac de renuntiando, refutando et recusando omni et omnimode Iurisdictioni, potestati, auctoritati et superioritati forinsecis iuxta vim, formam et effectum statuti Parliamenti huius inclyti Regni Anglie in ea parte editi et provisi necnon de Vera et Canonica obedientia prenominato Reverendissimo in Christo patri et Domino Domino Gulielmo Cantuar. Archiepiscopo et Ecclesie Cathedralis et Metropolitice Christi Cant. et successoribus suis quam de Simonia non commissa pro vel de promotione sua acquisitione Episcopatus Menevensis predicti iuxta Canonum in ea parte editum &c. Prefatus Dominus Nathanael Brent ad petitionem prefati magistri Jetland porrigentis sententiam et petentis eandem ferri et iustitiam fieri pro parte sua legit, tulit et promulgavit sententiam sive finale decretum in dicto Confirmationis negotio in scriptis conceptam, pronuntiando, decernendo, declarando, confirmando, supplendo ceteraque faciendo prout in eadem sententia continetur. Super quibus omnibus et singulis premissis tam dictus Dominus electus et confirmatus quam memoratus magister Jetland procurator Precentoris et Capituli predicti me notarium publicum predictum sibi unum vel plura publicum seu publica Instrumentum sive Instrumenta conficere ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter rogavit et requisivit. Postremo vero dictus venerabilis vir Dominus Nathanael Brent tam ad petitionem dicti Domini electi quam memorati magistri Jetland procuratoris Precentoris et Capituli predicti decrevit literas testimoniales super omnibus et singulis premissis sub modo et forma superius specificatis gestis et expeditis fieri et expediri. Presentibus tunc et ibidem venerabilibus viris Domino Johanne Lambe milite et legum doctore Alme Curie Cant. de Arcubus London Officiali, Domino Carolo Cesar etiam milite et legum doctore Curie Audientie Cant. Causarum et negotiorum Auditore, Thoma Gwynn et Galfrido Gwalman legum etiam doctoribus dicteque Curie Cant. Advocatis, necnon magistris Humfrido Lloyd, Thoma Steed, Johanne Fisk et Thoma Eyr notariis publicis et procuratoribus generalibus dicte Curie, Johanne Holt generoso Apparitore generali dicti Reverendissimi patris Domini Archiepiscopi Cant. et Thoma Wilson notario publico ac multis aliis in numero copioso congregatis testibus &c./

Tenores vero tam literarum patentium Regie Maiestatis quam totius processus in dicto Confirmationis negotio habit. et fact. et superius mentionat. sequuntur et sunt tales viz.

Litera patentes Regie./

Carolus Dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Rex fidei defensor &c. Reverendissimo in Christo patri ac predilecto et perquam fideli Consiliario nostro Domino Willelmo Cantuar. Archiepiscopo totius Anglie Primati et Metropolitano ac aliis quibuscunque Episcopis quorum in hac parte interest Salutem. Cum vacante nuper sede Episcopali Menevensi per translationem Reverendi in Christo patris Domini Theophili Field ultimi Episcopi et Pastoris ibidem ad Episcopatum Herefordensem ad humilem petitionem Precentoris et Capituli Ecclesie Cathedralis nostre Menevensis predicte per literas nostras patentes licentiam concesserimus alium sibi eligendi in Episcopum et Pastorem Sedis predicte, iidem Precentor et Capitulum vigore et obtentu licentie nostre predicte dilectum nobis in Christo Rogerum Maynwaring sacre Theologie Professorem Ecclesie Cathedralis Wigorn. Decanum et unum Capellanorum nostrorum ordinariorum sibi et Ecclesie predicte Canonice elegerunt in Episcopum et Pastorem prout per literas suas sigillo eorum communi sigillat. nobis inde directas plenius liquet et apparet. Nos electionem illam acceptantes eidem Electioni Regium assensum nostrum adhibuimus pariter et favorem. Et hoc vobis tenore presentium significamus Rogantes ac in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter precipiendo mandantes quod vos eundem Rogerum Maynwaring in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis et Sedis predicte confirmare Et eundem Rogerum Maynwaring Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis Menevensis consecrare Ceteraque omnia et singula facere et perimplere que vestro in hac parte incumbunt Officio

Pastorali juxta formam Statuti Regni nostri Angliae in hac parte editi et provisi, velitis, cum favore et effectu. In cuius rei Testimonium has literas nostras fieri fecimus Patentes Teste me ipso apud Westm. duodecimo die ffebruarij Anno Regni nostri undecimo./

Commissio Reverendissimi

Guilielmus providentia divina Cantuar Archiepiscopus totius Angliae Primas et Metropolitanus Dilecto nobis in Christo venerabili viro Dno Nathanaeli Brent militi legum Doctori Vicario nostro in spiritualibus generali et Officiali principali aut eo absente vel impedito, venerabilibus viris Dno Johanni Lambe militi legum Doctori, almae Curiae nostrae Cantuar de Arcubus London Officiali, ac magistris Thome Reeve legum Doctori Advocato Regio, Willmo Sames et Arthuro Ducke legum etiam Doctoribus Salutem et gratiam. **Cum** literas Patentes Serenissimi in Christo principis et Dni nostri Dni Caroli Dei gratia Angliae, Scotiae, ffranciae et Hibniae Regis fidei defensoris etc Sigillo suo magno Angliae sigillatas gerentes datum apud Westmonasterium duodecimo die instantis mensis ffebruarij Anno Regni sui foelicissimi undecimo receperimus, in quibus inter alia, Nobis praeceptum est ut electionem venerabilis viri Rogeri Maynwaring sacrae Theologiae professoris Decani Ecclesiae Cathedralis Wigorn et Regiae suae Maiestatis Capellanorum ordinariorum unius ad Episcopatum Meneven confirmaremus, Nos tum ea qua decet reverentia volentes mandato Regio in ea parte humiliter satisfacere **Ad** examinandum igitur discutiendum, approbandum et confirmandum dictam electionem et personam sic electam secundum Juris et Statutorum huius Regni Angliae exigentiam ac juxta tenorem formam et effectum mandati Regij praedicti nobis in ea parte (ut praefertur) facti et directi qualiscumque eandem electionem rite et legitime factam et celebratam fuisse et esse vobis conjunctim et divisim constiterit, approbandum et comprobandum, defectusque (si qui forsan in ea parte intervenerint) rite et legitime supplendum Ceteraque omnia et singula faciendum exercendum et expediendum quae in hac parte necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna Vobis conjunctim et divisim committimus, vices nostras ac plenam in Dno tenore praesentium concedimus potestatem (Juribus nostris Archiepiscopalibus Cantuar Ecclesiaeque emolumentis Nobis et Officiarijs et ministris nostris in hac parte competentibus semper salvis et reservatis. In cuius rei Testimonium Sigillum (quo in hac parte utimur) praesentibus apponi fecimus Dat vicesimo secundo die mensis ffebruarij Anno Dni (iuxta Computationem Ecclesiae Anglicanae) Millesimo sexcentesimo tricesimo quinto Et nostrae Translationis Anno tertio./

Procuratorium Praecentoris et Capituli

Pateat universis per praesentes Quod Nos Griffinus Higgs sacrae Theologiae professor Praecentor Ecclesiae Cathedralis Meneven et eiusdem Ecclesiae Capitulum in domo nostra Capitulari Capitulariter congregati et Capitulum ibidem facientes Dilectos nobis in Christo Jacobum Ireland seniorem, Humphridum Lloyd, Thomam Gerrard et Johannem ffisk notarios publicos ac almae Curiae Cantuar de Arcubus London procuratores generales nostros et eorum quemlibet per se divisim et insolidum Ita quod non sit melior conditio primitus occupantis nec deterior subsequentis sed quod unus eorum inceperit id ipsorum quilibet libere prosequi valeat, mediare pariter et finire; nostros veros certos legitimos et indubitatos procuratores, actores, factores negotiorumque nostrorum gestores et nuncios speciales ad infrascripta nominamus, ordinamus, facimus et constituimus per praesentes Damusque et concedimus eisdem procuratoribus nostris conjunctim et divisim (ut praefertur) potestatem generalem et mandatum speciale pro nobis et nominibus nostris ac nomine dictae Ecclesiae Cathedralis Meneven literas nostras Certificatorias Sigillo nostro communi sigillatas super electione venerabilis viri Rogeri Mainwaring sacrae Theologiae professoris decani Ecclesiae Cathedralis Wigorn in Episcopum et Pastorem dictae Ecclesiae Cathedralis Meneven cum omni debita humilitate et subiectione Serenissimo in Christo principi et Dno nostro Dno Carolo Dei gratia Angliae, Scotiae, ffranciae et Hibniae Regi fidei defensori etc praesentandi, suamque Regiam Maiestatem humiliter supplicandi quatenus Electioni huiusmodi Regalem assensum et consensum suos praebere ac huiusmodi electionem eidem Dno Electo de persona sua in Episcopum et Pastorem Ecclesiae Cathedralis Meneven praedicte factae sub sigillo nostro etiam praesentandi et notificandi Eumque instanter rogandi quatenus electionem huiusmodi sic (ut praefertur) per nos factam et celebratam acceptare dignaretur Ac insuper aliud nostrum Certificatorium simile sigillo nostro communi sigillatum cum debito obsequio et submissione Reverendissimo in Christo patri et Dno, Dno Guilielmo providentia divina Cant Archiepiscopo totius Angliae Primati et Metropolitano pro Confirmatione electionis nostrae huiusmodi et dicti sic electi humiliter quoque praesentandi et exhibendi Eandemque Confirmationem in debita et solita Juris forma fieri petendi et obtinendi Ceteraque faciendi exercendi et expediendi quae qualitas et natura negotij dictae Electionis et Confirmationis de se exigunt et requirunt Promittentes nos harum serie ratum et gratum perpetuo habituros totum et quicquid dicti procuratores nostri fecerint seu eorum aliquis fecerit aut duxerit faciend in praemissis vel eorum aliquo, sub bonorum nostrorum hypotheca et obligatione quam exponimus per praesentes. In cuius rei Testimonium sigillum nostrum commune seu Capitulare praesentibus apponi fecimus, Dat in domo nostra Capitulari decimo nono die Januarij 1635./

Citatio contra omnes oppositores./

Guilielmus providentia divina Cantuar Archiepiscopus totius Angliae Primas et Metropolitanus Universis et singulis Clericis et laicis quibuscumque per provinciam nostram Cantuar ubilibet constitutis Salutem et gratiam. Cum vacante nuper Sede Episcopali Meneven per Translationem Reverendi in Christo patris Dni Theophili ffeild ad Episcopatum Herefordens Praecentor et Capitulum Ecclesiae Cathedralis Meneven pro electione novi et futuri Episcopi ibidem (licentia Regia prius in ea parte petita et obtenta) celebranda, certum diem praefixerint et assignaverint et in huiusmodi electionis negotio (termino ad praemissa rite procedentes) venerabilem et Reverendum virum Rogerum Maynwaring Sacrae Theologiae professorem et Decanum Ecclesiae Cathedralis Wigorn in eorum et dictae Ecclesiae Cathedralis Menevensis praedictae Episcopum et Pastorem elegerint Cumque Serenissimus in Christo Princeps et Dominus noster Dominus Carolus Dei gratia Angliae, Scotiae, Franciae et Hiberniae Rex fidei Defensor etc. ad humilem petitionem eorundem Precentoris et Capituli eidem Electioni de persona praenominati venerabilis et Reverendi viri domini Electi facto et celebratae Regium suum adhibuerit assensum pariter et favorem, prout per literas suas patentes Regias, magno suo sigillo Angliae sigillatas, nobis significaverit Mandando quatenus nos electionem praedictam et personam electam confirmare, iuxta formam Statuti in ea parte editi et provisi, velimus cum omni celeritate accommoda prout per easdem literas patentes Regias ad quas habeatur relatio plenius liquet et apparet, Nos vero volentes eiusdem domini nostri Regis mandatis pro officii nostri debito parere ac in huiusmodi Confirmationis negotio iuxta iuris et Statutorum huius Regni Angliae exigentiam procedere Omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere, excipere vel opponere voluerint, ad diem horam locum et effectum infrascripta monendos et citandos fore decrevimus, iustitia mediante; Vobis igitur coniunctim et divisim committimus ac firmiter iniungendo mandamus quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie alta et intelligibili voce intra Ecclesiam parochialem beatae Mariae virginis de Arcubus London nostri et Ecclesiae nostrae Cathedralis et Metropoliticae Christi Cantuariensis Jurisdictionis immediatae, necnon per affixionem praesentium in aliquo loco conspicuo infra eandem Ecclesiam parochialem vel in aliis locis publicis ubi videbitur expediens omnes et singulos oppositores (si qui sint) in specie, alioquin in genere, qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere, excipere vel opponere voluerint, Quod compareant et eorum quilibet compareat coram nobis aut Vicario nostro in spiritualibus generali et Officiali principali vel Commissariis nostris aut eorum aliquo in hac parte quocunque in eadem Ecclesia parochiali beatae Mariae virginis de Arcubus London die Veneris vicesimo sexto viz. die huius instantis mensis Februarii inter horas nonam et undecimam ante meridiem eiusdem diei cum continuatione et prorogatione dierum extunc sequentium et locorum (si oporteat) in ea parte fiendis contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam (si sua putaverint interesse) in debita iuris forma dicturi, excepturi et opposituri, ulteriusque facturi et recepturi quod iustum fuerit in hac parte et dicti negotii qualitas et natura de se exigunt et requirunt. Intimantes praeterea modo et forma praedictis omnibus et singulis oppositoribus (si qui sint) in specie alioquin in genere, quibus Nos etiam harum serie sic intimamus quod sive citati diebus dictis hora et loco coram Nobis aut Vicario nostro in spiritualibus generali vel Commissario nostro comparuerint et contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam huiusmodi dicere, excipere vel opponere voluerint sive non, Nos nihilominus in dicto Confirmationis negotio iuxta iuris et Statutorum huius Regni Angliae exigentiam procedemus et procedere intendimus seu sic procedet in huiusmodi Vicarius noster in spiritualibus generalis vel Commissarius praedictus ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante Et quid in praemissis feceritis Nos aut Vicarium nostrum in spiritualibus generalem antedictum vel Commissarium huiusmodi debite et autentice certificetis seu sic certificet ille vestrum qui praesens nostrum Mandatum fuerit executus Dat. vicesimo die mensis Februarii Anno Domini (iuxta Computationem Ecclesiae Anglicanae) Millesimo Sexcentesimo tricesimo quinto Et nostrae Translationis Anno tertio./

Certificatorium super executione Citationis praedict./

Reverendissimo in Christo patri et domino, domino Guilielmo providentia divina Cantuariensi Archiepiscopo totius Angliae Primati et Metropolitano eiusve Vicario in spiritualibus generali et Officiali principali aut Commissario pro eiusque in hac parte specialiter deputato Vester humilis et devotus Johannes Holt generosus Apparitor vester generalis ac ad infrascripta mandatarius legitime deputatus omnimodas reverentiam et obedientiam tanto Reverendissimo patri debitas et condignas cum honore. Mandatum vestrum Reverendissimum retroscriptum nuper cum ea qua decuit reverentia humiliter recepi executurus Cuius vigore peremptorie citavi et intimavi omnes et singulos oppositores (si qui sint) tam in specie quam in genere qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam dicere, excipere vel opponere voluerint tam per affixionem eiusdem mandati vestri in valvis exterioribus Ecclesiae parochialis beatae Mariae virginis de Arcubus London retroscript. et ibidem aliquandiu dimissi quam per publicationem eiusdem in Ecclesia parochiali praedicta die Martis vicesimo tertio viz. die instantis mensis Februarii peremptorie citavi Quod compareant et eorum quilibet compareat coram vobis die hora et loco in huiusmodi vestro Reverendissimo mandato contentis et specificatis contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam (si sua putaverint interesse) in debita iuris forma dicturi excepturi et opposituri, ulteriusque facturi et recepturi quod tenor et effectus istiusmodi vestri mandati Reverendissimi de se exigunt et requirunt Et praeterea dictis die hora et loco oppositoribus antedictis sic (ut praefertur) citatis intimavi Quod sive ipsi dictis die hora et loco comparuerint et quae impetrata fuerint fecerint sive non Vos nihilominus aut Commissarius antedictus in huiusmodi Confirmationis negotio iuxta iuris et Statutorum huius Regni Angliae exigentiam procedetis seu procedet, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante Et sic ego mandatarius antedictus Mandatum vestrum Reverendissimum retroscriptum huiusmodi quantum in me fuit debite et humiliter sum executus. In cuius rei Testimonium sigillum

[illegible]

publicos vicem dicti [illegible] Commissarij Decanatuum de Shorham et Croydon [illegible] apponi procuravi Et nos Decanus sive Commissarius antedictus ad specialem rogatum dicti Procuratoris sigillum nostrum [illegible] apponi fecimus Dat. [illegible] quarto die mensis ffebruarij Anno Dni [illegible] 1635/

In Dei nomine Amen. Nos Nathanael Brent miles et legum Doctor Rmi in Xpo patris et Dni Dni Guilielmi providentia divina Cantuar Archiepi totius Angliae Primatis et Metropolitani Vicarius in spiritualibus generalis et Officialis principalis necnon Commissarius inter alios ad infrascripta sufficienter et legitime deputatus et constitutus in negotio Confirmationis electionis de persona venerabilis et Reverendi viri Rogeri Mainwaring sacrae theologiae professoris et decani Ecclesiae Cathedralis Wigorn in Episcopum et Pastorem Ecclesiae Cathedralis Menevensis electi facte et celebrate rite et legitime procedentes Omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint ad comparendum coram Nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam in debita iuris forma dicturos excepturos vel opposituros alias [illegible] peremptorie citatos saepius publice preconizatos diuque et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes ad petitionem procuratoris Decani et Capituli Ecclesiae Cathedralis Menevensis pred pronunciamus contumaces et in poenam contumaciae suarum huiusmodi viam ulterius opponendi contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam huiusmodi eis et eorum cuilibet precludimus in hiis scriptis Ac etiam decernimus ad ulteriora in dicto Confirmationis negotio procedendum fore iuris et statutorum huiusmodi Regni Angliae exigentia [illegible] absentia sive contumacia in aliquo non obstante./ Prima Schedula

Lecta fuit huiusmodi schedula per prefatum venerabilem virum Dnum Nathanaelem Brent militem die hora et loco in actis mentionat &c

In Dei nomine Amen: Coram vobis Rmo in Xpo patre et Dno Dno Guilielmo providentia divina Cant Archiepo totius Angliae Primate et Metropolitano ad infrascripta auctoritate Parliamenti huiusmodi Regni Angliae (mediantibus literis Commissionalibus Patentibus Serenissimi in Xpo Principis et Dni nostri Dni Caroli Dei gratia Angliae Scotiae ffranciae et Hiberniae Regis fidei defensoris &c) sufficienter et legitime fulcito vestrove Vicario in spiritualibus generali et Officiali principali legitime constituto aut Commissarijs vestris quibuscunque in hac parte specialiter deputatis coniunctim aliquo quorum Pars venerabilium virorum Decani et Capituli Ecclesiae Cathedralis Menevensis dicit allegat et in hijs scriptis ad omnem iuris effectum exinde sequi valentem per viam summariae petitionis in hunc proponit articulatim prout sequitur./ Summaria Petitio/

Imprimis Quod sedes Episcopalis Menevensis per Translationem Reverendi in Xpo patris Dni Theophili ffeild ultimi Epi et Pastoris ibm ad Episcopatum Herefordensem nuper vacavit sicut et aliquamdiu vacavit Pastorisque solatio destituta existit et existit in presenti Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum Et ponit coniunctim et divisim et de quolibet. 1

Item Quod dicta Sede Episcopali Menevensi dudum (ut prefertur) vacante Decanus et Capitulum Ecclesiae Cathedralis Menevensis predicte capitulariter congregati et Capitulum facientes (licentia Regia prius in ea parte petita et obtenta) certum diem ac domum suam Capitularem Ecclesiae Cathedralis praedictae pro electione novi et futuri Epi Menevensis facienda et celebranda unanimiter et concorditer prefixerunt ac omnes et singulos eiusdem Ecclesiae Cathedralis Canonicos et Prebendarios jus vocis aut interesse in eadem electione habentes seu habere pretendentes ad diem et locum praedictum in huiusmodi electionis negotio processuros et procedi visuros legitime et peremptorie citari fecerunt Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum Et ponit ut supra./ 2

Item Quod prefati Decanus et Capitulum die et loco prefixis viz decimo nono die mensis Januarij Anno Dni (iuxta computationem Ecclesiae Anglicanae) Millesimo sexcentesimo tricesimo quinto [illegible] capitulariter congregati et Capitulum facientes (servatis per eos de iure et statutis huiusmodi Regni Angliae in ea parte servandis) habitoque per eos tractatu deligendi de persona idonea eligend in Episcopum et Pastorem Ecclesiae Cathedralis Menevensis pred Tandem unanimiter et concorditer nullo eorum contradicente per acclamationem venerabilem et Reverendum virum Rogerum Maynwaringe sacrae Theologiae professorem decanum Ecclesiae Cathedralis Wigorn ac Regiae Matis Capellanorum ordinariorum unum in eorum et dictae Ecclesiae Cathedralis Menevensis Episcopum et Pastorem elegerunt et Ecclesiae memoratae de eodem providerunt Et ponit ut supra./ 3

Item Quod electio huiusmodi et persona electa dicta in Ecclesia Cathedrali Menevensi pred coram Clero et populo tunc et ibm in numero copioso congregatis debite publicatae et declaratae fuerunt Et ponit ut supra./ 4

Item Quod dictus Dnus Electus huiusmodi Electioni de persona sua in Episcopum et Pastorem Ecclesiae Cathedralis 5

Cathedralis Menevensis predict' (ut prefertur) facte et celebrate ad humilem petitionem partis eiusdem Decani et Capituli debitis loco et tempore constituebat ac consensum suum eidem prebuit in scriptis per [illegible]
Et ponit ut supra

6 **Item** Quod dictus venerabilis et Reverendus vir Rogerus Maynwaring sic Electus fuit et est vir providus et discretus sacrarum literarum eminenti scientia vita et moribus merito commendandus liberis et legitimo matrimonio procreatus atque in etate legitima et ordine sacerdotali constitutus necnon [illegible] et Ecclesie memorate apprime necessarius, Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum Et ponit ut supra.

7 **Item** Quod prefati Decanus et Capitulum huiusmodi electionem et personam electam Serenissimo domino nostro Carolo Regi per literas suas patentes sigillo eorum communi siue Capitulari roboratas prout officij sui debito iuxta formam statuti in ea parte editi et provisi significarunt et intimarunt Et ponit ut supra

8 **Item** Quod porrecta ex parte dictorum Decani et Capituli eidem Regie sublimitati electione huiusmodi idem Serenissimus dominus noster Rex pro sua clementia Regia electioni predict' de persona prenominati venerabilis et Reverendi viri Rogeri Maynwaring (ut prefertur) facte et celebrate consensum et assensum suos Regios gratiose adhibuit et adhibet, illamque ratam et gratam habuit et habet [illegible] et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum Et ponit ut supra./

9 **Item** Quod Serenissimus dominus noster Nobis prefato Reverendissimo patri de consensu et assensu suis Regijs electioni huiusmodi (ut prefertur) adhibitis per literas suas patentes nobis inscriptas et directas non solum significavit verum etiam earundem literarum suarum patentium vigore nobis rogando mandavit quatenus nos Electionem predictam et personam electam huiusmodi confirmare et consecrare ipsumque insignijs Episcopalibus insignire decorare ceteraque omnia et singula peragere que nobis in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam statuti in ea parte editi et provisi et literarum patentium huiusmodi sortiri debitum effectum Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum Et ponit ut supra

10 **Item** Quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera publica notoria manifesta pariter et famosa atque de et super eisdem laborarunt et in presenti laborant publica vox et fama Unde facta fide de iure in hac parte requisita Ad quam faciend' offert pars dictorum Decani et Capituli se promptam et paratam pro loco et tempore congruis et opportunis Petit eadem pars prefatam electionem et personam electam confirmand' consecrand' et benedicend' fore decerni et cum effectu confirmari et consecrari iuxta Juris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam necnon literarum patentium huiusmodi nobis directarum in hac parte sortiri Curamque regimen et administrationem [illegible] Episcopatus Menevensis Juriumque dignitatum, honorum, preheminentiarum et pertinentiarum suorum universorum inducend' et intronizand' fore decerni ulteriusque fieri statui et decerni in premissis et ea concernentibus quibuscunque quod Juris fuerit et rationis ac Statutis huius Regni Anglie consonum, suppletis defectibus quibuscunque in hac parte intervenientibus Que proponit et fieri petit pars ista proponens con[iunc]tim et divi[si]m non artans se ad omnia et singula premissa probanda nec ad onus superfluum probationis de qua protestatur sed quatenus probaverit in premissis eatenus obtineat in petitis Juris beneficio in omnibus semper salvo vestrum officium domine Judex [illegible] humiliter implorando./

Certificatorium direct' Dno Archiepo./

Reverendissimo in Christo patri ac domino domino Guilielmo providentia divina Cantuariensi Archiepiscopo totius Anglie Primati et Metropolitano Vestri humiles et devoti Griffinus Higgs sacre Theologie professor ac Decanus Ecclesie Cathedralis Menevensis eiusdemque Ecclesie Capitulum omnimodas [illegible] et obedientiam tanto Reverendissimo patri debitas et condignas cum honore Vestre Reverendissime paternitati tenore presentium significamus et innotescimus, Quod Sede Episcopali Menevensi per translationem [illegible] in Christo patris ac domini domini Theophili [illegible] ultimi Episcopi et Pastoris ibidem iam vacante et Pastoris solatio destituta Nos Decanus et Capitulum antedict' vigore et auctoritate licentie Regie Maiestatis Nobis [illegible] Ecclesie nostre Cathedralis Menevensis predict' de aliquo alio in Episcopum et Pastorem ibidem eligendo facte [illegible] in domo nostra Capitulari Capitulariter congregati et Capitulum facien' die dat' presentium, servatis primitus per nos omnibus et singulis de iure in ea parte servandis, habitoque inter nos maturo et diligenti tractatu de persona idonea in ea parte eligenda, tandem in venerabilem virum Rogerum Maynwaring sacre Theologie professorem Decanum Ecclesie Cathedralis Wigorn' per Serenissimum dominum nostrum Carolum Regem in ea parte specialiter nominatum et commendatum vota nostra direximus ipsumque [illegible] in nostrum et dicte Ecclesie Cathedralis Menevensis Episcopum et Pastorem unanimiter et concorditer nullo contradicente vel reclamante elegimus, prout per literas nostras Certificatorias [illegible] in ea parte directas et transmissas plenius liquet et apparet, Vestre igitur Reverendissime paternitati tenore presentium humiliter supplicamus in Domino, rogamus quatenus dictam [illegible] electionem per nos (ut prefertur) de persona dicti venerabilis viri factam et celebratam confirmare [illegible] facere et peragere que ad officium vestrum Archiepiscopale in hac parte quomodolibet spectant, [illegible] dignetur eadem vestra Reverendissima paternitas cum favore et effectu Sicque [illegible]
maximum

maximum assiduis precibus pro amplitudine tua salutis et longissimis annis sollicitamus, ut Ecclesie Anglicane ornamento et presidio diutissime futurus sis. In cuius rei Testimonium Sigillum nostrum commune siue Capitulare presentibus apponi fecimus Dat in domo nostra Capitulari decimo nono die mensis Januarij Anno Domini 1635.

Certificatorium Electi Domini Electi

Venerabili et omnino discretissimo viro Rogero Mainwaringe Sacre Theologie professori ac Decano Ecclesie Cathedralis Wigorn Griffinus Higgs Sacre Theologie etiam professor ac Precentor Ecclesie Cathedralis Menevensis eiusdemque Ecclesie Capitulum omnimodam Reverentiam tanto viro debitam. Vestre reverentie tenore presentium significamus et intimamus Quod vacante Sede Episcopali Menevensi per Translationem Reverendi in Christo patris ac domini domini Theophili Ffeild ultimi Episcopi et Pastoris ibidem ad Episcopatum Herefordensem, Nos Precentor et Capitulum antedicti vigore et auctoritate Serenissimi in Christo principis et domini nostri domini Caroli dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Regis fidei defensoris etc nobis in hac parte facte et concesse ad effectum eligendi novum Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis Menevensis predicte in domo nostra Capitulari Capitulariter congregati et Capitulum ibidem facientes Servatis [illegible] de iure in hac parte servandis, habitoque inter nos maturo tractatu de persona idonea in ea parte eligenda tandem in vestram dignitatem et Reverentiam vota nostra direximus tandemque [illegible] Regiam Maiestatem nobis notatam et commendatam in nostrum et dicte Ecclesie Cathedralis Menevensis Episcopum et Pastorem unanimiter elegimus et Electionem nostram huiusmodi dicto Illustrissimo domino nostro Regi per has nostras literas testimoniales Sigillo nostro communi roboratas significavimus et notum fecimus, Quocirca vestram Reverentiam humiliter et obnixe rogamus quatenus huic electioni vestre de persona vestra sic (ut prefertur) per nos facte consentire ac consensum et assensum vestros eidem adhibere dignemini. In cuius rei Testimonium Sigillum nostrum presentibus Capitulare presentibus apponi fecimus Dat decimo nono die mensis Januarij in domo nostra Capitulari 1634.

Instrumentum Consensus

In Dei nomine Amen: Per presens publicum Instrumentum cunctis appareat evidenter et sit notum Quod die Veneris vicesimo septimo viz die mensis Februarij Anno Domini (iuxta computationem Ecclesie Anglicane) Millesimo sexcentesimo tricesimo quarto Regnique Serenissimi in Christo principis et domini nostri domini Caroli dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Regis fidei defensoris etc Anno decimo In Camera Ecclesie parochialis beate Marie [illegible] London in mei Savilis Wade notarij publici subscripti ac testium inferius nominatorum presentia personaliter constitutus magister Jacobus Fetland [illegible] notarius publicus procuratorium [illegible] exhibuit procuratorium suum [illegible] pro venerabilibus viris Precentore et Capitulo Ecclesie Cathedralis Menevensis sigillo eorum communi (ut apparuit) sub [illegible] sigillat [illegible] Precentoris et Capituli [illegible] et Reverendo viro Rogero Mannwaring Sacre Theologie professori Decano Ecclesie Cathedralis Wigorn tunc et ibidem personaliter presenti [illegible] testimoniales sigillo communi eorundem Precentoris et Capituli (ut apparuit) sub [illegible] de et super electione de venerabili et Reverendo viro in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis Menevensis predicte facta et celebrata Eundemque venerabilem et Reverendum virum dominum electum instanter [illegible] rogavit et requisivit quatenus eidem electioni de se et sua persona (ut premittitur) facte et celebrate consentire ac consensum et assensum suos eidem prebere dignaretur. Qui quidem venerabilis et Reverendus vir dominus electus Menevensis antedictus sic requisitus et interpellatus (prehabita prius super premissis matura deliberatione) Electioni huiusmodi de se et sua persona (ut premittitur) facte et celebrate consentiebat ac consensum et assensum suos eidem prebuit in scriptis prout in schedula quam in manibus suis tunc tenens publice legebat continetur. Cuius quidem schedule tenor sequitur et est talis viz. In Dei nomine Amen. Ego Rogerus Mannwaring Sacre Theologie professor Decanus Ecclesie Cathedralis Wigorn in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis Menevensis rite et legitime nominatus et electus atque ad consentiendum Electioni de me et persona mea in hac parte facte et celebrate ex parte et per [illegible] Precentoris et Capituli eiusdem Ecclesie Cathedralis instanter rogatus et requisitus (Dei omnipotentis [illegible] confisus) Electioni huiusmodi de me et persona mea sic (ut premittitur) facte et celebrate ad honorem Dei omnipotentis patris, filij et Spiritus sancti consentio eidemque consensum et assensum meos semel atque iterum rogatus et interpellatus prebeo in hijs scriptis. Super quibus omnibus et singulis premissis tam dictus [illegible] venerabilis et Reverendus dominus electus quam memoratus magister Jacobus Fetland procurator antedictus me notarium publicum antedictum sibi unum vel plura, publicum seu publica Instrumentum sive Instrumenta conficere ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter rogarunt et requisiverunt. **Acta** fuerunt hec omnia et singula premissa prout suprascribuntur et recitantur, sub Anno domini Regnique Regie Maiestatis mense die et loco predictis presentibus tunc ibidem venerabilibus viris domino Johanne Lambe milite et legum doctore [illegible] et Thoma [illegible] legum etiam doctore [illegible] Curie Advocatorum testibus ad premissa vocatis audiendum et testificandum vocatis specialiter et requisitis.

Et ego Savilus Wade [illegible] Dioc. publicus [illegible] auctoritate Regia notarius Quia premissis omnibus et singulis premissis dum sic (ut premittitur) sub Anno Domini Regnique Regie maiestatis mense die et loco predictis agebantur et fiebant, unacum prenominatis testibus, presens personaliter interfui eaque omnia et singula sub modo et forma premissis fieri scivi et vidi, sciui et audivi atque in notam sumpsi Ideo hoc presens publicum Instrumentum manu mea propria fideliter scriptum exinde confeci et in hanc publicam et autenticam formam redegi signoque nomine cognomine et subscriptione meis solitis et consuetis signavi et subscripsi in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus ad id specialiter et requisitus

Per me Sacvilum Wade notarium publicum [illegible]

Secunda Schedula

In Dei nomine Amen: Nos Nathanael Brent miles et legum doctor Reverendissimi in Christo patris et Domini Domini Guilielmi providentia divina Cant. Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani Vicarius in spiritualibus generalis et Officialis principalis necnon Commissarius inter alios ad infrascripta sufficienter et legitime deputatus et constitutus in negotio Confirmationis electionis de persona venerabilis et Reverendi viri Rogeri Mainwaring Sacre Theologie professoris et Decani Ecclesie Cathedralis Wigorn in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis Menevensis electi, facta rite et legitime procedentes Omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere, excipere vel opponere voluerint, ad comparendum coram nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam simul in debita iuris forma dicturos excepturos vel opposituros alias termino peremptorie citatos saepius publice preconizatos diuque et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes nec contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam huiusmodi aliquid dicentes excipientes vel opponentes, ad petitionem procuratoris Decani et Capituli Ecclesie Cathedralis Menevensis pronunciamus contumaces et in penam contumaciarum suarum huiusmodi decernimus procedendum fore ad prolationem Sententie nostre diffinitive sive finalis decreti in huiusmodi negotio ferendi ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante

Lecta fuit huiusmodi schedula per prefatum venerabilem virum Dominum Nathanaelem Brent militem die hora et loco ut antedictum est

Sententia diffinitiva

In Dei nomine Amen: Auditis visis et intellectis ac plenarie et mature discussis per nos Nathanaelem Brent militem et legum doctorem Reverendissimi in Christo patris et Domini Domini Guilielmi providentia divina Cantuar. Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani Vicarium in spiritualibus generalem et Officialem principalem necnon Commissarium inter alios ad infrascripta sufficienter et legitime deputatum et constitutum meritis et circumstantiis cuiusdam cause sive negotii Confirmationis electionis de persona venerabilis et Reverendi viri Rogeri Mainwaring Sacre Theologie professoris et Ecclesie Cathedralis Wigorn Decani in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis Menevensis electi facta rite et legitime Quod coram nobis in Judicio aliquandiu vertebatur et pendebat indecisum et adhuc pendet indecisum rimatoque primitus per nos toto et integro processu coram Nobis in dicto Confirmationis negotio habito et facto atque diligenter recensito servatisque per nos de jure et statutis huius Regni Anglie in ea parte servandis ad prolationem sententie diffinitive sive finalis decreti prolationem in huiusmodi negotio ferendi sic duximus procedendum fore et procedimus in hunc qui sequitur modum Quia per acta inactitata deducta allegata proposita exhibita confessata et probata coram Nobis in huiusmodi Confirmationis negotio comperimus et luculenter invenimus Electionem predictam per Decanum et Capitulum Ecclesie Cathedralis Menevensis predicte de prefato venerabili et Reverendo viro Rogero Mainwaring Electo huiusmodi viro utique provido et discreto vita et moribus merito commendato literarum scientia predito atque in etate legitima et ordine sacerdotali constituto rite et legitime fuisse et esse factam et celebratam nihilque eidem venerabili et Reverendo viro Electo huiusmodi de Institutis canonicis obviasse aut obviare quominus in Episcopum Menevensem auctoritate dicti Reverendissimi patris merito debeat confirmari [illegible] Nos Nathanael Brent miles et legum doctor Vicarius in spiritualibus generalis ac Commissarius et Judex antedictus sic (ut prefertur) specialiter et legitime deputatus et constitutus Attentis premissis et aliis actitatis coram nobis factis quibus prenominatus Electus Episcopus Menevensis fide dignorum commendatur testimonio Christi nomine primitus invocato ac ipsum solum Deum oculis nostris preponentes et habentes de et cum Consilio Jurisperitorum cum quibus in hac parte communicavimus Prenominatam electionem de eodem venerabili et Reverendo viro Rogero Mainwaring factam et celebratam auctoritate qua fungimur confirmamus defectusque quoscunque in dicto Confirmationis negotio intervenientes (si qui forsan sint) quantum in nobis est et de jure possumus supplentes et supplemus Ipsumque Dominum Electum et confirmatum consecrandum et benedicendum fore decernimus Curamque regimen et administrationem spiritualium dicti Episcopatus Menevensis eidem Domino Electo et confirmato committimus Ac ipsum in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Menevensis Juriumque dignitatum honorum preeminentiarum et pertinentium suorum universorum inducendum et intronizandum fore per Archidiaconum Cant. eiusve deputatum necnon Decanum Ecclesie Cathedralis Menevensis predicte et consuetudinibus (legibus et statutis huius Regni Anglie non repugnantibus)

Hanc

etiam determinamus et declaramus per hanc nostram sententiam diffinitivam sive hoc nostrum finale decretum quam sive quod ferimus et promulgamus in hiis scriptis.

Lecta fuit huiusmodi sententia per prefatum venerabilem virum dominum Nathanaelem Brent militem die Veneris vicesimo sexto viz. die mensis Februarii Anno Domini iuxta etc 1634. In Ecclesia parochiali beate Marie virginis de Arcubus London, inter horas nonam et undecimam ante meridiem eiusdem diei ad petitionem magistri Jacobi Jarland senioris, procuratoris Decani et Capituli Ecclesie Cathedralis Menevensis In presentia mei Caroli Wade notarii publici etc Super quibus etc requisivit me etc testesque etc presentibus tunc et ibidem testibus in actis mentionatis etc.

Die Dominico vicesimo octavo viz. die mensis Februarii Anno Domini (iuxta computationem Ecclesie Anglicane) Millesimo sexcentesimo tricesimo quinto, et Translationis Reverendissimi in Christo patris et Domini, Domini Guilielmi providentia divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani Anno tertio. In Capella dicti Reverendissimi patris infra Manerium suum de Lambeth in Comitatu Surrie etc situat. Idem Reverendissimus pater vigore et auctoritate literarum Commissionalium Serenissimi in Christo principis et Domini nostri Domini Caroli Dei gratia Anglie, Scotie, Francie et Hibernie Regis fidei defensoris etc sibi in hac parte directarum etc Assistentibus sibi Reverendis in Christo patribus Dominis Guilielmo London, Theophilo Herefordensi, Francisco Elien et Guilielmo Landaven respective Episcopis, munus Consecrationis venerabili et Reverendo viro Rogero Mainwaring sacre theologie professori decano Ecclesie Cathedralis Wigorn in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis Menevensis electo et confirmato (prestito primitus per eundem dominum electum et confirmatum Juramento tam de agnoscendo Regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus ac de renunciando, refutando et recusando omni et omnimode Jurisdictioni, potestati, auctoritati et superioritati forinsecis iuxta vim, formam et effectum statuti Parliamenti huius inclyti Regni Anglie in ea parte editi et provisi, necnon de obedientia debita prenominato Reverendissimo patri domino Archiepiscopo Cantuariensi et Ecclesie Metropolitice Christi Cantuariensis adhibenda quam de simonia non commissa pro vel de procuratione sive acquisitione Episcopatus Menevensis predicti iuxta Canonem in ea parte editum etc adhibitisque ritibus et Ceremoniis de iure prodiens Ecclesie Anglicane adhibendis) iuxta formam descriptam in libro intitulat. The forme and manner of making and consecrating Bishops Preists and Deacons etc impendebat In presentia mei Caroli Wade notarii publici etc presentibus tunc et ibidem excellentissimo in Christo principe Carolo Lodovico Dei gratia principe Electore Archidapifero et Vicario sacrosancti Romani Imperii Comite Palatino, Duce Bavarie et Preclari ordinis Georgiani equite, et Principe Ruperto fratre eius, necnon honorabilibus viris Domino Thoma Coventry milite Dominoque Custode magni sigilli Anglie necnon venerabilibus viris Domino Nathanaele Brent milite et legum Doctore predicti Reverendissimi patris Vicario in spiritualibus generali et Officiali principali, Domino Johanne Lambe milite et legum Doctore, alme Curie Cantuariensis de Arcubus London Officiali et Domino Carolo Caesar milite et legum Doctore Curie Audientie Cantuariensis Causarum et negotiorum Auditore Ac magistris Adamo Torlesse et Willelmo Sherman Armigeris, Johanne Holt generoso Apparitore generali predicti Reverendissimi patris, Thoma Wilson et Richardo Baker notariis publicis cum multis aliis in numero copioso congregatis testibus etc.

Actus Consecrationis

Guilielmus providentia divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus ad infrascripta auctoritate Parliamenti huius inclyti Regni Anglie (mediantibus literis Commissionalibus Serenissimi in Christo principis et Domini nostri Domini Caroli Dei gratia Anglie, Scotie, Francie et Hibernie Regis fidei defensoris etc) sufficienter et legitime fulcit. Venerabili viro Willelmo Kingsley sacre Theologie professori Archidiacono nostro Cantuariensi in Ecclesia nostra Cathedrali et Metropolitica Christi Cantuariensis Salutem et gratiam. Cum vacante nuper sede Episcopali Menevensi per Translationem Reverendi in Christo patris Domini Theophili Field ultimi Episcopi et Pastoris ibidem ad Episcopatum Herefordensem Decanus et Capitulum Ecclesie Cathedralis Menevensis (licentia Regia prius in ea parte petita et obtenta) venerabilem et Reverendum virum Rogerum Mainwaring sacre theologie professorem decanum Ecclesie Cathedralis Wigorn in eorum et dicte Ecclesie Cathedralis Menevensis Episcopum et Pastorem elegerunt et Ecclesie Cathedrali predicte de eodem providerunt Quam quidem electionem et personam sic electam (servatis de iure et statutis huius Regni Anglie in ea parte servandis) Nos Guilielmus Archiepiscopus antedictus auctoritate qua fungimur confirmavimus eidemque Confirmato Curam regimen et administrationem spiritualium dicti Episcopatus Menevensis commisimus, necnon consequenter munus Consecrationis (adhibitis ritibus et Ceremoniis de more Ecclesie Anglicane adhibendis) eidem Domino electo et confirmato impendimus, Ipsumque Dominum electum, confirmatum et consecratum seu procuratorem suum legitimum eius nomine ac pro eo in realem, actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Menevensis Juriumque dignitatum, honorum, preeminentiarum et pertinentium suorum universorum, inducend. installand. et intronizand. fore decrevimus iustitia mediante; Tibi igitur

Mandatum ad intronizandum Episcopum

igitur firmiter precipiendo mandamus quatenus prefatum Reverendum patrem dominum Rogerum Mainwaringe electum, confirmatum et consecratum seu procuratorem suum literatum eius nomine ac pro eo in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Meneven Iuriumque dignitatum, honorum, preeminentiarum et pertinentiarum suorum universorum inducas, installes et intronizes seu sic induci, installari et intronizari facias cum effectu Cathedramque sive sedem Episcopalem in Ecclesia Cathedrali Meneven predict' Episcopo ibidem assignari solit' et consuet' sibi (ut moris est) assignes et eum in nomine Domini nostri Jesu Christi inponas seu inponi facias prout decet Iuribus et consuetudinibus nostris Archiepiscopalibus Cant' et Ecclesie nostre Cathedralis et Metropoliticae Christi Cant' predict' dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis. In cuius rei Testimonium Sigillum (quo in hac parte utimur) presentibus apponi fecimus. Dat' vicesimo octavo die mensis ffebruarii Anno Domini (iuxta Computationem Ecclesie Anglicane) Millesimo sexcentesimo tricesimo quinto, et nostre Translationis Anno tertio.

Inductio Dni Epi

Secundo die mensis Martii Anno Domini iuxta &c 1635 emanavit Inductio vigore mandati supradicti magistris Roberto Rudd sacre Theologie Baccalaureo Archidiacono Meneven, Morgano Owen et Jonathan ffield in Artibus respective magistris Canonicis Ecclesie Cathedralis Meneven con.ᵗᵉʳ et div.ᵗᵉʳ &c ad inducendum et intronizandum predictum Reverendum patrem &c.

Advocatio Archidiaconatus Meneven

Tricesimo die mensis Aprilis Anno Domini 1636 per Reverendum in Christo patrem dominum Rogerum Mainwaringe Episcopum Meneven Concessa fuit Advocatio Archidiaconatus sive dignitatis Archidiaconalis Meneven in Ecclesia Cathedrali Meneven fundat' Reverendissimo in Christo patri domino Gulielmo Archiepiscopo Cantuar' &c in omnibus (mutatis mutandis) ut in Advocatione per dominum Mattheum Wren Norwicen Episcopum de Archidiaconatu Norff' fact'.

Herefforden:

Acta habita et facta in negotio Confirmationis electionis de persona Reverendi in Christo patris domini Georgii Coke sacre Theologie professoris Bristollen Episcopi in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis Hereforden electi, die Sabbathi secundo viz.ᵗ die mensis Julii Anno Domini Millesimo sexcentesimo tricesimo sexto, Regnique Serenissimi in Christo Principis et domini nostri domini Caroli Dei gratia Anglie, Scotie, ffrancie et Hibernie Regis fidei defensoris &c Anno duodecimo, In Ecclesia parochiali beate Marie virginis de Arcubus London Ecclesie Cathedralis et Metropoliticae Christi Cant' Iurisdictionis immediate, inter horas decimam et duodecimam ante meridiem eiusdem diei, Coram venerabili viro magistro Arthuro Duck legum doctore, Reverendi in Christo patris domini Gulielmi London Episcopi Vicario in spiritualibus generali necnon Rev.ᵐⁱ in Christo patris ac domini domini Gulielmi providentia divina Cant' Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani Commissario inter alios ad infrascripta con.ᵗᵉʳ et div.ᵗᵉʳ speciali et legitime deputato et constituto In presentia Petri Ward notarii publici specialiter assumpti.

Actus Confirmationis

Dictis die et loco atque inter horas predictas, presentatis coram prefato venerabili viro magistro Arthuro Duck legum doctore ac Commissario &c Iudicialiter et pro Tribunali sedente literis patentibus Regiis &c necnon literis Commissionalibus dicti Rev.ᵐⁱ patris eidem venerabili viro et aliis con.ᵗᵉʳ et div.ᵗᵉʳ in hac parte factis, Quibus quidem literis patentibus Regiis et Commissionalibus Rev.ᵐⁱ &c per dictum notarium publicum publice lectis Idem venerabilis vir magister Arthurus Duck ob honorem et reverentiam dicti domini nostri Regis et memorati Rev.ᵐⁱ patris acceptavit in se onus executionis dictarum literarum patentium et Commissionalium et decrevit procedend' fore iuxta tenorem, vim, formam et effectum earundem. Deinde Comparuit personaliter magister Georgius Cole notarius publicus alterque Curie Cant' de Arcubus London procuratorum generalium unus et exhibuit procuratorium suum valorem pro venerabilibus viris decano et Capitulo Ecclesie Cathedralis Hereforden Sigillo eorum communi (ut apparuit) sub cera rubra sigillat' et fecit se partem pro eisdem ac nomine procuratorio eorundem presentavit eidem venerabili viro magistro Arthuro Duck Reverendum in Christo patrem dominum Georgium Coke sacre Theologie professorem Bristollen Episcopum in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis Hereforden electum et ipsum e regione Confirmantis sistebat, Ulterius dictus magister Cole exhibuit mandatum originale ad citandum oppositores in huiusmodi negotio emanat' unacum certificatorio in dorso super executione eiusdem et petiit omnes et singulos oppositores huiusmodi publice preconizari Quibus tunc et ibidem publice trina vice preconizatis et nullo modo comparentibus &c Prefatus magister Cole accusavit contumaciam omnium et singulorum oppositorum huiusmodi sic (ut prefertur) ad hos diem horam et locum citat' et intimat' &c modo predicto preconizat' et nullo modo comparentium nec aliquid in hac parte dicentium, excipientium vel opponentium causam et petiit eos reputari contumaces et in penam contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi in huiusmodi causa sive negotio eos et eorum quemlibet preclusit &c Ad cuius petitionem dictus magr Arthurus Ducke pronunciavit eos omnes et singulos sic citatos, intimat, preconizat et nullo modo comparen nec aliquid in hac parte dicere, excipere vel opponere curan contumaces et in penam contumaciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam eis et eorum cuilibet preclusit, necnon ad ulteriora in dicto Confirmationis negotio procedendum fore decrevit, ipsorum sic citatorum et non comparen absentia sive contumacia in aliquo non obstan prout in schedula per eum tunc lecta continetur. Quibus sic gestis prefatus magr Georgius Cole in penam contumaciarum eorundem citatorum et non comparen dedit summariam petitionem in scriptis quam petiit admitti &c Qua quidem summaria petitione per notarium publicum antedictum de mandato dicti magri Arthuri Ducke publice lecta, idem magr Arthurus Ducke admisit dictam summariam petitionem quatenus de iure &c et decrevit procedend fore summarie et de plano &c et assignavit dicto magro Cole terminum ad probandum eandem summariam petitionem ad statim. Et tunc dictus magr Cole in subsidium probationis contentorum in dicta summaria petitione exhibuit literas paten Regias de assensu suo Regio superius mentionat, per quas apparuit memorat Decanum et Capitulum Ecclie Cathis Hereforden predict prenominatum Reverendum patrem in eorum et dce Ecclie Cathis Hereforden Epum et Pastorem elegisse Regiamque maiestatem eidem electioni assensum suum Regium adhibuisse. Exhibuit etiam binas literas Certificatorias unam eorum dicto Revmo in Christo patri Dno Archiepo Cant alteramque dno Reverendo patri Electo huiusmodi de et super electione sua in Epum et Pastorem Ecclie Cathis Hereforden predict Sigillo communi eorundem Decani et Capituli (ut apparuit) sub cera rubea sigillat Ac etiam Instrumentum publicum super consensu prefati dni Electi eidem Electioni adhibito et allegavit omnia et singula in dictis respective exhibitis contenta fuisse et esse vera, ac habita et gesta prout in eisdem respective continetur petendo terminum sibi assignari ad audiend Sententiam sive finale decretum in hac causa Ad cuius petitionem prefatus venerabilis vir magr Arthurus Ducke in penam &c assignavit ad audiend Sententiam ad statim Consequenter vero facta alia publica trina-bili preconizatione omnium et singulorum oppositorum huiusmodi sic (ut prefertur) citat et intimat &c et nullo modo comparen nec aliquid in hac parte opponere curan dictus venerabilis vir magr Arthurus Ducke ad petitionem dicti magri Cole ut supra accusantis eorum contumacias et petentis &c pronunciavit eos et eorum quemlibet contumaces et in penam contumaciarum suarum huiusmodi ad petitionem dicti magri Cole decrevit procedendum fore ad prolationem Sententie diffinitive in huiusmodi causa sive negotio confirmationis faciend, ipsorum sic citatorum et non comparen absentia sive contumacia in aliquo non obstan prout in alia schedula per eundem venerabilem virum magrum Arthurum Ducke lecta continetur. Hijs expeditis prestitoque Iuramento per prefatum Reverendum patrem Dnum electum antedictum ad sancta Dei Evangelia per eum corporaliter tacta et deosculata tam de agnoscendo Regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus ac de renunciando, refutando et recusando omni et omnimode Iurisdictioni, potestati, auctoritati et superioritati forancis iuxta vim formam et effectum statuti Parliamenti huius inclyti Regni Anglie in ea parte edit et provisi, necnon de Simonia et Canonica obedientia prenominato Revmo patri et Dno Dno Guilielmo Archiepo Cantuar ac Ecclie Cathis et Metropolis Christi Cant et successoribus suis quam de simonia non commissa pro vel de procuratione sive acquisitione Epatus Hereforden pred iuxta Canonem in ea parte editum &c Prefatus venerabilis vir magr Arthurus Ducke ad petitionem prefati magri Cole porrigentis Sententiam et petentis eandem ferri et iusticiam fieri pro parte sua legit tulit et promulgavit Sententiam sive finale decretum in dicto Confirmationis negotio in scriptis concept pronunciando, decernendo, declarando, confirmando supplendo ceteraque faciendo prout in eadem Sententia continetur. Super quibus omnibus et singulis tam dictus Reverendus pater Dnus Electus quam memoratus magr Cole procurator Decani et Capli predict notarium publicum antedictum sibi unum vel plura publicum seu publica Instrumentum sive Instrumenta conficere ac testes inferius notatos testimonium inde perhibere instanter rogarunt et requisiverunt. Postremo vero dictus venerabilis vir magr Arthurus Ducke tam ad petitionem dicti Reverendi patris Dni electi et confirmati quam memorati magri Cole procuratoris Decani et Capituli predict decrevit eis literas testimoniales super omnibus et singulis premissis sub modo et forma superius specificatis, gestis et expeditis fieri et expediri. Presentibus tunc et ibm Stephano Boughton Clico in Artibus magro, Johanne Wilson Clico, Edwardo Waller generoso, Phillippo Stretthay, Symon Draper, Thoma Pepyam notario publico Secretario dni Epi electi et confirmati, Willimo Fisher, Francisco Heath, Radulpho Benson et Georgio Caw notarijs publicis respective ac multis alijs in numero copioso congregatis testibus &c Deinde post negotium huiusmodi Confirmationis expeditum Idem dnus Epus sicut prefertur) in Epatum Hereforden confirmatus, virtute Inhibitionis nostre prefati Revmi patris Dni Guilielmi Cant Archiepi &c in scriptis concepta Sigilloque Vicarij sui in spiritualibus generalis sigillata ac manu propria venlis viri magri Arthuri Ducke Commissarij antdi signata et dicto Dno Epo ostens in Ecclia beatæ Mariæ virginis de Arcubus prod ante recessum suum ab eadem inhibitus fuit, ne aliquam Jurisdictionem exercerat intra Dioc suam Herforden pendente ibm Visitatione Metropolitica pronunciat Rmi pris Dni Archiepi Cant ex parte sui vel Officiarios suos quoscunq exercere seu exerceri faceret sub pœna contemptus./

Tenores vero tam Lrarum patentium Regiæ Matis quam totius processus in dco Confirmationis negotio habit et fact ac superius mentionat sequuntur et sunt tales viz:/

Litera Patentes Regiæ./ **Carolus** Dei gra Angliæ, Scotiæ, Franciæ et Hibniæ Rex fidei defensor &c Reverendissimo in Xpo pri ac prædilecto et perquam fideli Consiliario nro Dno Guilielmo providen Dia Cant Archiepo totius Angliæ Primati et Metropolitano, ac aliis quibuscunq Epis quorum in hac parte interest Salutem. **Cum** vacante nuper Sede Epali Herforden per mortem naturalem ultimi Epi ibm ad humilem petitionem Decani et Capituli eiusdem Ecclie Cathlis prod per Lras nras paten licentiam nram illis concessimus alium sibi eligendi in Epum et Pastorem Sedis prod Jidem Decanus et Capitulum vigore et obtentu licentiæ nræ prædict Dilectum nobis in Xpo Georgium Coke sacræ Theologiæ professorem nuper Bristolien Epum sibi et Ecclie prædictæ elegerunt in Epum et Pastorem prout per Lras suas sigillo eorum commun sigillat nobis inde direct plenius liquet et apparet Nos electionem illam acceptantes eidem electioni Regium nrum assensum adhibuimus pariter et favorem et hoc vobis tenore pntium significamus Rogantes ac in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter præcipiendo mandantes quatenus vos eundem Georgium Coke in Epum et Pastorem Ecclie Cathlis et Sedis prædict confirmare Cæteraq omnia et singula peragere et perimplere quæ vro in hac parte Pastorali incumbunt Officio iuxta formam Statutorum et legum Regni nri Angliæ in hac parte edit et provis velitis cum diligentia, favore et effectu. In cuius rei Testimonium has Lras nras fieri fecimus Patentes Teste me ipso apud Banbury vicesimo octavo die Junij Anno Regni nri duodecimo./

Comissio Reverendissimi **Guilielmus** providen Divina Cantuar Archiepus totius Angliæ Primas et Metropolitanus Dilecto nobis in Xpo venlibus viro Dno Nathanaeli Brent militi legum Doctori Vicario nro in spualibus gnali et Officiali principali aut eo absente vel impedito venlibus viris Dno Johanni Lambe militi legum Dori decano Curiæ nræ Cant de Arcubus London Officiali principali Arthuro Ducke legum Doctori Reverendi in Xpo pris et venlis Confratris nri Dni Guilielmi London Epi Vicario in spualibus gnali Guilielmo Sames et Guilielmo Clerke legum etiam respective Doribus Salutem et gratiam. **Cum** Lras Patentes Serenissimi in Xpo principis et Dni nri Dni Caroli Dei gra Angliæ, Scotiæ, Franciæ et Hibniæ Regis fidei defensoris &c sigillo suo magno Angliæ sigillatas gerentes datum apud Banbury vicesimo octavo die mensis Junij Anno Regni sui felicissimi duodecimo, recepimus in quibus inter alia nobis præceptum est ut electionem Reverendi in Xpo pris Dni Georgij Coke permissione Divina Bristolien Epi ad Epatum Herforden confirmaremus, Nos cum ea qua decuit reverentia volentes mandato Regio in ea parte humiliter satisfacere Ad examinand igr discutiend, approband et confirmand dcam electionem de persona præfati Reverendi pris Dni Georgij Coke Bristolien Epi factam et celebratam Ipsamq electionem et personam sic electam secundum Juris et statutorum huius Regni Angliæ exigentiam ac iuxta tenorem, formam et effectum mandati Regij prædci Nobis in ea parte (ut præfertur) facti et directi, quatus eandem electionem rite et Rime factam et celebratam fuisse et esse, Vobis contim et divim constiterit, approband et comproband defectusq (si qui forsan in ea parte intervenerint) rite et Rime supplendum Cæteraq omnia et singula faciend, exercend et expediend quæ in hac parte necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, Vobis contim et divim committimus vices nras ac plenam in Dno tenore pntium concedimus potestatem Juribus nris Archiepalibus Cant ecclesiæ emolumentis Nobis ac Officiarijs et ministris nris in hac parte competentibus semper saluis et reservatis. In cuius rei Testimonium sigillum (quo in hac parte utimur) pntibus apponi fecimus Dat ultimo die mensis Junij Anno Dni Millesimo sexcentesimo tricesimo sexto Et nræ Translationis Anno tertio./

Procuratorium Decani et Capituli./ **Pateat** universis per pntes Quod nos Jonathan Browne legum Doctor Ecclie Cathlis Herforden Decanus et eiusdem Ecclie Capitulum in Domo nra Capitulari capitulariter congregat et Capitulum ibm facientes Dilectos nobis in Xpo Stephanum Boughton Clericum Artium magistrum necnon Thomam Pepyam et Georgium Cole notarios publicos con^tes et eorum quemlibet per se divisim et in solidum ita quod non sit melior Conditio occupan nec deterior subsequen sed quod unus eorum inceperit id quilibet eorundem libere prosequi valeat mediare pariter et finire, nros veros certos et ltimos procuratores, actores, factores, negotiorumque nrorum gestores et nuncios speciales ad infrascripta nominamus, ordinamus, facimus et constituimus per pntes, Dantes et concedentes eisdem procuratoribus nris con^tes et eorum cuilibet per se divim et in solidum potestatem generalem et mandatum speciale nobis, nominibus nris ac dce Ecclie Cathis Herefordensis, electionem de persona Reverendi in xpo patris et Dni, Dni Georgij Coke nuper Bristoll Epi factam et celebratam ac ipsius formam modum et processum eidem electo reale pntand et notificandi eumque instanter rogandi et inquirendi quatus eandem electionem de se et persona sua (ut premittitur) fact et celebrat suum consensum et assensum prestet atque probat Et hmoi electionem modumque et formam eiusdem Illustrissimo in xpo Principi et Dno nro Dno Carolo dei gra Anglie Scotie ffrancie et Hibnie Regi fidei defensori &c dce Ecclie Cathis fundatori et patrono dignissimo presentandi Ipsamque Regiam Maiestatem quatus hmoi Electioni suum regalem consensum et assensum impendere ac Reverendissimo in xpo patri et Dno, Dno Guilielmo providen dia Cant Archiepo totius Anglie Primati et Metropolitano cuius sit geren vicesque de et super Confirmacone electionis hmoi fiend rescribere dignaretur supplicand et obtinend Necnon electionem hmoi modumque et formam eiusdem eidem Rmo patri etiam pntand Ceteraque faciend exercend et expediend que natura et qualitas dicte electionis negotij in et de se exigunt et requirunt. In cuius rei Testimonium Sigillum nrum commune pntibus apponi fecimus Dat' in domo nra Capitulari decimo octavo die mensis Junij Anno Dni Millimo sexcentesimo tricesimo sexto./

Guilielmus providen dia Cantuar Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus Universis et singulis Clericis et Laicis quibuscunque per provinciam nram Cantuar ubilibet constitutis Salutem et gram. Cum vacan nuper Sede Epali Herefordensis per obitum bone memorie Dni Theophili ffield ultimi Epi et Pastoris ibm Decanus et Capitulum Ecclie Cathis Herefordensis pro electione novi et futuri Epi ibm (licentia Regia prius in ea parte petita et obtenta) venerabilem Confratrem nrum Dnum Georgium Coke sacre Theologie professorem Bristollen Epum in eorum et dce Ecclie Cathis Herefordensis predict Epum et Pastorem elegerint Cumque Serenissimus in xpo Princeps et Dns nr Dns Carolus dei gra Anglie Scotie ffrancie et Hibnie Rex fidei defensor &c ad humilem petitionem eorundem decani et Capituli eidem electioni de persona prenominati Reverendi patris Dni Electi facte et celebrate Regium suum adhibuerit assensum pariter et favorem prout per literas suas patentes Regias magno suo Sigillo Anglie sigillatas Nobis significaverit, Mandando quatus Nos electionem predictam et personam electam confirmare iuxta formam statuti in ea parte editi et provisi, velimus cum omni celeritate accommoda, prout per easdem literas patentes Regias ad quas habeatur relatio plenius liquet et apparet; Nos vero volentes eiusdem Dni nri Regis mandatis pro officij nri debito parere ac in hmoi Confirmacois negotio iuxta Juris et Statutorum huius Regni Anglie exigen procedere Omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam in hac parte dicere, excipere vel opponere voluerint ad diem, horas, locum et effectum infrascript monendos et citandos fore decrevimus, iustitia mediante Nobis igitur con^tes et divim committimus ac firmiter iniungendo mandamus quatus citetis seu citari faciatis peremptorie affigique et intelligibili voce intra Ecclesiam parochialem beate Marie virginis de Arcubus London nre et Ecclie nre Cathis et Metropolitice Christi Cant Jurisdictionis immediate necnon per affixionem pntium in aliquo loco conspicuo intra eandem Ecclesiam parochialem vel in aliquo locis publicis ubi videbitur expediens, omnes et singulos oppositores (si qui sint) in specie aliquin in genere qui contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint Quod compareant et eorum quilibet compareat coram nobis aut Vicario nro in spualibus generali et Officiali principali vel Comissarijs nris aut eorum aliquo in hac parte quocunque in eadem Ecclia parochiali beate Marie virginis de Arcubus London die Sabbathi secundo viz' die mensis July iam prox futuri inter horas decimam et duodecimam ante meridiem eiusdem diei cum continuacone et prorogatione dierum extunc sequen et loci (si oporteat) in ea parte fiend contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam (si sua putaverint interesse) in debita iuris forma dictur, excepturi et oppositur Ulteriusque facturi et recepturi quod iustum fuerit in hac parte et dicti negotij qualitas et natura de se exigunt et requirunt Intimetis preterea modo et forma precedentibus, omnibus et singulis oppositoribus (si qui sint) in specie aliquin in genere quibus nos etiam harum serie sic intimamus, quod sive ipsi sic citati dictis die hora et loco coram nobis aut Vicario nro in spualibus generali vel Comissario nro predicto comparuerint et contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam hmoi dicere excipere vel opponere voluerint sive non, Nos nihilominus in dicto Confirmacois negotio iuxta iuris et Statutorum huius

Regni

Citatio contra omnes oppositores/

celebranda eorum terminum prefixerint et assignaverint et in hmoi electionis negotio termino ad id statuto rite procedentes [illegible] in xpo [illegible]

Regni Angliæ exigentiam procedemus et procedere intendimus seu sic procedere intendit Vicarius nr in spualibus gnalis vel Comissarius predictus, ipsorum sic citatorum et non comparen absentia sive contumacia in aliquo non obstante Et quidem premissis feceritis nos aut Vicarium nrum in spualibus gnalem aut eorum vel Comissarium nrum hmoi debite et autentice Certificetis seu sic certificet ille vrum qui presens nrum mandatum fuerit executus Dat vicesimo nono die mensis Junij Anno Dni Millesimo sexcentesimo tricesimo sexto Et nre Transl Anno tertio. /

Certificatorium super executione Citationis predict. /

Reverendissimo in xpo patri et Dno Dno Guilielmo providen Dia Cantuarien Archiepo totius Angliæ Primati et Metropono vrove Vicario in spualibus gnali et Officiali princi aut Comissario cuicunq in hac parte spiali deputato Vester humilis et devotus Simon Ponsonby Clericus vir ad infrascripta mandatarius ltime constitutus omnimodas obiam et reverentiam tanto Rmo patri debit et condignas cum honore Mandatum vrum Reverendissimum prescript nuper cum ea qua decuit reverentia humilit recepi exequendum Cuius vigore pariter et autate omnes et singulos oppositores (si qui sint) tam in specie quam in genere qui contra prenominatam electionem formam eiusdem aut personam electam dicere excipere vel opponere voluerint tam per affixionem eiusdem mandati vri in valvis exterioribus Ecclie parochlis beatæ Mariæ virginis de Arcubus London prescript et ibidem aliquandiu dimiss quam per publicationem eiusdem in ecclia parochli prad ultimo die mensis Junij ult preterit in Anno Dni 1636 iam currente peremptorie citavi Quod compareant et eorum quilt compareret coram vobis die hoc et loco in hmoi vro Rmo mandato content et specificat contra prenominat electionem formam eiusdem aut personam electam hmoi (si sua putaverint interesse) in debita iuris forma dictur excepturus vel oppositur Ulteriusq facturus et recepturus quod tenor et effectus dci vri Reverendissimi mandati de se exigunt et requirunt Et preterea eisdem die et loco antedictis oppositoribus sic (ut prefertur) citatis intimavi in omnibus iuxta vim formam et effectum eiusdem vri mandati Et sic ego mandatarius vester antedictus Mandatum vrum Reverendissimum prescript hmoi quantum in me fuit debite et diligenter sum executus. In cuius rei Testimonium Sigillum venerabilis viri Decani sive Comissarij Decanatus de Shoreham et Croydon presentibus apponi procuravi Et nos Decanus sive Comissarius antedictus ad specialem rogatum dicti Certificantis Sigillum nrum hmoi presentibus apponi fecimus Dat primo die mensis July Anno Dni Millesimo sexcentesimo tricesimo sexto. /

Prima Schedula.

In Dei nomine Amen: Nos Arthurus Ducke legum doctor Reverendi in xpo patris Dni Guilielmi permissione divina London Epi Vicarius in spualibus gnalis et Officialis principalis, necnon Reverendissimi in xpo patris et Dni Dni Guilielmi providen Dia Cant Archiepi totius Angliæ Primatis et Metropoln Comissarius inter alios ad infrascripta comm et dictm spialr et ltime deputatus et constitutus, In negotio Confirmationis electionis de persona Reverendi in xpo patris Dni Georgij Coke permissione divina Bristollen Epi in Epum et Pastorem Ecclie Cathlis Herefordensis electi, facte et celebrate rite et ltime procedentes Omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dcam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint ad comparend coram nobis istis die hoc et loco (si sua putaverint interesse) contra dcam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam in debita Juris forma dicturos excepturos vel opposituros alias ltime et peremptorie citatos sepius publice preconizatos diuq et sufficienter expectatos et nullo modo comparen ad petitionem procuratoris Decani et Capituli Ecclie Cathlis Herefordensis prad pronuntiamus contumaces et in penam contumaciarum suarum hmoi dcam ulterius opponendi contra dcam electionem formam eiusdem aut personam electam hmoi eis et eorum cuilt precludimus in hijs scriptis Ac etiam decernimus ad ulteriora in dco Confirmationis negotio procedendum fore, iuxta iuris et statutorum huius Regni Angliæ exigentiam, ipsorum sic citatorum et non comparen absentia sive contumacia in aliquo non obstan

Lecta fuit hmoi schedula per prefatum venerabilem virum magrum Arthurum Ducke die hoc et loco in act mentionat. /

Sumaria Petitio. /

In Dei nomine Amen: Coram vobis Rmo in xpo patre et Dno Dno Guilielmo providen Dia Cant Archiepo totius Angliæ Primate et Metropono ad infrascripta auctate Parliamenti Angliæ (mediantibus lris Comissionalibus patentibus Serenissimi in xpo principis et Dni nri Dni Caroli Dei gra Angliæ Scotiæ ffranciæ et Hibniæ Regis fidei defensoris &c sufficienter et ltime fulcito, vrove Vicario in spualibus gnali et Officiali principali ltime constitut aut Comissarijs vris quibuscunq in hac parte spiale deputatis, coniunctim aliquo quorumq Pars venerabilium virorum Decani et Capitli Ecclie Cathlis Herefordensis dicit, allegat et in hijs scriptis ad omnem Juris effectum exinde sequi valen per viam summarie petitionis in Jure proponit Articulatim prout sequitur. /

1 **Inprimis** vizt. Quod Sedes Epalis Herefordensis per mortem naturalem Reverendi in Christo patris Dni Theophili ffeild nuper Epi vacavit, et vacat et aliquandiu vacavit Pastorisque solatio destituta extitit et existit in pnti. Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum Et ponit contim et divtim et de quolibet. /

2 **Item** Quod dicta Sede Epali Herefordensi predicta dudum (ut prefertur) vacante, dicti Decanus et Capitulum Capitulariter congregati et Capitulum facientes (licentia Regia prius in ea parte petita et obtenta) certum diem ac domum suam Capitularem Ecclie Cathedralis predicte pro electione novi et futuri Epi Herefordensis facienda et celebranda unanimiter et concorditer prefixerunt, ac omnes et singulos eiusdem Ecclie Cathedralis Canonicos et Prebendarios, vocem aut interesse in eadem electione habentes seu habere pretendentes, ad diem et locum predictos in huiusmodi electionis negotio processuros et procedi visuros legitime et peremptorie citari fecerunt. Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum, Et ponit ut supra. /

3 **Item** Quod prefati Decanus et Capitulum die et loco prefixis, decimo octavo vizt. die mensis Junii Anno Dni Millesimo sexcentesimo tricesimo sexto iam currente, Capitulariter congregati et Capitulum facientes (servatis primitus per eos de Jure et statutis huius Regni Anglie in ea parte servandis, habitoque per eos tractatu diligenti de persona idonea eligenda in Epum et Pastorem Ecclie Cathedralis predicte) tandem unanimiter et concorditer nullo eorum contradicente vel reclamante Reverendum in Christo patrem Dnum Georgium Coke Bristollen Epum in eorum et dicte Ecclie Cathedralis Herefordensis Epum et Pastorem elegerunt et Ecclie memorate de eodem providerunt Et ponit ut supra. /

4 **Item** Quod electio huiusmodi et persona electa die predicto in Ecclia Cathedrali Herefordensi predicta coram Clero et populo tunc ibidem in numero copioso congregatis debite publicate et declarate fuerunt Et ponit ut supra. /

5 **Item** Quod dictus Dnus electus huiusmodi electionem de persona sua in Epum et Pastorem Ecclie Cathedralis Herefordensis predicte (ut prefertur) factam et celebratam ad humilem petitionem partis eorundem Decani et Capituli debitis loco et tempore consentiebat ac consensum suum eidem prebuit in scriptis prout liquet Et ponit ut supra. /

6 **Item** Quod dictus Reverendus in Christo pater Dnus Georgius Coke Dnus Epus Herefordensis electus fuit et est vir providus et discretus, sacrarum literarum eminenti scientia, vita et moribus merito commendatus, liber et de legitimo matrimonio procreatus atque in etate legitima et ordine sacerdotali constitutus, necnon Deo devotus et Ecclie memorate apprime necessarius. Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum Et ponit ut supra. /

7 **Item** Quod prefati Decanus et Capitulum huiusmodi electionem et personam electam Serenissimo Dno nro Carolo Regi per literas suas patentes Sigillo eorum communi roboratas pro officii sui debito iuxta formam statuti huius Regni Anglie in ea parte editi et provisi significaverunt et intimaverunt Et ponit ut supra. /

8 **Item** Quod intimato ex parte dictorum Decani et Capituli eidem Regie sublimitati processu electionis huiusmodi Idem Serenissimus Dnus nr Rex pro sua clementia Regia electioni predicte de persona prenominati Reverendi in Christo patris Dni Georgii Coke (ut prefertur) facte et celebrate consensum et assensum suos Regios gratiose adhibuit et adhibet Illamque ratam et gratam habuit et habet. Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum Et ponit ut supra. /

Guilielmus providentia divina Cant Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus Universis et singulis Clericis et Laicis quibuscunq; per provinciam nram Cantuar' ubilibet constitutis Salutem et gratiam. **Cum** vacante nuper sede Epali Bristollen per Translationem Reverendi in Xpo patris Dni Georgij Coke ad Epatum Herefordn, Decanus et Capitulum Ecclie Cathed Bristollen pro electione novi et futuri Episcopi ibm (Licentia Regia prius in ea parte petita et obtenta) celebranda certum diem prefixerint et assignaverint et in huiusmodi Electionis negotio (termino ad id statuto) rite procedentes venerabilem virum Robertum Skynner sacre Theologie tunc Baccalaureum nunc Professorem in eorum et dicte Ecclie Cathedis Bristollen predict' Epum et Pastorem elegerint Cumq; Serenissimus in Xpo Princeps et Dnus nr Dnus Carolus Dei gratia Anglie, Scotie, ffrancie et Hibernie Rex fidei defensor etc ad humilem petitionem eorundem Decani et Capituli eidem Electioni de persona prefati venerabilis viri Dni Electi facte et celebrate Regium suum adhibuerit assensum pariter et favorem prout per Literas suas patentes Regias magno suo sigillo Anglie sigillatas Nobis significaverit, Mandando quatenus Nos Electionem predictam et personam electam confirmare iuxta formam Statut' in ea parte edit' et provisi velimus cum omni celeritate accomoda, prout per easdem Literas patentes Regias ad quas habeatur relatio plenius liquet et apparet, Nos vero volentes eiusdem Dni nri Regis Mandatis pro Officij nri debito parere ac in huiusmodi Confirmationis negotio iuxta Juris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam procedere Omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere, excipere vel opponere voluerint ad dictum locum et effectum infrascript' monend et citand fore decrevimus iustitia mediante; Vobis igitur coniunctim et divisim committimus ac firmiter iniungendo mandamus quatenus citetis seu citari faciatis altaq; et intelligibili voce intra Ecclesiam parochialem beate Marie Virginis de Arcubus London nri et Ecclie nre Cathedis et Metropolis Christi Cant Jurisdictionis immediate, necnon per affixionem presentium in aliquo loco conspicuo intra eandem Ecclesiam parochialem vel in alijs locis publicis ubi videbitur expedire omnes et singulos oppositores (si qui sint) in specie aliosq; in genere qui contra dictam Electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere, excipere vel opponere voluerint Quod compareant et eorum quilibet compareat coram nobis aut Vicario nro in spiritualibus generali et Officiali principali vel Comissarijs nris aut eorum aliquo in hac parte quocunq; in eadem Ecclia parochiali beate Marie Virginis de Arcubus London predict' die Sabbathi decimo quarto viz die huius

instan

instantis mensis Januarij inter horas secundam et quartam post meridiem eiusdem diei cum continuatione et prorogatione dierum extunc sequen et loci (si oporteat) in ea parte fiend contra dcam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam (si sua putaverint interesse) in debita iuris forma dictur, excepctur et oppositur Ulteriusque factur et recepturi quod iustum fuerit in hac parte et dicti negotij qualitas et natura de se exigunt et requirunt; Intimantes preterea modo et forma prescriptis oibus et singlis oppositoribus (si qui sint) in specie aliisque in genere, quibus nos etiam harum serie sic intimamus, quod si ipsi sic citati dcis die hora et loco coram Nobis aut Vicario nro in spualibus gnali vel Commissario nro predco comparuerint et contra dcam electionem, formam eiusdem aut personam electam huiōi dicere, excipere vel opponere voluerint sive non, Nos nihilominus in dco Confirmationis negotio iuxta Juris et Statutorum huius Regni Angliae exigentia procedemus et procedere intendimus seu sic procedet et procedere intendit Vicarius nr in spualibus gnalis vel Commissarius predcus Ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstan. Et quod in premissis feceritis Nos aut Vicarium nrum in spualibus gnalem antedcm vel Commissarium huiōi debite et autentice certificetis seu sic certificet ille nrum qui presens nrum mandatum fuerit executus, Dat decimo die mensis Januarij Anno Dni (stilo Angliae) Millesimo Sexcentesimo tricesimo sexto, Et nrae Transl Anno quarto./

Reverendissimo in Xpo patri et Dno, Dno Guilielmo providentia divina Cantuar Archiepo totius Angliae Primati et Metropolitano eiusve Vicario in spualibus generali et Officiali principali aut Commissario pro tempore in hac parte speciali deputato, Vester humilis et devotus Johes Holt generalis vrae Reverendissime paternitatis Apparitor gnalis ac pr ad infrascripta mandatarius ltime constitutus omnimodam obedientiam et reverentiam tanto Reverendissimo patri debitas et condignas cum honore. Mandatum vrum, retroscriptum, nuper cum ea qua decuit, reverentia humile recepi exequend Cuius vigore pariter et auctoritate omnes et singulos oppositores (si qui sint) tam in specie quam in genere qui contra retronominatam electionem, formam eiusdem aut personam electam dicere, excipere vel opponere voluerint tam per affixionem eiusdem mandati vri in valvis exterioribus Ecclie parochialis beatae Mariae virginis de Arcubus London, retroscript et ibm aliquandiu dimisse quam per publicationem eiusdem in Ecclia parochiali predict duodecimo die mensis Januarij Anno Dni (stilo Angliae) Millesimo sexcentesimo tricesimo sexto, iam currente peremptorie citavi, Quod compareant et eorum quilibet compareat coram vobis die hora et loco in huiōi vro Rmo mandato content et specificat contra dcam electionem, formam eiusdem aut personam electam huiōi (si sua putaverint interesse) in debita Juris forma dictur, excepctur et oppositur Ulteriusque factur et recepturi quod tenor et effectus dicti vri mandati Rmi de se exigunt et requirunt Et preterea eisdem die et loco antedcis oppositoribus (ut prefertur) citatis, intimavi in oibus iuxta tenorem, formam et effectum eiusdem mandati vri retroscripti Et sic ego mandatarius vr antedcus mandatum vrum Reverendissimum retroscriptum huiōi quantum in me fuit debite et diligenter sum executus. In cuius rei Testimonium Sigillum venerabilis viri Decani sive Commissarij Decanatuum de Shoreham et Croydon presentibus apponi procuravi Et nos Decanus sive Commissarius antedcus ad specialem rogatum dicti certificantis Sigillum nrum huiōi presentibus apponi fecimus Dat decimo tertio die mensis Januarij Anno Dni iuxta &c 1636./

Certificatorium eiusdem Citationis./

In Dei nomine Amen: Nos Thomas Rives legum Doctor ac Regiae Maiestatis Advocatus generalis, necnon Reverendissimi in Xpo patris et Dni, Dni Guilielmi providentia divina Cantuar Archiepi totius Angliae Primatis et Metropolitani Commissarius, inter alios ad infrascripta coniunctim et divisim specialr et ltime deputatus et constitutus In negotio Confirmationis electionis de persona venerabilis viri Roberti Skynner sacrae Theologiae tunc Baccalaurei et nunc Professoris in Epum et Pastorem Ecclie Cathlis Bristollien electi, facte et celebrate, rite et ltime procedentes Omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dcam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere, excipere vel opponere voluerint, ad comparendum coram nobis istis die, horis et loco (si sua putaverint interesse) contra dcam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam in debita Juris forma dicturos, excepturos vel opposituros ltime et peremptorie citatos saepius publice preconizatos diuque et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes ad petitionem Procuratoris Decani et Capituli Ecclie Cathlis Bristollien merito pronunciamus contumaces et in penam contumaciarum suarum huiōi viam ulterius opponendi contra dcam electionem, formam eiusdem aut personam electam huiōi eis et eorum cuilibet precludimus in hijs scriptis, Ac etiam decernimus ad ulteriora in dco Confirmationis negotio

Prima Schedula

negotio procedendum fore, iuxta Juris et Statutorum huius Regni Angliæ exigentiam, Jpsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante./

Lecta fuit huiusmodi schedula per prefatum venerabilem virum Thomam Rives legum doctorem die hora et loco in actis mencionatis &c.

Sumaria petitio./

In Dei nomine, Amen:

Coram vobis Reverendissimo in Christo patre et domino, domino Gulielmo providentia divina Cantuariensi Archiepiscopo totius Angliæ Primate et Metropolitano ad infrascripta auctoritate Parliamentali huius Regni Angliæ (mediantibus literis Commissionalibus patentibus Serenissimi in Christo principis et domini nostri domini Caroli Dei gratia Angliæ Scotiæ Franciæ et Hiberniæ Regis fidei Defensoris &c sufficienter et legitime fulcito,) vestrove Vicario in spiritualibus generali et Officiali principali legitime constituto aut Commissariis vestris quibuscunque in hac parte specialiter deputatis deputandisve alteri cuicunque Pars venerabilium virorum Decani et Capituli Ecclesiæ Cathedralis Bristoliensis dicit, allegat et in hiis scriptis ad omnem Juris effectum exinde sequi valentem per viam summariæ petitionis in Jure proponit Articulatim prout sequitur./

1 **Inprimis** vizt Quod Sedes Episcopalis Bristoliensis per Translationem Reverendi in Christo patris domini Georgii Coke ultimi Episcopi et Pastoris ibidem ad Episcopatum Herefordensem nuper vacavit, cepit et aliquamdiu vacavit Pastorisque solatio destituta extitit et existit, in presenti Hocque fuit et est verum, publicum, notorium, manifestum, pariter et famosum Et ponit coniunctim et divisim et de quolibet./

2 **Item** Quod dicta Sede Episcopali Bristoliensi dudum (ut prefertur) vacante Decanus et Capitulum Ecclesiæ Cathedralis Bristoliensis predictæ Capitulariter congregati et Capitulum facientes (licentia Regia prius in ea parte petita et obtenta) certum diem ad domum suam Capitularem Ecclesiæ Cathedralis predictæ pro electione novi et futuri Episcopi Bristoliensis facienda et celebranda unanimiter et concorditer prefixerunt ac omnes et singulos eiusdem Ecclesiæ Cathedralis Canonicos et Prebendarios ius, vocem aut interesse in eadem electione habentes seu habere pretendentes ad diem et locum predictum in huiusmodi electionis negotio processuros et procedi visuros legitime et peremptorie citari fecerunt Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum Et ponit ut supra.

3 **Item** Quod prefati Decanus et Capitulum die et loco prefixis vicesimo sexto vizt die mensis Julii Anno domini Millesimo sexcentesimo tricesimo sexto tunc ibidem Capitulariter congregati et Capitulum facientes (servatis per eos de Jure et statutis huius Regni Angliæ in ea parte servandis) habitoque per eos tractatu diligenti de persona idonea eligenda in Episcopum et Pastorem Ecclesiæ Cathedralis Bristoliensis predictæ tandem unanimiter et concorditer nullo eorum contradicente vel reclamante venerabilem et egregium virum Robertum Skynner sacræ theologiæ tunc Baccalaureum et nunc professorem in eorum et dictæ Ecclesiæ Cathedralis Bristoliensis Episcopum et Pastorem elegerunt et Ecclesiæ memoratæ de eodem providerunt Et ponit ut supra./

4 **Item** Quod electio huiusmodi et persona electa die predicto in Ecclesia Cathedrali Bristoliensi predicta coram Clero et populo tunc et ibidem in numero copioso congregatis debite publicatæ et declaratæ fuerunt Et ponit ut supra./

5 **Item** Quod dictus dominus electus huiusmodi Electioni de persona sua in Episcopum et Pastorem Ecclesiæ Cathedralis Bristoliensis predictæ (ut prefertur) factæ et celebratæ, ad humilem petitionem partis eorundem Decani et Capituli debitis loco et tempore consentiebat ac consensum suum eidem prebuit in scriptis per eum lectis Et ponit

6 **Item** Quod dictus venerabilis et egregius vir Robertus Skynner dominus electus fuit ac est vir providus et discretus sacrarum literarum eminenti scientia, vita et moribus merito commendatus liber et de legitimo matrimonio procreatus, atque in ætate legitima et ordine sacerdotali constitutus necnon Deo devotus et Ecclesiæ memoratæ apprime necessarius Hocque fuit et est verum publicum notorium, manifestum, pariter et famosum Et ponit ut

7 **Item** Quod prefati Decanus et Capitulum huiusmodi electionem et personam electam Serenissimo domino nostro Carolo Regi, per literas suas patentes Sigillo eorum communi sive Capitulari roboratas pro officii sui debito, iuxta formam statuti in ea parte editi et provisi significaverunt et intimaverunt, Et ponit ut supra./

8 **Item** Quod relato ex parte dictorum Decani et Capituli eidem Regiæ sublimitati

processu Electionis huiusmodi Idem Serenissimus Dominus noster Rex pro sua clementia Regia electioni predicte de persona memorati venerabilis viri Roberti Skynner (ut prefertur) facte et celebrate Consensum et assensum suos Regios gratiose adhibuit et adhibet Illamque ratam et gratam habuit et habet Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum Et ponit ut supra./

Item Quod Serenissimus Dominus noster Rex vobis prefato Reverendissimo patri de consensu et assensu suis Regiis Electioni huiusmodi (ut prefertur) adhibitis, per literas suas patentes vobis inscriptas et directas non solum significavit, verum etiam earundem literarum suarum patentium serie vobis rogando mandavit, quatenus vos electionem predictam et personam electam huiusmodi confirmare et consecrare, Ipsumque insigniis Episcopalibus insignire et decorare Ceteraque omnia et singula peragere que vobis in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam statuti in ea parte editi et provisi et literarum patentium huiusmodi seriem velitis cum effectu. Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum Et ponit ut supra./ 9

Item Quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera publica notoria manifesta pariter et famosa ac de et super eisdem laborarunt et in presenti laborant publica vox et fama Unde facta fide de iure in hac parte requisita, Ad quam faciendam offert pars dictorum Decani et Capituli se promptam et paratam pro loco et tempore congruis et oportunis, Petitque eadem pars prefatam electionem et personam electam confirmandam consecrandam et benedicendam fore decerni et cum effectu confirmari et consecrari iuxta Juris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam, necnon literarum patentium huiusmodi vobis directarum in hac parte seriem, Curamque regimen et Administrationem spiritualium Episcopatus Bristollensis predicti eidem Domino Electo committi Ipsumque in realem, actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Bristollensis Juriumque dignitatum honorum preheminentiarum et pertinentiarum suorum universorum inducendum et intronizandum fore decerni, Ulteriusque fieri, statui et decerni in premissis et ea concernentibus quibuscunque quod Juris fuerit et rationis ac statutis huius Regni Anglie consonum supplendo defectus quoscunque in hac parte intervenientes. Que proponit et fieri petit pars ista proponens coniunctim et divisim non artans se ad omnia et singula premissa probandum nec ad onus superflue probationis de qua protestatur, sed quatenus probaverit in premissis eatenus obtineat in petitis, Juris beneficio in omnibus semper salvo vestrum officium domine Judex antedicte humiliter implorando./ 10

Certificatorium Reverendissimo directum.

Reverendissimo in Christo patri et Domino, Domino Gulielmo providentia divina Cantuar Archiepiscopo totius Anglie Primati et Metropolitano, Vestri obedientes Edvardus Chetwind sacre Theologie Doctor Decanus Ecclesie Cathedralis sancte et individue Trinitatis Bristollensis et eiusdem Ecclesie Capitulum, omnimodam reverentiam et obedientiam tanto Reverendissimo patri debitas cum honore. Vestre Reverendissime paternitati harum serie innotescimus et per presentes significamus, Quod vacante iamdudum Sede Episcopali Bristollensi predicta per Translationem Reverendi patris et Domini, Domini Georgii ultimi Episcopi ibidem ad Episcopatum Herefordensem Nos Decanus et Capitulum antedicti in domo nostra Capitulari, die dato presentium vigore et auctoritate literarum patentium de Congedeslier Illustrissimi in Christo principis et domini nostri domini Caroli dei gratia Anglie, Scotie, Francie et Hibernie Regis fidei defensoris &c Nobis in ea parte directarum ad effectum eligendi novum Episcopum in Pastorem Ecclesie Cathedralis predicte et in Sedem Episcopalem Civitatis et Diocesis Bristollensis predicte capitulariter congregati et Capitulum ibidem facientes (servatisque per nos de iure, consuetudine et statutis huius inclyti regni Anglie in ea parte servandis) habitoque inter nos tractatu diligenti de persona idonea in ea parte eligenda) Tandem in venerabilem virum Robertum Skynner sacre theologie Baccalaurium vota nostra direximus, eundemque venerabilem virum per Regiam maiestatem nobis nominatum et commendatum in nostrum et dicte Ecclesie Cathedralis Sedisque Episcopalis Civitatis et Diocesis Bristollensis Episcopum et Pastorem unanimiter et concordibus animis elegimus Ac electionem nostram huiusmodi in eum sic factam dicto Domino nostro Regi per literas nostras Certificatorias, Sigillo nostro Capitulari sigillatas, pro confirmatione Regia desuper habenda significabimus et notum fecimus. Quocirca vestram etiam paternitatem Reverendissimam humiliter et obnixe in Domino rogamus quatenus huiusmodi nostre electioni de persona prefati venerabilis viri Roberti Skynner in Episcopum Bristollensem sic facte et celebrate consentiat et consensum et assensum vestrum eidem prebere Eamque effectualiter confirmare ratificare et approbare gratiose dignetur cum favore. In quorum omnium et singulorum premissorum fidem et testimonium Sigillum Commune nostrum Capitulare presentibus apponi fecimus Dat vicesimo sexto die mensis Julii Anno Domini Millesimo sexcentesimo tricesimo sexto Annoque Regni domini nostri Caroli dei gratia Anglie, Scotie, Francie et Hibernie Regis fidei defensoris &c duodecimo./

Reverendo

Certificatorium Dno Electo directum./

Reverendo in xpo patri et Dno, Dno Roberto providen diva Epo Bristollien iam electo, Vestri devoti Edwardus Chetwind sacrae Theologiae Doctor, Decanus Ecclie Cathis sanctae et individuae Trinitatis Bristollien et eiusdem Ecclie Capitulum omnimodam reverentiam debitam et condignam Vestrae reverendae paternitati tenore presentium significamus et innotescimus, Quod vacante nuper Sede Epali Bristollien predict per translationem Reverendi in xpo patris et Dni, Dni Georgij ultimi Epi ibm ad Epatum Herefordien. Nos Decanus et Capitulum antedict in Domo nra Capitulari die dat presentium vigore et virtute licentiae Illustrissimi in xpo Principis et Dni nri Dni Caroli Dei gratia Angliae, Scotiae, ffranciae et Hibniae Regis fidei Defensoris &c nobis in ea parte factae et concessae, ad effectum eligendi novum Epum et Pastorem Ecclie Cathis predict in Sedem Epalem Civitatis et Dioc Bristollien pred, capitulr congregati et Capitulum ibm facientes (Servatisque per nos de iure, consuetudine ac statutis huius inclyti Regni Angliae in hac parte servand) habitoque inter nos tractatu diligenti de persona idonea in ea parte eligenda tandem in vram Reverendam paternitatem vota nra direximus et unanimiter et gratis animis elegimus (tandem per regiam Maiestatem nobis nominatam et commendatam) in novum et dictae Ecclie Cathis et Sedis Epalis Civitatis et Dioc Bristollien Epum et Pastorem Ac electionem nram huiusmoi tam dco Illustrissimo Dno nro Regi quam Reverendissimo in xpo patri et Dno, Dno Gulielmo providen divina Cant Archiepo ac totius Angliae Primati et Metropolitano per lras nras certificatorias Sigillo nro Coi et Capitulari sigillat pro confirmatione tam regia quam Metropolitica desuper habenda significavimus et notum fecimus. Quocirca vram Reverendam paternitatem humiliter in Dno rogamus quatus huiusmoi electioni de persona vra sic (ut prefertur) per nos factae et celebratae; consentire ac consensum et assensum vros eidem prebere gratiose dignemini. In quorum omnium et singulorum premissorum fidem et testimonium Sigillum nrum commune et Capitulare presentibus apposuimus Dat in Domo nra Capitulari vicesimo sexto die mensis July Anno Dni Millesimo sexcentesimo tricesimo sexto Annoque Regni prefati Serenissimi Dni nri Dni Caroli Dei gratia Angliae, Scotiae ffranciae et Hibniae Regis fidei Defensoris &c duodecimo./

Instrumentum Consensus

In Dei nomine Amen: per presens publicum Instrumentum cunctis appareat evidenter et sit notum Quod die Veneris decimo tertio, vizt die mensis Januarij Anno Dni (iuxta Computationem Ecclie Anglicanae) Millesimo sexcentesimo tricesimo sexto Regnique serenissimi in xpo principis et Dni nri Dni Caroli Dei gratia Angliae Scotiae, ffranciae et Hibniae Regis fidei Defensoris &c Anno duodecimo, In aedibus magri Stephani Knight notarij publici infra parochiam Sti Gregorij Civitatis London notorie situatis, meque mei Gabrielis Wade notarij publici ac testium inferius nominatorum presentijs, Constitutus personaliter discretus vir magr ffranciscus Mundy notarius publicus Almae Curiae Cant de Arcubus London procuratorum generalium unus exhibuit procuratorium suum legitimum pro venerabilibus viris Decano et Capitulo Ecclie Cathis Stae et individuae Trinitatis Bristollien sigillo eorum communi (ut apparuit) sub cera rubra sigillatum et inter alios con.^m et dom.^m factum et fecit se partem pro eisdem ac nomine procuratorio eorundem Decani et Capituli presentavit Reverendo viro Roberto Skinner sacrae Theologiae professori tunc et ibm personaliter presenti lras quasdam testimoniales sive Certificatorias sigillo communi eorundem Decani et Capituli (ut apparuit) sub cera rubra etiam sigillat de et super electione dicti Reverendi viri in Epum et Pastorem Ecclie Cathis Bristollien predict facta et celebrata Eundemque Reverendum virum Dnum electum instanter instantius et instantissime rogavit et requisivit quatus eidem electioni de ipso et eius persona (ut premittitur) factae et celebratae consentire ac consensum et assensum suos eidem prebere dignaretur Qui quidem Reverendus vir Dns electus Bristollien auditus sic requisitus et interpellatus (prehabita prius per eum matura deliberatione) Electioni predictae de ipso et eius persona (ut premittitur) factae et celebratae consentiebat ac Consensum et assensum suos eidem prebuit in scriptis prout in schedula quam in manibus suis tunc tenens publice legebat, continetur Cuius quidem schedulae tenor sequitur et est talis, vizt. In Dei nomine Amen: Ego Robertus Skynner sacrae theologiae professor in Epum et Pastorem Ecclie Cathis Bristollien rite et [illegible] nominatus et electus atque ad consentiendum huiusmoi electioni de me et persona mea in hac parte factae et celebratae ex parte et per partem venerabilium virorum Decani et Capli eiusdem Ecclie Cathis instanter rogatus et requisitus (Dei omnipotentis clementia fretus) Electioni huiusmoi de me et persona mea sic (ut premittitur) factae et celebratae ad honorem Dei omnipotentis patris, filij et spiritus Sancti consentio eidemque consensum et assensum meos semel atque iterum rogatus et interpellatus, probo in hijs scriptis. Super quibus omnibus et singulis premissis tam dictus Reverendus vir dominus Electus quam memoratus magister ffranciscus Mundy procurator antedictus me prefatum notarium publicum sibi unum vel plura publicum seu publica Instrumentum sive Instrumenta conficere ac testes inferius nominatos testimonium inde perhibere instanter rogarunt et requisiverunt. **Acta** fuerunt hec omnia et singula premissa prout suprascribuntur et recitantur sub Anno Domini Regnique Regie maiestatis mense die et loco predictis Presentibus tunc et ibidem Sacramentionato magistro Georgio Knight et Thoma King generoso testibus ad premissa videndum, audiendum et testificandum vocatis et specialiter requisitis. /

Et ego Jacobus ffade Roffen Diocesis natus publicus auctoritate Regia notarius Quia premissis omnibus et singulis dum sic (ut premittitur) sub Anno Domini Regnique Regie maiestatis mense die et loco predictis agebantur et fiebant unacum prenominatis testibus presens personaliter interfui eaque omnia et singula sub modo et forma prenotatis fieri sciri et expediri vidi, scivi et audivi atque in notam sumpsi Ideo hoc presens publicum Instrumentum manu mea propria fideliter scriptum exinde confeci et in hanc publicam et autenticam formam redegi, Signoque nomine cognomine et subscriptione meis solitis et consuetis signavi et me hic subscripsi in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum ad id rogatus specialiter et requisitus. /
Per me Jacobum ffade notarium publicum antedictum. /

In Dei nomine Amen:

Secunda Schedula. /

Nos Thomas Rives legum Doctor ac Regie maiestatis Advocatus generalis necnon Reverendissimi in Christo patris et Domini, Domini Guilielmi providentia divina Cant Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani Commissarius inter alios ad infrascripta convenienter et divisim specialiter et legitime deputatus et constitutus, in negotio Confirmationis electionis de persona venerabilis viri Roberti Skynner sacre theologie tunc Baccalaurei et nunc professoris in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis Bristollen electi, facta et celebrata, rite et legitime procedentes Omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere, excipere vel opponere voluerint ad comparendum coram nobis istis die hora et loco (si sua putaverint interesse) contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam in hac parte electam in debita Juris forma dicturos, excepturos vel opposituros alias legitime et peremptorie citatos saepius publice preconizatos diuque et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes nec contra dictam electionem, formam eiusdem aut personam electam huiusmodi aliquid dicentes, excipientes vel opponentes ad petitionem procuratoris Decani et Capituli Ecclesie Cathedralis Bristollen predicte pronunciamus contumaces et in penam contumaciarum suarum huiusmodi decernimus procedendum fore ad prolationem Sententie nostre diffinitive sive nostri finalis decreti in huiusmodi negotio ferendi, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante: /

Lecta fuit huiusmodi schedula per prefatum venerabilem virum Thomam Rives legum Doctorem die hora et loco in actis mentionatis etc. /

In Dei nomine Amen:

Sententia diffinitiva /

Auditis, visis et intellectis ac plenarie et mature discussis per nos Thomam Rives legum Doctorem ac Regie Maiestatis Advocatum generalem necnon Reverendissimi in Christo patris et Domini, Domini Guilielmi providentia divina Cantuar Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani Commissarium, inter alios ad infrascripta convenienter et divisim specialiter et legitime deputatum et constitutum, Meritis et circumstantiis cuiusdam cause sive negotii Confirmationis electionis de persona venerabilis viri Roberti Skynner sacre Theologie tunc Baccalaurei et nunc Professoris in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis Bristollen electi, facte et celebrate Quod coram nobis in Judicio aliquandiu vertebatur vertiturque in presenti et pendet indecisum, Rimatoque primitus per nos toto et integro processu coram nobis in dicto Confirmationis negotio habito et facto atque diligenter recensito, servatisque per nos de Jure et statutis huius Regni Anglie in ea parte servandis, ad nostre sententie diffinitive sive nostri finalis decreti prolationem in huiusmodi negotio ferendi sic duximus procedendum fore et procedimus in hunc qui sequitur modum, Quia per acta inactitata, deducta, allegata, proposita exhibita confessata et probata coram nobis in huiusmodi Confirmationis negotio comperimus et luculenter invenimus Electionem predictam per Decanum et Capitulum Ecclesie Cathedralis Bristollen predicte de prefato venerabili viro Roberto Skynner electo huiusmodi, viro utique provido et discreto, vita et moribus merito commendato libero et de legitimo matrimonio procreato atque in etate legitima et ordine sacerdotali constituto, rite et legitime fuisse et esse factam et celebratam, nihilque eidem venerabili viro Electo huiusmodi de Institutis canonicis obviasse seu obviare, quominus in Epum Bristolien auctate dicti Reverendissimi prīs merito debeat confirmari, Idcirco Nos Thomas Rives legum Doctor, Comissarius et Judex antedictus (sic ut praefertur) specialiter et lītime deputatus et constitutus Attentis praemissis et aliis virtutum meritis, super quibus praenominatus electus Epus Bristolien fide-digno comendatur testimonio Christi nomine primitus invocato, ac ipsum solum Deum oculis nris praeponentes et habentes de et cum consilio Jurisperitorum cum quibus in hac parte communicavimus Praenominatam electionem de eodem venli viro Roberto Skynner factam et celebratam auctate qua fungimur confirmamus defectusque quoscunque in dco Confirmationis negotio intervenientes (siqui forsan fuerint) quantum in nobis est et de iure possumus supplentes et supplemus, Ipsumque Dnum electum et confirmatum consecrandum et benedicendum fore decernimus, Curamque regimen et administracionem spiritualium dicti Epatus Bristolien eidem Dno electo et confirmato comittimus Ac ipsum in realem actualem et corporalem possessionem dicti Epatus Bristolien Iuriumque dignitatum honorum praeeminentiarum et pertinen suorum universorum inducendum et inthronizandum fore per Archinum Cant eiusve deputatum iuxta Eccliae Cathlis Bristolien praedict morem et consuetudinem (legibus et statutis huius Regni Angliae non adversantibus) etiam decernimus et declaramus per hanc nram Sententiam diffinitivam sive hoc nrum finale decretum, quam sive quod ferimus et promulgamus in his scriptis. /

Lecta fuit huiusmodi Sñia per praefatum venlem virum Thomam Rives legum Doctorem die Sabbathi decimo quarto viz die mensis January Anno Dni iuxta &c 1636. In Ecclia parochiali beatae Mariae virginis de Arcubus London inter horas secundam et quartam post meridiem eiusdem diei ad petitionem magri Francisci Mundy procuris Decani et Capli Eccliae Cathlis Bristolien In pntia mei Caroli Wade notary publici &c Supra quibus &c requisiti mei &c testibusque &c praesentibus tunc et ibm testibus in dicto mentionat &c. /

Actus Consecrationis

Die Dominico decimo quinto viz die mensis January Anno Dni (iuxta Computationem Eccliae Anglicanae) Millesimo sexcentesimo tricesimo sexto et Translationis Rmi in xpo prīs et Dni Dni Guilielmi providentia divina Cantuar Archiepi totius Angliae Primatis et Metropolitani Anno quarto. In Capella dicti Reverendissimi prīs infra Manerium suum de Lambith, in Com Surriae &c situat, Idem Reverendissimus pater vigore et auctate literarum Comissionalium Serenissimi in xpo Principis et Dni nri Dni Caroli Dei gra Angliae, Scotiae, Franciae et Hibniae Regis fidei defensoris &c sibi in hac parte direct &c Assistentibus sibi Reverendo in xpo prē et honorando viro Dno Guilielmo, providentia dia London Epo, Dno summo Thesaurario Angliae necnon Reverendis patribus Dnis Francisco Elien, Johanne Oxon et Matthaeo Norwicen Epis Munus Consecrationis venli viro Roberto Skynner sacrae theologiae professori in Epum et Pastorem Eccliae Cathlis sctae et individuae Trinitatis Bristolien elect et confirmat (praestito primitus per eundem Dnum electum et confirmatum Juramento tam de agnoscendo Regiam supremam potestatem in causis Ecclicis et temporalibus ac de renunciando refutando et recusando omni et omnimodae Jurisdictioni potestati auctati et superioritati forraneis iuxta vim, formam et effectum statuti Parliamenti huius inclyti Regni Angliae in ea parte edit et provis necnon de reverentia et obedientia debit praenominato Rmo prī Dno Archiepo Cantuar et Eccliae Metropoli Christi Cant adhibend quam de simonia non comissa pro, vel de procuratione sive acquisitione Epatus Bristolien praedict iuxta Canonem in ea parte edit &c adhibitisque ritibus et Caeremoniis de usu moderno Eccliae Anglicanae adhibend) iuxta formam descriptam in libro intitulat The forme and manner of makeing and consecrating Bishops Preists and Deacons &c impendebat In pntia mei Caroli Wade notary publici &c Praesentibus tunc et ibm honorando viro Henrico Dno Mountague Dno Custode privati sigilli necnon venlibus viris Dno Henrico Marten milite et legum Doct Curiae praerogativae Cant Magro, Custode sive Comissario, Thoma Rives legum Doctore Advocato Regio, Arthuro Ducke, Willmo Merricke et Johanne Exton legum etiam Doctoribus Briano Duppa et Jonathano Browne sacrae theologiae professoribus et Eccliarum Cathedralium Christi Oxon et Herefordien decanis, Hanibal Potter, Jacobo Halsey, Johanne Walker, Thoma Turner, Samuele Marsh et Guilielmo Haywood sacrae theologiae etiam professoribus Guilielmo Bray et Johanne Oliver sacrae Theologiae Baccalaureis et Capellanis domesticis praedicti Rmi prīs Dni Archiepi Cant necnon magro Adamo

Torlesse

Corlesse Thesaurario et Willimo Ekidman Controrotulatori eiusdem Rmi prd, ffrancisco Mundy notario publico et uno procuratorum generalium alme Curie Cant de Arcubus London, Thoma Boyland Anthonio Holmes et ffrancisco Mattosfeld notariis etiam publicis, Johanne Holt generoso Apparitori generali dicti Rmi prd et Richardo Baker notario publico ac multis aliis in numero copioso congregat testibus &c. /

Mandatum ad intronizand dnum Epum.

Guilielmus providentia divina Cantuar Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus ad infrascripta autoritate Parliamenti huius inclyti Regni Anglie (mediantibus Literis Commissionalibus patentibus Serenissimi in Xpo principis et dni nri dni Caroli dei gra Anglie, Scotie, ffrancie, et Hibernie Regis fidei defensoris &c sufficienter et legitime fulcit Venerabili viro Willimo Kingsley sacre theologie professori Archino nro Cant in Ecclia nra Cathi et Metropolitica Christi Cant Salutem et gratiam. **Cum** vacante nuper sede Epali Bristolien per Translationem Reverendi in Xpo patris dni Georgii Coke ultimi Episcopi et Pastoris ibm ad Epatum Herefordien Decanus et Capitulum Ecclie Cathlis Stae et individue Trinitatis Bristolien (licentia Regia prius in ea parte petita et obtenta) venerabilem virum Robertum Skinner sacre theologie tunc Bacchalaureum nunc professorem in eorum et dicte Ecclie Cathlis Bristolien Epum et Pastorem elegerint et Ecclie Cathi predict de eodem providerint Quam quidem electionem et personam sic electam (servatis de iure et statutis huius Regni Anglie in ea parte servandis) Nos Guilielmus Archiepus Cant antedictus autoritate qua supra confirmavimus eidemque confirmato Curam regimen et administrationem spiritualium dicti Epatus Bristolien commisimus necnon consequenter munus consecrationis (adhibitis ritibus et ceremoniis de more Ecclie Anglicane adhibend) eidem dno electo et confirmato impendimus Ipsumque dum electum confirmatum et consecratum seu procuratorem suum legitimum eius nomine ac pro eo in realem actualem et corporalem possessionem dicti Epatus Bristolien Iuriumque dignitatum honorum preeminentiarum et pertinentium suorum quorumcunque inducend, installand et intronizand fore decrevimus iustitia mediante Tibi igitur committimus firmiter iniungendo mandamus quatenus prefatum Reverendum patrem dnum Robertum Skinner dum electum, confirmatum et consecratum seu procuratorem suum legitimum eius nomine ac pro eo in realem actualem et corporalem possessionem dicti Epatus Bristolien Iuriumque dignitatum honorum preeminentiarum et pertinentium suorum quorumcunque inducas, installes et intronizes seu sic induci, installari et intronizari facias cum effectu Cathedramque sive sedem Epalem in Ecclia Cathi Bristolien prout Epo ibm assignari solet et consuevit sibi (ut moris est) assignes et eum in nomine dni nri Iesu Christi intronizes seu intronizari facias prout decet Iuribus et consuetudinibus nris Archiepalibus Cant et Ecclie nre Cathis et Metropolitice Christi Cant predict dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis. In cuius rei Testimonium Sigillum (quo in hac parte utimur) presentibus apponi fecimus Dat decimo quinto die mensis Januarii Anno dni (iuxta Computationem Ecclie Anglicane) Millesimo Sexcentesimo tricesimo Sexto Et nre Trans Anno quarto. /

Advocatio Archinatus Dorset. /

Decimo Sexto die mensis Januarii Anno dni iuxta &c 1636. per Reverendum in Xpo patrem dnum Robertum Epum Bristolien Concessa fuit Advocatio Archinatus sive dignitatis Archinalis Dorset in Ecclia Cathi Bristolien fundat, Reverendissimo patri dno Guilielmo Archiepo Cantuar &c in omnibus ut in Advocatione per dnum Nicolaum ffelton quondam Epum ibm de eodem Archinatu sive dignitate Archinali fact. /

Inductio dni Epi Bristolien. /

Vicesimo die eiusdem mensis emanavit Inductio vigore mandati supradicti Venerabilibus viris Edwardo Chetwind sacre theologie professori decano Ecclie Cathis Stae et individue Trinitatis Bristolien, Richardo ffitzherbert Clerico Archino Archinatus Dorset in eadem Ecclia Cathi fundat et Roberto Marks Clerico Subdecano dicte Ecclie Cathis coniunctim et divisim &c ad inducendum et intronizand prd Reverendum patrem &c. /

Acta habita et facta in negotio Roffen;

confirmationis electionis de persona Venerabilis et egregii viri Johannis Warner sacre theologie professoris decani Ecclie Cathis Lichen in Epum et Pastorem Ecclie Cathis Christi et beate Marie virginis Roffen electi, Die Jovis videlicet vicesimo vit. die mensis Januarii Anno dni (iuxta computationem Ecclie Anglicane) Millesimo sexcentesimo tricesimo septimo Regnique Serenissimi in Xpo principis et dni -

et dni nri dni Caroli dei gratia Angliae Scotiae Franciae et Hiberniae Regis fidei-
defensoris etc. Anno decimo tertio. In Ecclia parochiali beatae Mariae virginis de Arcubus
London Ecclie Cathlis et Metropoliticae Christi Cant Jurisdictionis immediatae inter horas
secundam et quartam post meridiem eiusdem diei Coram venli viro dno Nathanaele
Brent Milite et legum doctore vicario in spualibus genli et Officiali principali reverendmi
in Xpo patris et dni dni Willelmi providentia divina Cant Archiepi totius Angliae
primatis et Metropolitani necnon Comissario inter alios ad infrascripta comm et dictum
specialiter et legitime deputat et constitut in pntia mei Sackvili Wade Notarii publici etc.

Actus confirmacionis

Dictis die et loco atque inter horas predictas pntatis Coram prefato
venli viro dno Nathanaele Brent vicario in spualibus genli et Comissario pre-
Judiciali et pro tribunali sedente lris patentibus regiis de assensu suo regio et [illegible]
reverendissimo pri in scriptis et dictis necnon lris Comissionalibus dci
reverendissimi pris eidem venli viro et aliis comm et dictum factis ac per me Sackvil
Wade Notarium publicum de mandato dci dni Nathanaelis Brent publice lectis
Idem dnus Nathanael Brent ob honorem et reverentiam dci dni nri Regis et
nominati reverendissimi pris acceptavit in se onus executionis dcarum lrarum
patentium et Comissionalium et decrevit procedendum fore iuxta tenorem eorundem formam
et effectum earundem deinde comparuit personaliter Magr Thomas Eyres Notarius
publicus Alterque Curiae Cant de Arcubus London procuratorum generalium unus
et exhibuit procuratorium suum pro venlibus viris Decano et Capitulo Ecclie
Cathlis Christi et beatae Mariae virginis Roffen predict sigillo eorum communi sive
Capitulari (ut apparuit) sub cera rubea sigillat et fecit se partem pro eisdem ac
noie procuris eorundem decani et Capitli pntavit eidem dno Nathanaeli Brent
vicario in spualibus genli predict prefatum venlem et reverendum virum Johem
Warner sacrae theologiae professorem in Epum et pastorem Ecclie Cathlis Christi
et beatae Mariae virginis Roffen predict electum ac ipsum Electionem confirmari de-
siderabat Et tunc dnus magr Eyres exhibuit mandatum citatorium originale alias
contra oppositores in huiusmodi negotio emanat cum Certificatorio indorsat super executione
eiusdem et petiit omnes et singulos oppositores huiusmodi publice preconizari. Quibus
tunc et ibm trina vice publice preconizat et nullo modo comparentibus etc. prefatus
Magr Eyres procurator antedictus accusavit contumacias omnium et singulorum
oppositorum huiusmodi sic ut prefertur ad hos diem hor et locum citat et intimat ac
modo predco preconizat etc. et petiit eos omnes et singulos reputari contumaces
Ad cuius petitionem dnus venlis vir dnus Nathanael Brent pronunciavit eos omnes
et singulos sic citatos intimatos preconizatosque et nullo modo comparentes nec aliquid
in hac parte dicentes excipientes vel opponentes etc. contumaces et in poenam contuma-
ciarum suarum huiusmodi viam ulterius opponendi contra dictam electionem formam eiusdem
aut personam in hac parte electam eis et eorum cuilibet precludit necnon ad ulteriora
in dco confirmacionis negotio procedendum fore decrevit. Ipsorum sic citatorum etc. et
non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante prout in schedula per eum
tunc et ibidem lecta continetur ---- Quibus sic gestis prefatus magr Eyres procurator
antedictus dedit summariam petitionem in scriptis quam petiit admitti etc. quae quidem
summaria petitio per me prefatum Sackvilum Wade Notarium publicum antedictum
lecta Idem dnus admisit dictam summariam petitionem quatenus de iure etc. et decrevit
procedendum fore summarie et de plano etc. et assignavit dco magro Eyres terminum ad
probandum eandem summariam petitionem adstatim et ad audiendum sententiam adstatim
Et tunc dnus magr Eyres in subsidium probationis contentorum in dicta summaria
petitione exhibuit lras patentes regias de assensu suo regio superius mencionat per quas
apparuit memoratum Decanum et Capitulum Ecclie Cathlis Roffen predict prenominatum
venlem et reverendum virum in eorum et dcae Ecclie Cathlis Roffen Epum et pastorem
elegisse Regiamque Majestatem eidem electioni assensum suum regium adhibuisse
Necnon etiam exhibuit bina Certificatoria super electione de persona prefati venlis
et reverendi viri in Epum Roffen predict per Decanum et Capitulum eiusdem Ecclie
Cathlis fact unum eorum dicto reverendissimo alterumque dno electo sigillo communi
eorundem

eorundem Decani et Capituli (ut apparuit) sub cera rubra respective sigillat et exhibuit Instrumentum publicum super consensu praefati domini electi eidem electioni adhibit et allegavit omnia et singula in dictis actis exhibitis contenta fuisse et esse vera ac habita et gesta prout in eisdem actis continetur, petendo terminum sibi assignari ad audiend sententiam sive finale decretum in hac causa. Ad cuius petitionem dictus dominus Nathanael Brent assignavit ad audiend sententiam ad statim Consequenter vero facta alia publica trina citat praeconizatione omnium et singulorum oppositorum huiusmodi sicut praefert requisitat et intimat etc. et nullo modo comparen nec aliquid in hac parte opponent eisdem dictus dominus Nathanael Brent ad petitionem dicti Magistri Exton et suorum accusatis eorum contumaciam pronunciavit eos et eorum quemlibet contumaces et in poenam contumaciae suorum huiusmodi ad petitionem dicti magistri Exton decrevit procedend fore ad prolationem sententiae diffinitivae in huiusmodi causa sive negotio Confirmationis praetend ipsorum sic citator etc. et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstan prout in alia schedula per eundem venerabilem virum dominum Nathanaelem Brent lecta continetur. Huius expeditis. praestitoque Iuramento per praefatum venerabilem et reverendum virum dominum electum antedictum ad sancta dei Evangelia per eum corporaliter tacta et deosculata tam de agnoscendo regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus ac de renunciando, refutando et recusando omni et omnimodae Iurisdictioni potestati auctoritati et superioritati forinsecis iuxta vim formam et effectum Statuti Parliamenti huius inclyti Regni Angliae in ea parte editi et provisi Necnon de vera et canonica obedientia praestand reverendissimo in Christo patri et domino domino Guilielmo Archiepiscopo Cant et Ecclesiae Cathedralis et Metropoliticae Christi Cant et Successoribus suis quam de simonia non commissa pro vel de promotione sive acquisitione Episcopatus Roffen praedict iuxta Canones in ea parte edit etc. Praefatus dominus Nathanael Brent ad petitionem praefati magistri Exton porrigentis sententiam et petentis eandem ferri et Iustitiam fieri pro parte sua legit tulit et promulgavit Sententiam sive finale decretum in dicto Confirmationis negotio in scriptis cuiusque pronunciando decernendo, declarando confirmando supplendo ceteraque faciendo prout in eadem sententia continetur Super quibus omnibus et singulis praemissis tam dictus dominus electus et confirmat quam memoratus magister Exton procurator Decani et Capituli praedict nos notarium publicum praedict sibi unum vel plura publicum seu publica Instrumentum sive Instrumenta conficere ac testes infrascriptos nominatos testimonium inde perhibere instanter rogavit et requisivit. Postremo vero dictus venerabilis vir dominus Nathanael Brent tam ad petitionem dicti domini electi quam memorati magistri Exton procuratoris Decani et Capituli praedict decrevit easdem literas testimoniales super omnibus et singulis praemissis sub modo et forma superius specificat gestis et expeditis fieri et expediri Praesentibus tunc et ibidem venerabilibus viris Basilio Wood legum doctore Cancellario domini Episcopi Roffen Thoma Paske et Thoma Westley sacrae theologiae professoribus et Praebendariis ecclesiae Cathedralis et Metropoliticae Christi Cant praedict necnon magistro Thoma Wilcoxon et Johanne Holt generosis et multis aliis congregatis testibus etc.

Tenores vero tam literarum patentium regiae maiestatis quam totius processus in dicto confirmationis negotio habit et fact et superius mentionat sequuntur et sunt tales. (viz.)

Litterae patentes Regiae de assensu suo Regio.

Carolus dei gratia Angliae Scotiae Franciae et Hiberniae Rex fidei defensor etc. Reverendissimo in Christo patri ac praedilecto et perquam fideli Consiliario nostro domino Guilielmo providentia divina Cant Archiepiscopo totius Angliae Primat et Metropolitano ac aliis quibuscunque Episcopis quorum in hac parte interest. Cum vacante nuper sede Episcopali Roffen per mortem naturalem reverendi in Christo patris ac domini domini Johannis Bowle ultimi Episcopi et Pastoris ibidem ad humilem petitionem Decani et Capituli Ecclesiae Cathedralis Roffen per literas nostras patentes licentiam illis concesserimus alium sibi eligend in Episcopum et Pastorem sedis praedict. Iidem Decanus et Capitulus vigore et obtentu licentiae nostrae praedict. Dilectum nobis in Christo Johannem Warner sacrae theologiae professorem modo Decanum Ecclesiae Cathedralis Lichfeld sibi et Ecclesiae praedict elegerunt in Episcopum et Pastorem prout per literas suas sigillo eorum communi sigillat nobis inde directas plenius liquet et apparet. Nos electionem illam acceptantes eidem electioni regium nostrum assensum adhibuimus pariter et favorem. Et hoc vobis tenore

praesentium

presentium significamus. Rogantes ac in fide et dilectione quibus nobis tenemini firmiter precipientes mandantesque quatenus vos eundem Johannem Warner in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis Roffensis sic ut prefertur elect' electionemque predictam confirmare et eundem Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis predicte consecrare Ceteraque omnia et singula facere et exequi et perimplere que vestro in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam legum et statutorum Regni nostri Anglie in hac parte edit' et provis' velitis cum diligentia favore et effectu In cuius rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westm' quarto die Decembris Anno regni nostri tertiodecimo/

Comissio Reverendissimi

Guilielmus providentia divina Cant' Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus. Dilecto nobis in Christo venerabili viro domino Nathanaeli Brent Militi legum doctori Vicario nostro in spiritualibus generali et officiali principali aut eo absente vel impedito venerabilibus viris domino Johanni Lambe Militi legum Doctori Alme Curie Cant' de Arcubus London officiali Thome Rives legum doctori Advocato regio Willelmo Sames et Willelmo Merick legum etiam respective doctoribus Salutem et gratiam. Cum literas Patentes Serenissimi in Christo principis et domini nostri domini Caroli dei gratia Anglie Scotie ffrancie et Hibernie Regis fidei defensoris etc. sigillo suo magno Anglie sigillatas gerentes Datum apud Westm' quarto die mensis Decembris Anno regni sui felicissimi tertiodecimo receperimus In quibus inter alia nobis preceptum est ut electionem venerabilis et preclari viri Johannis Warner sacre theologie professoris ac Ecclesie Cathedralis Lichfeldensis Decani ad Episcopatum Roffensem confirmaremus Nos vero ea qua decuit reverentia volentes mandato regio in ea parte humiliter satisfacere. Ad expediendum igitur discutiendum approbandum et confirmandum dictam electionem de persona prefati venerabilis et preclari viri Johannis Warner Lichfeldensis Decani factam et celebratam, ipsamque electionem et personam sic electam secundum Juris et statutorum huius Regni Anglie exigentiam, ac iuxta tenorem formam et effectum mandati regij predicti nobis in ea parte ut prefertur facti et directi, quatenus eandem electionem rite et legitime factam et celebratam fuisse et esse vobis coniunctim et divisim constiterit approbandum et comprobandum defectusque (si qui forsan in ea parte intervenerint) rite et legitime supplendum Ceteraque omnia et singula faciendum exercendum et expediendum que in hac parte necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna vobis coniunctim et divisim committimus vices nostras ac plenam in domino tenore presentium concedimus potestatem Juribus nostris Archiepiscopalibus Cant' Ceterisque emolumentis Nobis ac officiarijs et Ministris nostris in hac parte competentibus semper salvis et reservatis In cuius rei testimonium sigillum quo in hac parte utimur presentibus apponi fecimus. Dat' nono die mensis Januarij Anno domini stilo Anglie Millesimo sexcentesimo tricesimo septimo Et nostre translationis Anno quinto/

Procuratorium Decani et Capituli /

Pateat universis per presentes quod Nos Walterus Balcanquall sacre theologie doctor Decanus Ecclesie Cathedralis Christi et beate Marie virginis Roffensis et eiusdem Ecclesie Capitulum, dilectos nobis in Christo magistros Christopherum Dale sacre theologie Baccalaureum et Johannem Lorkin in Artibus magistrum, Prebendarios dicte Ecclesie, necnon Thomam Ged et Richardum Wyan Notarios publicos Alme Curie Cant' de Arcubus London procuratores generales, ac Thomam Webb et Petrum Stowell Notarios etiam publicos coniunctim et eorum quemlibet per se divisim et in solidum ita quod non sit melior conditio primitus occupantis, nec deterior subsequentis sed quod unus eorum inceperit id eorum quilibet libere prosequi valeat, mediare pariter et finire, nostros veros certos legitimos et indubitatos procuratores Actores factores, negotiorumque nostrorum gestores et nuncios speciales et generales ad infrascripta omnia et singula nominamus ordinamus facimus et constituimus per presentes dantes pariter et concedentes eisdem procuratoribus nostris coniunctim et eorum cuilibet (ut prefertur) per se divisim et in solidum potestatem generalem et mandatum speciale, pro nobis ac vice loco et nomine nostris coram venerabili et preclaro viro Johanne Warner sacre theologie professore in Episcopum et pastorem Ecclesie Cathedralis predicte per Nos unanimiter et concorditer nuper electo comparendum intimandum, literasque Certificatorias sive decretum de et super electione sua huiusmodi per Nos fact' et confect' sigilloque nostro communi sigillat' eidem domino electo intimandum exhibendum et ostendendum Ipsumque supplicandum et cum instantia quoties et quando eis seu eorum alicui visum fuerit expedire quod ipse electioni de se facte consentiat, et consensum suum eidem exprimend' petend' dignetur rogandi et requirendi electionemque sive Certificator' super electione huiusmodi serenissimo principi ac d'no n'ro Carolo dei gr'a Anglie Scotie Francie et Hibernie regi fidei defensori etc. significandi intimandi et presentandi, et assensum suum regium humiliter implorandi. Necnon negotium confirmacionis electionis predicte coram Reverendissimo in Christo patre ac d'no d'no Guilhelmo providentia divina Cantuar' Archiep'o totius Anglie Primat' et Metropolitano eiusve Vicario in spiritualibus generali et Offic' principali sive Commissario quocunque in hac parte usque ad finalem expeditionem eiusdem inclusive prosequend', ac confirmacionem in ea parte petendi et obtinendi provocand' et appellandi ac provocationes et appellaciones huiusmodi notificand' et intimand'. Aliumque procuratorem seu alios procuratorem seu procuratores loco suo et eorum cuiuslibet substituend' ac substitutum vel substitutos huiusmodi revocand' procuratoriique officium in se et eorum quemlibet reassumend' quoties et quando eis seu eorum alicui videbitur expedire et generaliter omnia alia et singula faciend' exercend' et expediend' usque ad finalem expeditionem confirmacionis huiusmodi que in premissis vel circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna, licet mandatum de se magis exigant speciale quam presentibus est expressum. Promittentes et promittimus nos ratum gratum et firmum perpetuo habituros totum et quicquid procuratores n'ri predicti aut eorum aliquis fecerint seu fecerit in premissis vel aliquo premissorum sub hypotheca et obligacione omnium et singulorum bonorum nostrorum per presentes. In cuius rei testimonium Sigillum n'rum Commune presentibus apposuimus. Dat' in domo n'ra Capitular' vicesimo die Novembris Anno D'ni millesimo sexcentesimo tricesimo septimo. Et Anno regni d'ni n'ri Regis predicti tertiodecimo./

Citatio contra omnes oppositores./

Guilielmus providentia divina Cantuar' Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus, Universis et singulis Clericis et literatis quibuscumque per nostram Provinciam Cant' ubilibet constitutis Salutem. Cum vacante nuper sede Episcopali Roffen' per obitum bone memorie Reverendi in Christo patris d'ni Johannis Bowle ultimi Episcopi et pastoris ibidem Decanus et Capitulum Ecclesie Cathedralis Roffen' pro electione novi et futuri Episcopi (licentia Regia prius in ea parte petita et obtenta) celebrand' certum terminum prefixerint et assignaverint, Ac in huiusmodi electionis negotio termino ad id statuto et assignato rite procedentes venerabilem et egregium virum Johannem Warner sacre theologie professorem ac Ecclesie Cathedralis London' Decanum in eorum et dicte Ecclesie Cathedralis Roffen' Episcopum et Pastorem elegerint, Cumque Serenissimus in Christo princeps et d'nus noster d'nus Carolus dei gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Rex fidei defensor etc. ad humilem petitionem eorundem Decani et Capituli eidem electioni de persona prenominati venerabilis viri Johannis Warner sic electi facte et celebrate regium suum adhibuerit assensum pariter et favorem prout per literas suas patentes magno suo sigillo Anglie sigillat' nobis significaverit Mandando quatenus Nos electionem predictam et personam electam confirmare iuxta formam statuti in ea parte editi et provisi velimus cum omni celeritate accommoda prout per easdem literas patentes regias ad quas habeatur relatio plenius liquet et apparet. Nos vero volentes eisdem d'ni n'ri Regis mandatis pro officii n'ri debito parere ac in huiusmodi confirmacionis negotio iuxta Juris et Statutorum huius Regni Anglie exigentiam procedere omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint ad diem horam locum et effectum infrascript' monend' et citand' fore decrevimus Justitia mediante, vobis igitur coniunctim et divisim committimus ac firmiter iniungendo mandamus quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie altaque et intelligibili voce infra Ecclesiam parochialem beate Marie virginis de Arcubus London' Decanatus de Arcubus London' n'ri et Ecclesie n're Cathedralis et Metropolitice Christi Cant' Jurisdictionis immediate necnon per affixionem presentium in aliquo loco conspicuo infra eandem Ecclesiam parochialem vel in aliis locis publicis ubi videbitur expediens omnes et singulos oppositores (si qui sint in specie, alioquin in genere) qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint, quod compareant et eorum quilibet compareat Coram nobis aut Vicario nro in spualibus generali et Officiali principali vel Comissarijs iuris aut eorum aliquo in hac parte quocunq(ue) in eadem curia parochiali beatae Mariae Virginis de Arcubus London die Jovis undecimo viz(t) die instan(tis) mensis Januarij inter horas secundam et quartam post meridiem eiusdem diei cum continuacon(e) et prorogacon(e) dierum extunc sequen(tium) et loci (si opporteat in ea parte fiend(is)) contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam (si sua putaverint interesse) in debita iuris forma dictur(os) excepturos et opposituros ulteriusq(ue) facturos et recepturos quod iustum fuerit in hac parte et dicti negotij qualitas et natura de se exigunt et requirunt. Intimantes praeterea modo et forma praedictis citatis omnibus et singulis oppositoribus (si qui sint) in specie aliisq(ue) in genere quibus nos etiam harum serie sic intimamus quod sive ipsi sic citati dictis die hora et loco coram nobis aut surrogato nostro in spualibus generali vel Comissarijs nostris praedictis comparuerint et contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam huiusmodi dicere excipere vel opponere voluerint sive non Nos nihilominus in dicto confirmationis negotio iuxta iuris et statutorum huius Regni Angliae exigentiam procedemus et procedi intendimus seu sic procedet et intendit Vicarius noster in spualibus generalis vel Comissarius praedictus, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante. Et quid in praemissis feceritis Nos aut Vicarium nostrum in spualibus generalem antedictum vel Comissarium huiusmodi debite et authentice certificetis seu sic certificet ille vestrum qui praesens nostrum mandatum fuerit executus. Dat' septimo die mensis Januarij Anno dni iuxta &c Millimo sexcentesimo tricesimo septimo et nre Transl' Anno quinto./

Certificatorium eiusdem Citationis/

Reverendissimo in Christo patri et dno dno Guilielmo providen(tia) dia Cant' Archiepo totius Angliae Primat' et Metropolitano vestro vicario in spualibus generali et Officiali principali aut Comissario cuicunq(ue) in hac parte speciali deputato vester humilis et devotus Johannes Holt gen(erosus) ac apparitor vester generalis vester ad infrascript' Mandatarius omnimodas obedientiam et reverentiam tanto reverendissimo patri debit' et condignam cum honore. Mandatum vestrum reverendissimum ultrascriptum nuper cum ea qua decuit reverentia humiliter recepi executurus Cuius vigore pariter et authoritate omnes et singulos oppositores (si qui sint) tam in specie quam in genere qui contra ultranominatam electionem formam eiusdem aut personam electam dicere excipere vel opponere voluerint tam per affixionem huiusmodi mandati vestri in valvis exterioribus Curiae parochialis beatae Mariae Virginis de Arcubus London ultrascripti et ibm aliquamdiu dimissionem quam per publicacionem eiusdem in curia parochiali praedicta octavo die instantis mensis Januarij peremptorie citavi. Quod compareant et eorum quilibet compareat coram vobis die hora et loco in huiusmodi vestro reverendissimo Mandato contentis et specificatis contra ultranominatam electionem formam eiusdem aut personam electam huiusmodi (si sua putaverint interesse) in debita iuris forma dicturos excepturos vel opposituros ulteriusq(ue) facturos et recepturos quod tenor et effectus dicti vestri reverendissimi mandati de se exigunt et requirunt, Et praeterea eisdem die et loco, antedictis oppositoribus sic praefectis citatis intimavi in omnibus iuxta vim formam et effectum huiusmodi vestri mandati. Et sic ego Mandatarius vester antedictus mandatum vestrum reverendissimum ultrascriptum huiusmodi quantum in me fuit debite et diligenter sum executus. In Cuius rei testimonium sigillum venerabilis viri Decani sive Comissarij Decanatus de Shorham et Croydon praesentibus apponi procuravi Et Nos Decanus sive Comissarius antedictus ad specialem rogatum dicti Certificantis sigillum nostrum huiusmodi praesentibus apponi fecimus Dat' decimo die mensis Januarij Anno dni stilo Angliae Millimo sexcentesimo tricesimo septimo/

Prima Schedula/

In Dei nomine Amen Nos Nathanael Brent Miles et legum doctor reverendissimi in Christo patris et dni dni Guilielmi providen(tia) divina Cant' Archiepi totius Angliae Primat' et Metropolitani vicarius in spualibus generalis et officialis principalis necnon Comissarius inter alios ad infrascripta con(iunctim) et div(isim) specialiter et legitime deputatus et constitutus in negotio Confirmacionis electionis de persona venerabilis et reverendi viri Johannis Warner sacrae theologiae professoris et decani Curiae Cathedralis Lichfeld' in Episcopum et Pastorem Ecclesiae Cathedralis Christi et beatae Mariae Virginis Roffen electi facte et celebrate rite et legitime procedentes, omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam dicere excipere vel opponere voluerint, ad comparendum coram Nobis istis die hora et loco si sua putaverint interesse) contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam in debita iuris forma dicturos, excepturos vel opposituros ad tunc et peremptorie citatos, saepius publice praeconizatos diuque et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes ad petitionem procuratoris decani et capituli ecclesiae cathedralis Christi et beatae Mariae virginis Roffen praedictae pronunciamus contumaces et in poenam contumaciarum suarum huiusmodi eis et eorum cuilibet viam ulterius opponendi contra dictam electionem formam eiusdem aut personam in hac parte electam huiusmodi eis et eorum cuilibet praecludimus in his scriptis ac etiam decernimus ad ulteriora in dicto confirmationis negotio procedendum fore iuxta iuris et statutorum huius regni Angliae exigentiam, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante.

Lecta fuit huiusmodi schedula per praefatum venerabilem virum dominum Nathanaelem Brent Militem die hora et loco in actis mentionatis./

Sumaria Petitio./

In Dei nomine Amen coram vobis reverendissimo in Christo patre et domino domino Guilielmo providentia divina Cantuariensi Archiepiscopo totius Angliae Primate et Metropolitano ad infrascripta auctoritate parliamenti Angliae (mediantibus literis commissionalibus potentissimi in Christo principis et domini nostri domini Caroli Dei gratia Angliae Scotiae Franciae et Hiberniae Regis fidei defensoris etc. sufficienter et legitime fulcito vel vestro vicario in spiritualibus generali et officiali principali legitime constituto aut commissario vestro quibuscumque in hac parte specialiter deputato commune aliquo quorumcumque. Pars venerabilium virorum decani et capituli ecclesiae cathedralis Christi et beatae Mariae virginis Roffen dicit et allegat et in his scriptis ad omnem iuris effectum exinde sequi valentem per viam summariae petitionis in iure proponit articulatim prout sequitur./

1 **Inprimis** videlicet quod sedes episcopalis Roffen per mortem naturalem reverendi in Christo patris domini Johannis Bowle nuper episcopi ibidem vacavit cepit et aliquamdiu vacavit pastorisque solatio destituta extitit et existit in praesenti hocque fuit et est verum publicum notorium et manifestum pariter et famosum Et ponit coniunctim et divisim et de quolibet

2 **Item** quod dicta sede episcopali Roffen praedicta dudum (ut praefertur) vacante dicti decanus et capitulum capitulum congregantes et capitulum facientes (licentia prius in ea parte petita et obtenta) certum diem ac domum suam capitularem ecclesiae cathedralis praedictae pro electione novi et futuri episcopi Roffen facienda et celebranda unanimiter et concorditer praefixerunt ac omnes et singulos eiusdem ecclesiae cathedralis canonicos et praebendarios ius vocis aut interesse in eadem electione habentes seu habere praetendentes ad diem et locum praedictos in huiusmodi electionis negotio processuros aut procedi visuros legitime et peremptorie citari fecerunt hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum Et ponit ut supra./

3 **Item** quod praefati decanus et capitulum die et loco praefixis videlicet tertio decimo die mensis Novembris Anno domini 1637 iam currente capitulum congregantes et capitulum facientes servatis primitus per eos de iure et statutis huius regni Angliae in ea parte servandis habitoque inter eos tractatu diligenti de persona idonea eligenda in episcopum et pastorem ecclesiae cathedralis praedictae tandem unanimiter et concorditer nullo eorum contradicente vel reclamante venerabilem et reverendum virum Johannem Warner sacrae theologiae professorem ac ecclesiae cathedralis Lichfeldensis decanum in eorum et dictae ecclesiae cathedralis Christi et beatae Mariae virginis Roffen episcopum et pastorem elegerunt et ecclesiae memoratae de eodem providerunt Et ponit ut supra./

4 **Item** quod electio huiusmodi et persona electa die praedicto in ecclesia cathedrali Roffen praedicta coram clero et populo tunc et ibidem in numero copioso congregatis debite publicatae et declaratae fuerunt et ponit ut supra./

5 **Item** quod dictus dominus electus huiusmodi electioni de persona sua in episcopum et pastorem ecclesiae cathedralis Roffen praedictae ut praefertur factae et celebratae ad humilem petitionem partis eorundem decani et capituli debitis loco et tempore consentiebat ac consensum suum eidem

praebuit in scriptis per eum lectis Et ponit ut supra./

6 **Item** quod dictus venerabilis et egregius vir Johannes Warner dominus Episcopus Roffen' electus fuit et est vir providus et discretus sacrarum literarum eminenti scientia vita et moribus merito commendatus, liber et de legitimo matrimonio procreatus, atque in aetate legitima et ordine sacerdotali constitutus, necnon deo devotus, et aliis virtutum meritis apprime necessariis Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum. Et ponit ut supra./

7 **Item** quod praefati Decanus et Capitulum huiusmodi electionem et personam electam serenissimo domino nostro Carolo per literas suas patentes sigillo eorum communi roboratas pro officio suo debito iuxta formam statuti huius Regni Angliae in ea parte editi et provisi significarunt et intimarunt et ponit ut supra./

8 **Item** quod intimato ex parte dictorum Decani et Capituli eidem regiae sublimitati processu electionis huiusmodi Idem serenissimus dominus noster Rex pro sua clementia regia electioni praedictae de persona praenominati venerabilis et reverendi viri Johannis Warner (ut praefertur) factae et celebratae consensum et assensum suos regios gratiose adhibuit et adhibet, illamque gratam et ratam habuit et habet Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum. Et ponit ut supra./

9 **Item** quod dictus serenissimus dominus noster Rex vobis praefato reverendissimo patri de consensu et assensu suis regiis huiusmodi electioni (ut praefertur) adhibitis per literas suas patentes vobis inscriptas et directas non solum significavit sed etiam earundem literarum suarum patentium serie vobis rogando mandavit quatenus vos electionem praedictam et personam electam huiusmodi confirmaretis et consecraretis Ceteraque omnia et singula perageretis quae pro in hac parte incumbunt officio pastorali iuxta formam statuti in ea parte editi et literarum patentium huiusmodi secundum velitis cum effectu Hocque fuit et est verum publicum notorium manifestum pariter et famosum Et ponit ut supra./

10. **Item** quod praemissa omnia et singula fuerunt et sunt vera publica notoria manifesta pariter et famosa atque de et super eisdem laborarunt et in praesenti laborant publica vox et fama Unde facta fide de iure in hac parte requisita ad quam faciendum offert pars ista proponens se promptam et paratam pro loco et tempore congruis et opportunis. petitque eadem pars praefatam electionem et personam electam confirmandam et consecrandam fore decerni et eum effectum confirmari et consecrari iuxta formam iuris et statutorum huius Regni Angliae. vigore necnon literarum patentium huiusmodi secundum vobis in hac parte directarum Curamque regiminis et administrationis spiritualium Episcopatus Roffen' praedicti eidem domino electo committi, ipsumque in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Roffen' Iuriumque dignitatum honorum praeeminentiarum et pertinentiarum suorum universorum inducendum et inthronizandum fore decerni, ulteriusque fieri, statui et decerni in praemissis et ea concernentibus quibuscunque quod iuris fuerit et rationis ac statutis huius Regni Angliae consonum. supplendo defectus quoscunque in hac parte intervenientes quae proponit et fieri petit pars ista proponens coniunctim et divisim non artans se ad omnia et singula praemissa probanda, nec ad onus superflue probationis de quo protestatur sed quatenus probaverit in praemissis eatenus obtineat in petitis. Iuris beneficio in omnibus semper salvo vestrum officium domine Iudex antedicte humiliter implorando./

Certificatorium reverendissimo directum./

Reverendissimo in Christo patri et domino domino Willelmo providentia divina Cantuar' Archiepiscopo totius Angliae Primati et Metropolitano aut alii cuicunque potestatem in hac parte sufficientem habenti seu habituro vestri humiles et devoti Walterus Balcanquall sacrae theologiae professor Decanus Ecclesiae Cathedralis Christi et beatae Mariae Virginis Roffen' et eiusdem Ecclesiae Capitulum omnimodas reverentiam et obedientiam tanto reverendissimo patri debitas et condignas cum honore. Vestrae reverendissimae paternitati tenore praesentium significamus Quod sede Episcopali Roffen' praedicti per mortem naturalem reverendi in Christo patris ac domini domini Johannis Bowle ultimi Episcopi et Pastoris ibidem iam vacante, Pastorisque solatio destituta Nos Decanus et Capitulum antedicti vigore et auctoritate licentiae regiae Majestatis nobis et Ecclesiae Cathedrali praedictae de alio in Episcopum et Pastorem eligendo factae et concessae in domo nostra Capitulari die datae praesentium capitulariter congregati, et Capitulum ibidem facientes [illegible] primitus per nos omnibus et singulis ad dicta electionis negotium de iure, et huius regni Angliae statutis sive antiqua consuetudine dictae ecclesiae Cathedralis (servand) habitoque inter nos diligenti et maturo tractatu de persona idonea in ea parte eligenda, tandem in venerabilem et egregium virum magistrum Johannem Warner sacrae theologiae professorem per serenissimi domini nostri regis literas speciales nominat et commendat, vota nostra direximus eundemque vigore dictae licentiae regiae Maiestatis in nostrum et dictae ecclesiae Cathedralis Christi et beatae Mariae Virginis Roffen Episcopum et Pastorem unanimiter et concorditer (nullo contradicente vel reclamante) elegimus prout per alias significatorias literas nostras dicto serenissimo domino Regi in ea parte directas et transmissas plenius liquet et apparet. Vestrae igitur paternitati reverendissimae tenore praesentium humiliter supplicamus et in domino rogamus, quatenus dictam nostram electionem sic per nos (ut praefertur) de persona praenominati venerabilis et egregii viri factam et celebratam confirmare ceteraque peragere, perficere, concedere et expedire, quae ad officium vestrum pastorale in hac parte quomodolibet spectant dignetur eadem vestra reverendissima paternitas cum favore, ut deo optimo maximo bonorum omnium largitore favente et cooperante, dictus electus et confirmatus nobis praeesse valeat utiliter pariter et prodesse, atque nos sub eo et eius regimine bono possimus deo in dicta ecclesia militare. Sicque Deus optimus maximus vestram reverendissimam paternitatem diu conservet in prosperis. In quorum omnium et singulorum praemissorum fidem et testimonium sigillum nostrum commune praesentibus apponi fecimus. Dat in domo nostra Capitulari tertio decimo die Novembris Anno domini Millesimo sexcentesimo tricesimo septimo. Et Anno Regni domini nostri Caroli dei gratia Angliae Scotiae Franciae et Hiberniae Regis fidei defensoris &c tertio decimo./

Certificatorium domino Electo directum./

Venerabili et egregio viro Johanni Warner sacrae theologiae professori Walterus Balcanquall sacrae theologiae Doctor, Decanus ecclesiae Cathedralis Christi et beatae Mariae Virginis Roffen, et eiusdem ecclesiae Capitulum omnimodam reverentiam et obedientiam tanto egregio viro debitam et condignam. Vestrae reverendae paternitati tenore praesentium significamus et notum facimus, quod vacante nuper sede Episcopali Roffen per mortem naturalem reverendi in Christo patris et domini domini Johannis Bowle ultimi Episcopi et Pastoris ibidem, Nos Decanus et Capitulum antedicti in domo nostra Capitulari die dat praesentium vigore et auctoritate licentiae illustrissimi in Christo principis ac Domini Domini nostri Caroli dei gratia Angliae Scotiae Franciae et Hiberniae Regis fidei defensoris &c nobis in ea parte fact et concess ad effectum eligendi nobis Episcopum et Pastorem ecclesiae Cathedralis praedictae, capitulariter congregati, et Capitulum ibidem facientes (servatis de iure et consuetudine ac Statutis et ordinationibus ecclesiae Cathedralis praedict in ea parte servand, habitoque inter nos tractatu diligenti de persona idonea in ea parte eligend) tandem in reverendam vestram paternitatem vota nostra direximus, eandemque reverendam paternitatem vestram in nostrum et dictae ecclesiae Cathedralis Roffen Episcopum et Pastorem unanimiter elegimus ac electionem huiusmodi dicto illustrissimo domino nostro Regi per literas nostras certificatorias Sigillo nostro communi sigillat significavimus et notum fecimus. Quocirca vestram reverendam paternitatem obnixe rogamus, quatenus huiusmodi electioni de persona vestra per nos factae et celebratae consentire, et consensum et assensum vestros eidem praebere dignemini. In quorum omnium et singulorum praemissorum fidem et testimonium Sigillum nostrum commune praesentibus apponi fecimus. Dat in domo nostra Capitulari tertio decimo die mensis Novembris, Anno Regni domini nostri Regis praedicti tertio decimo, Annoque domini Millesimo sexcentesimo tricesimo septimo./

Instrumentum consensus./

In Dei nomine Amen per praesens publicum Instrumentum cunctis appareat evidenter et sit notum. Quod die Jovis undecimo viz die mensis Januarii (Anno domini iuxta computationem ecclesiae Anglicanae) Millesimo sexcentesimo tricesimo septimo Regnique serenissimi in Christo principis et domini nostri domini Caroli Dei gratia Angliae Scotiae Franciae et Hiberniae Regis fidei Defensoris &c Anno decimo tertio, In sacrario ecclesiae parochialis beatae Mariae virginis de Arcubus London, Inque mei Sackvili Ward notarii publici subscripti ac testium inferius nominatorum praesentia. Constitutus personaliter magister Thomas Reeves Notarius publicus Almaeque Curiae Cant de Arcubus London procuratorum generalium unus exhibuit procuratorium suum literatorium pro venerabilibus viris Decano et Capitulo ecclesiae Cathedralis Christi et beatae Mariae virginis Roffen sigillo eorum communi (ut apparuit) sub/

sub cera rubea sigillatum, vi inter alios venerabilem et dignissimum virum, et fecit se partem pro eisdem. Acnon nomine eorundem Decani et Capituli presentavit venerabili et reverendo viro Johanni Warner sacre theologie professori et Decano Ecclesie Cathedralis Lichfeld tunc et ibidem personaliter presenti literas quasdam testimoniales sive certificatorias sigillo communi eorundem Decani et Capituli (ut apparuit) sub cera rubea etiam sigillatas de et super electione dicti venerabilis et reverendi viri in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis Christi et beate Marie virginis Roffen facta et celebrata, eundemque venerabilem et reverendum virum dominum electum instanter instantius et instantissime rogavit et requisivit quatenus eidem electioni de ipso et eius persona (ut premittitur) facta et celebrata consentire ac consensum et assensum suos eidem prebere dignaretur. Quiquidem venerabilis et reverendus vir dominus electus Roffen antedictus sic requisitus et interpellatus, prehabita prius per eum matura deliberatione electioni predicte de ipso et eius persona ut premittitur facta et celebrata consentiebat ac consensum et assensum suos eidem prebuit in scriptis prout in schedula quam in manibus suis tunc tenens publice legebat, continetur. Cuius quidem schedule tenor sequitur et est talis vizt. In Dei nomine Amen. Ego Johannes Warner sacre theologie professor et Decanus Ecclesie Cathedralis Lychfeld in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis Christi et beate Marie virginis Roffen rite et legitime nominatus et electus ad consentiendum huiusmodi electioni de me et persona mea facta et celebrata ex parte et per partem venerabilium virorum Decani et Capituli eiusdem Ecclesie Cathedralis instanter rogatus et requisitus (Dei omnipotentis clementia fretus) electioni huiusmodi de me et persona mea sic (ut prefertur) facta et celebrata ad honorem Dei omnipotentis patris, filii et spiritus sancti consentio eidemque consensum et assensum meos simul atque etiam rogatus et interpellatus prebeo in hiis scriptis. Super quibus omnibus et singulis tam dictus venerabilis et reverendus vir dominus electus quam memoratus magister Thomas Eyres procurator antedictus me prefatum Notarium publicum sibi unum vel plura publicum seu publica instrumentum sive instrumenta conficere ac testes infrascriptos rogatos testimonium inde perhibere instanter rogarunt et requisiverunt. Acta fuerunt hec omnia et singula premissa prout suprascribuntur et recitantur sub Anno domini Regnique Regie maiestatis mense die et loco predictis presentibus tunc etiam venerabili viro Basilio Wood legum doctore et Thoma Wilcocson Notario publico testibus ad premissa videndum audiendum et testificandum vocatis et specialiter requisitis

Et ego Carolus Wade Roffen diocesis natus publicus auctoritate regia notarius, Quia premissis omnibus et singulis dum sic (ut premittitur) sub anno domini Regnique Regie maiestatis mense die et loco predictis agebantur et fiebant unacum prenominatis testibus presens personaliter interfui eaque omnia et singula sic modo et forma prenotatis fieri geri et expediri vidi scivi et audivi atque in notam sumpsi. Ideo hoc presens publicum Instrumentum manu mea propria fideliter scriptum exinde confeci et in hanc publicam et autenticam formam redegi Signoque nomine cognomine et subscriptione meis solitis et consuetis signavi et me hic subscripsi in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus et specialiter requisitus

Secunda Schedula

In Dei nomine Amen. Coram Carolum Wade Notarium publicum Nos Nathanael Brent miles legum doctor reverendissimi in Christo patris et domini domini Guilielmi providentia divina Cantuarien Archiepiscopi totius Anglie Primati et Metropolitani vicarius in spiritualibus generalis et officialis principalis necnon Commissarius inter alios ad infrascripta venerabilis et dignissimi specialiter etiam deputatus et constitutus in negotio confirmationis electionis de persona venerabilis et reverendi viri Johannis Warner sacre theologie professoris et Decani Ecclesie Cathedralis Lichfeld in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis Christi et beate Marie virginis Roffen electi facta et celebrata, rite et legitime procedentes omnes et singulos oppositores (si qui sint) qui contra dictam electionem formamve eiusdem aut personam in hac parte electam in debita Juris forma dicturos excepturos vel opposituros ac legitime et peremptorie citatos saepius publice preconizatos diuque et sufficienter expectatos et nullo modo comparentes nec contra dictam electionem formam eiusdem aut personam electam huiusmodi aliquid dicentes excipientes vel opponentes ad petitionem procuratoris Decani et Capituli Ecclesie Cathedralis Christi et beate Marie virginis Roffensis predicte pronunciamus contumaces et in penam contumaciarum suarum huiusmodi decernimus procedendum fore ad prolationem sententie nostre diffinitive sive nostri finalis decreti in huiusmodi negotio ferendo, ipsorum sic citatorum et non comparentium absentia sive contumacia in aliquo non obstante./

Lecta fuit huiusmodi schedula per prefatum venerabilem virum dominum Nathanaelem Brent Militem die hora et loco in Acta mencionatis &c./

In Dei nomine Amen Auditis visis et intellectis ac plenarie et mature discussis per Nos Nathanaelem Brent Militem legum doctorem Reverendissimi in Christo patris et domini domini Guilielmi providentia divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Metropolitani Vicarium in spiritualibus generalem et Officialem principalem necnon Commissarium inter alios ad infrascripta concessum et directum specialiter et legitime deputatum et constitutum meritis et circumstantiis cuiusdam cause sive negotii Confirmationis electionis de persona venerabilis et Reverendi viri Johannis Warner sacre theologie professoris et Decani Ecclesie Cathedralis Lichfeldensis in Episcopum et Pastorem Ecclesie Cathedralis Christi et beate Marie virginis Roffensis electi facta et celebrata. Quod coram nobis in Judicio aliquamdiu vertebatur vertiturque in presenti et pendet indecisum Rimatoque primitus per Nos toto et integro processu coram nobis in dicto confirmationis negotio habito et facto atque diligenter recensito servatisque per Nos de Jure et statutis huius Regni Anglie in ea parte servandis ad nostram sententiam diffinitivam sive nostrum finale decretum prolationem in huiusmodi negotio ferendam sic duximus procedendum fore et procedimus in hunc qui sequitur modum. Quia per acta inactitata deducta allegata proposita exhibita confessata et probata coram Nobis in huiusmodi confirmationis negotio comperimus et luculenter invenimus electionem predictam per Decanum et Capitulum Ecclesie Cathedralis Christi et beate Marie virginis Roffensis predicte de prefato venerabili et Reverendo viro Johanne Warner electo huiusmodi viro utique provido et discreto, vita et moribus merito commendato libero et de legitimo matrimonio procreato atque in etate legitima et ordine sacerdotali constituto rite et legitime fuisse et esse factam et celebratam nihilque eidem electioni et Reverendo viro electo huiusmodi de insufficientia [illegible] obviasse seu obviare comperimus in Episcopum Roffensem auctoritate dicti Reverendissimi patris merito debere confirmari Idcirco Nos Nathanael Brent Miles et legum doctor Vicarius in spiritualibus generalis ac Commissarius et Judex antedictus sic ut prefertur specialiter et legitime deputatus et constitutus Attentis premissis et aliis virtutum meritis super quibus prenominatus electus Episcopus Roffensis fidedigno commendatur testimonio Christi nomine primitus invocato ac ipsum solum Deum oculis nostris preponentes et habito de et cum consilio Jurisperitorum cum quibus in hac parte communicavimus prenotatam electionem de eodem venerabili et Reverendo viro Johanne Warner factam et celebratam auctoritate (quâ fungimur) confirmamus defectusque quoscunque in dicto Confirmationis negotio intervenientes (si qui forsan sint) quantum in nobis est et de Jure possumus supplentes et supplemus Ipsumque dominum electum et confirmatum consecrandum et benedicendum fore decernimus Curamque regimen et administrationem spiritualium dicti Episcopatus Roffensis eidem domino electo et confirmato committimus Ac ipsum in realem actualem et corporalem possessionem dicti Episcopatus Roffensis Juriumque dignitatum honorum preeminentiarum et pertinentium suorum universorum inducendum et intronizandum fore per Archidiaconum Cantuariensis eiusve deputatum iuxta Ecclesie Cathedralis Roffensis predicte morem et consuetudinem (legibus et statutis huius regni Anglie non adversantibus) etiam decernimus et declaramus per hanc nostram sententiam diffinitivam sive hoc nostrum finale decretum quam sive quod ferimus et promulgamus in hiis scriptis./

Sententia diffinitiua./

Lecta fuit huiusmodi sententia per prefatum venerabilem virum dominum Nathanaelem Brent Militem die Jovis undecimo viz. die mensis Januarii Anno Domini iuxta &c 1637 In Ecclesia parochiali beate Marie virginis de Arcubus London inter horas secundam et quartam post meridiem &c ad petitionem magistri Thome Zookes procuratoris Decani et Capituli./

Capituli Ecclie Cathlis Christi et btæ Mariæ virginis Roffen in pntiâ mei
Caroli Wade Notarij publici Super quibus etc requisivit me etc testibus
pntibus tunc et testibus in Act mencionat /

Actus Consecrationis **Die Dominico** decimo quarto viz dic mensis Januarij Anno
Dni (iuxta Computationem Ecclie Anglicanæ) Millesimo Sexcentesimo tricesimo septimo
et Translationis reverendissimi in Xpo pris et Dni Dni Willelmi providentia divina Cant
Archiepi totius Angliæ Primatis et Metropolitani Anno quinto. In Capella dicti
reverendissimi pris infra Manerium suum de Lambehith in Comitatu Surriæ
situat. Idem reverendissimus pater vigore et auctoritate literarum Commissionalium
serenissimi in Xpo principis et dni nri dni Caroli Dei gratia Angliæ Scotiæ Franc
et Hiberniæ Regis, fidei defensoris etc sibi in hac parte direct etc assistentibus sibi
reverendis in Xpo pribus dnis Willelmo London, Waltero Winton, Johanne Eli
et Willelmo Bangoren respective Episcopis. Munus consecrationis venli et reverendo viro
Johanni Warner sacræ theologiæ professori et Ecclie Cathlis Lichfeld Decano in Epum
et Pastorem Ecclie Cathlis Christi et btæ Mariæ virginis Roffen elect et confirmat
præstito primitus per eundem dnum electum et confirmatum Juramento tam de
agnoscendo regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus ac de
renunciando refutando et recusando omni et omnimodæ Jurisdictioni potestati auctoritati
et superioritati forraneis iuxta vim formam et effectum statuti Parliamenti huius
inclyti Regni Angliæ in ea parte editi et provisi Necnon de reverentia et obedientia debit
prænominato reverendissimo pri dno Archiepo Cant et Ecclie metropoliticæ Christi Cant
adhibend quam de Simonia non commissa per eum vel eius procuratorem sibi acquisitorem
Epatus Roffen prædict iuxta Canonem in ea parte edit etc adhibitisque ritibus et
ceremonijs de usu moderno Ecclie Anglicanæ adhibend iuxta formam descript
in libro intitulat. The forme and manner of makinge and consecratinge Byshops
Priests and Deacons etc impendebat, In pntia mei Caroli Wade Notarij publici
præsentibus tunc ibidem honorandis viris Thoma dno Coventry dno Custode magni
sigilli Angliæ, Henrico Comite Manchester Custode privati Sigilli et Francisco
dno Cottington Cancellario de Scaccario ac Curiæ Wardorum et Liberationum
magistro Necnon venlibus viris Dno Nathanaele Brent milite et legum doctore
dicti reverendissimi pris Vicario in spualibus genli et Officiali principali Dno Henr
Lambe Milite, et legum doctore Curiæ Prerogativæ Cant magro Custode sive
Commissario dno Carolo Cæsar Milite et legum doctore Curiæ audientiæ Cant
causarum et negotiorum Auditore Thoma Rives legum doctore Advocato Regio,
Arthuro Ducke, Johanne Farrer, Thoma Bennett, Willelmo Merricke,
Johanne Exton et Willelmo Rant legum doctoribus et Curiæ Cant de
Arcubus prædict Advocatis generalibus, Thoma Mountfort Wariss
Thoma Westley et Alexandro Hill sacræ theologiæ respective professoribus Ac
etiam magro Thoma Turner sacræ theologiæ Bacchlo, Willelmo Bray et
Johanne Oliver sacræ theologiæ Bacchlis Capellanis domesticis præfati
reverendissimi pris dni Archiepi Cant Johanne Holt generoso Apparitore
generali eiusdem reverendissimi patris Anthonio Holmes et Thoma Welgrave etc
ac Richardo Bakir Notario publico ac multis alijs in numero copioso congregat
testibus

a legum doctore Curiæ
Cant de Arcub London officiali Dno
Henrico Marten Milite

Mandatum ad
intronizand dnum
Episcopum **Guilielmus** providentia divina Cant Archiepus totius Angliæ
Primas et Metropolitanus ad infrascripta auctoritate Parliamenti huius inclyti
Regni Angliæ (mediantibus literis Commissionalibus patentibus serenissimi in Xpo
principis et dni nri dni nri Caroli Dei gra Angliæ Scotiæ Franciæ et Hiberniæ
Regis fidei defensoris etc sufficienter et legitime fulcit) venli viro Willelmo Kingsley
sacræ theologiæ professori Archino nro Cant in Ecclia nra Cathli et Metropolit
Christi Cant Salutem et graciam. Cum vacante nuper sede Epali Roffen
per mortem naturalem reverendi in Xpo pris dni Johannis Bowle ultimi Epi
et Pastoris ibm Decanus et Capitulum Ecclie Cathlis Christi ac btæ Mariæ
virginis Roffen (licentia regia primitus in ea parte petita et obtenta) venlem et
reverendum

reverendum virum Johannem Warner sacra theologia professorem et Ecclie
Cathlis Lichen Decanum in Eppum et dnm Ecclie Cathlis Roffen Eppum et pastorem
elegerunt et Ecclie Cathlis predict de eodem providerunt Quam quidem electionem
et personam sic electam (servatis de iure et statutis huius Regni Angliæ in casu
edit servandis) Nos Willielmus Archiepus Cant antedictus auctate qua fungim
confirmavimus eidemque confirmato Curam regimen et administracionem spualium
dci Epatus Roffen commisimus necnon consequenter munus Consecracionis (adhibitis
ritibus et Ceremonijs de more Ecclie Anglicanæ adhibendis) eidem dno electo et
confirmato impendimus Ipsumque dnum electum confirmatum et consecratum
seu procuratorem suum legitimum eius nomine ac pro eo in realem actualem et
corporalem possessionem dci Epatus Roffen Iuriumque dignitatum honorum
preeminentiarum et pertinentiarum suorum universorum inducend installand
et intronizand fore decrevimus Iustitia mediante Tibi igitur firmiter
precipiendo mandamus quatenus prefatum reverendum patrem dnum Johem
Warner electum confirmatum et consecratum seu procuratorem suum
legitimum eius nomine ac pro eo in realem actualem et corporalem possessionem
dci Epatus Roffen Iuriumque dignitatum honorum preeminentiarum et
pertinentiarum suorum universorum inducas installes et intronizes seu sic induci
installari et intronizari facias eumque etiam Cathedramque sive sedem Epalem
in ecclia Cathli Roffen predict Epo ibm assignari solit et consuet sibi (ceri-
moniis etc) assignes eumque in nomine dni nri Jesu Christi imponas seu
imponi facias prout de iure Iuribus et consuetudinibus nris Archiepalibus
Cant et ecclie nre Cathlis et Metropolitice Christi Cant predict dignitatibus et
honoribus in omnibus semper salvis In Cuius rei testimonium sigillum (quo
in hac parte utimur) presentibus apponi fecimus Dat decimo quarto die mensis
Januarij Anno dni (iuxta Computacionem Ecclie Anglicanæ) Millimo sexcentimo
tricesimo septimo Et nre Transl Anno quinto./

Vicesimo secundo die mensis Januarij Anno dni et
1637 emanavit inductio vigore mandati supradicti magris Elizeo Burgis
sacra theologia Bacho Arthuro Roffen Johanni Lorkin et Georgio Smith
in Artibus respective magris et Prebendarijs Ecclie Cathlis Christi et
beate Mariæ virginis Roffen conm et divm ad inducend et intronizand
predictum reverendum patrem./

Inductio dni Epi.

Omnibus Christi fidelibus ad quos hoc presens scriptum
pervenerit Johannes permissione divina Roffen Epus Salutem in dno sempiternam
ac fidem indubiam presentibus adhiberi Cum de antiqua laudabili longevaque et
hactenus prescripta consuetudine hactenus per tempus hominis memoriam
superans inconcusse postulat et obstupat quam etiam de singulari prerogativa
Ecclie Metropoliticæ Christi Cant fuerit et sit inveteratum postulatum et
observatum Quod Archiepus Cant pro tempore existens cuilibet
suffraganeorum in Epum alicuius Ecclie Cathlis suæ Cant provinciæ
electi statim post Confirmacionem electionis huiusmodi unum Clericum idoneum
nominare et deputare possit. Cui idem electus confirmatus teneatur quamprimum
facultas se obtulerit, in sua ecclia Cathli de dignitate Canonicatus et Prebenda
seu de alio competenti beneficio eccliastico providere Ac interim dnum Clericum ad
dignitatem Canonicatum et Prebendam seu beneficium huiusmodi sic promovend
accipiat et admittat necnon sibi pensionem annuam sufficientem constituere
cantiterque solvend et impendend quousque eidem Clerico de aliqua dignitate Canonicatu
et Prebenda vel Competenti beneficio huiusmodi sufficienter fuerit cautum et provisum.
Noveritis igitur Nos prefatum Johannem Epum antedictum Iura libertates
consuetudines et prerogativas Ecclie metropoliticæ Christi Cant predict (prout
tenemur) pro posse nro adimplere volentes ex causis et consideracionibus predictis
ac in plenam satisfactionem earundem dedisse concessisse et confirmasse
reverendissimo/

Aduocatio Ecclia de Wouldham./

reverendissimo in Xpo patri et dño Dño Willielmo providentia divina Cant Archiepo totius Angliæ Primat et Metropolitano Executoribus et Assignatis suis primam et proximam advocationem nominationem presentationem liberamque dispositionem et ius patronatus Rectoriæ Ecclesiæ parochialis de Wouldham in Comitatu Cantii necnon patronatus et dispositionis eiusdem quandocumque et quamprimum dictam Rectoriam per mortem, resignationem, cessionem dimissionem permutationem privationem vel alio quocumque modo primo et prox post datum presentium vacare contigerit pro una vice proximaque vacatione eiusdem Rectoriæ tantum Habendum et tenendum dict advocationem, nominationem presentationem, liberamque dispositionem et ius patronatus Rectoriæ Ecclesiæ parochialis de Wouldham predict sic ut prefertur primo et prox vacatur prænominato reverendissimo patri dño Willielmo Cant Archiepo Executoribus et assignatis suis pro una vice et prox vacatione eiusdem tantum Ita quod bene liceat et licebit prefato reverendissimo patri executoribus et Assignatis suis ad libitum suum auctoritate presentium quamcumque personam idoneam ad Rectoriam Ecclesiæ parochialis de Wouldham pred utcumque vacare contingentem pro una vice tantum nominare et presentare Ac huiusmodi nominationes et presentationes de predicta Rectoria Ecclesiæ parochialis de Wouldham cuicumque personæ idoneæ huiusmodi facere et concedere, ac omnia alia et singula facere exequi et perimplere quæ in premissis seu eorum aliquo necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna adeo plene libere et integre ac in tam amplis modo et forma prout Nos prefatus Episcopus facere vel seu facere possemus si hæc presens nostra concessio sive confirmatio inde facta non fuisset Et si contigerit hanc nostram donationem sive concessionem vacare forsan alicuius prioris donationis sive concessionis per Nos aut predecessores nostros inde facta seu quavis alia de causa vel occasione pro prima et proxima vacatione dictæ Rectoriæ de Wouldham predict suum debitum non sortiatur effectum Tunc et in eo casu volumus et concedimus pro nobis et Successoribus nostris Quod hæc presens donatio sive concessio nostra sese extendat ad secundam ac etiam in casu simili ad tertiam vacationem eiusdem Rectoriæ de Wouldham Ita quod ius patronatus dictæ Rectoriæ ad nos et Successores nostros antea non revertatur donec et quousque una aliqua et persona idonea auctoritate presentium ad nominationem et presentationem predicti reverendissimi patris executorum vel Assignatorum suorum ad predictam Rectoriam pro una vice tantum fuerit admissa ac in eadem Canonice instituta Necnon in realem actualem et corporalem possessionem eiusdem Iuriumque membrorum et pertinentium suorum universorum inducta pacifice et quiete. In Cuius rei Testimonium sigillum nostrum Speciale presentibus apponi fecimus Dat vicesimo sexto die mensis Januarii Anno dñi (iuxta Computationem Ecclesiæ Anglicanæ) Millesimo sexcentesimo tricesimo septimo Regnique Serenissimi in Xpo principis et dñi nostri dñi Caroli Dei gratia Angliæ Scotiæ Franciæ et Hiberniæ Regis fidei defensoris et Anno decimo tertio./

Visitatio Metropolitica Cantuar:

Ecclie Cathedralis ac Civitatis et Dioc' Cantuarien Annis Domini 1633 et 1634./

Inhibitio Decano et Capitulo Cantuarien.

Guilielmus providentia divina Cantuarien Archiepus totius Angliae Primas et Metropolitanus Dilectis nobis in Christo venerabilibus viris Decano et Capitulo Ecclie nrae Cathlis et Metropoliticae Christi Cantuarien seu eorum in hac parte vices gerenti cuicunque Salutem et gratiam. **Quia** ex sacrae legis auctoritate vultum pecoris nri cognoscere et gregi nobis concredito, neque tutelae et curae commisso diligenter attendere et invigilare tenemur, ea studiosius exequentes quae Dei gloriam et honorem, neque Ecclie Metropoliticae Christi Cantuar' praed utilitatem et decorem, subditorum commodum et quietem ac virtutum incrementum et vitiorum extirpationem concernere dinoscuntur; Hinc est quod nos Ecclesiam nram Metropoliticam Christi Cant praed in personis atque et membris suis Ac totam Civitatem et Dioc' nras Cantuar' Clerumque et populum earund (divina favente clementia) propediem Jure nro Metropolitico actualiter visitare intendentes Vobis tenore presentium inhibemus ac per vos omnibus et singulis quibus de Jure seu consuetudine inhibend fuerit inhiberi volumus et mandamus quatenus nec vos nec vrum aliquis a die receptionis presentium aut intimationis earundem vobis seu vrum alteri sive cui fiend pendente visitatione nra huiusmodi quicquam in preiudicium eiusdem visitationis nrae Metropoliticae attemptetis vel attemptent faciatisque aut faciant aliqualiter attemptari sub poena Juris De die vero receptionis presentium aut executionis earundem ac de omni eo quod in premissis feceritis seu fieri causaveritis nos aut Vicarium nrum in spiritualibus generalem sive Commissarium aut Commissarios nros quoscunque debite et autentice per literas vras patentes certificetis. In cuius rei Testimonium Sigillum (quo in hac parte utimur) presentibus ~~est appensum~~. Dat in Manerio nro de Lambeth vicesimo septimo die mensis Novembris Anno Dni Millesimo sexcentesimo tricesimo tertio, et nrae Translationis Anno primo./

Inhibitio Archino Cantuar'.

Guilielmus providentia divina Cantuarien Archiepus totius Angliae Primas et Metropolitanus Dilecto nobis in Xpo ac venerabili viro Willimo Kingsley sacrae theologiae professori Archino nro Cantuar' in Ecclia nra Cathli et Metropoliticae Christi Cantuar' eiusve Officiali cuicunque Salutem et gratiam. Quia nos totam Civitatem et Dioc' [illegible] Cant Clerumque et populum earundem (divina favente clementia) visitare intendimus Vobis et utrique vrum tenore presentium inhibemus ac per vos seu vrum alterum omnibus et singulis aliis personis Jurisdictionem ecclesiasticam infra Archinatus Cantuar' praed quovismodo exercentibus cum omni celeritate accomoda sic inhiberi volumus et mandamus quatenus nec vos nec vrum aliquis a die receptionis presentium aut intimationis earundem vobis seu vrum alteri sive cui fiend pendente Visitatione nra huiusmodi Ecclesias aut alia loca Ecclica Clerumve aut populum dicti Archinatus Cantuarien visitare aut ea quae sunt Jurisdictionis ecclicae quovismodo exercere seu quicquam aliud in preiudicium visitationis nrae huiusmodi attemptare presumatis seu presumat vrum alter sive aliquis sub poena contemptus. Et quid in premissis feceritis nos aut Vicarium nrum in spiritualibus generalem sive Commissarium quemcunque cum ad hoc congrue fueritis requisiti debite et autentice certificetis prout decet. In cuius rei Testimonium Sigillum (quo in hac parte utimur) presentibus est appensum Dat in Manerio nro de Lambeth vicesimo septimo die mensis Novembris Anno Dni Millesimo sexcentesimo tricesimo tertio et nrae Transl Anno primo./

Similis Inhibitio Commissario Cantuar./

Emanavit eisdem die mense et Anno similis Inhibitio venerabili viro Dno Nathanaeli Brent militi et legum Doctori Commissario generali Civitatis et Dioc' Cantuar./

Comissio ad visitandam Ecclesiam Cathem et Metropoliticam Christi Cantuar./

Guilielmus providentia divina Cantuar' Archiepus totius Angliae Primas et Metropolitanus Dilectis nobis in Christo venerabili Confratri nro Dno Johanni eadem providentia Roffen Epo ac necnon venerabilibus viris Dno Nathanaeli Brent militi legum Doctori Vicario nro in spiritualibus generali et Officiali principali ac Thomae Reeve legum etiam Doctori Advocato Regio

Salutem et gratiam. Suscepti Cura regiminis nos impellit ut vitia extirpando et virtutes plantando, nri Officij debitum quantum cum Deo possumus, implere nitamur, hinc est quod nos Ecclesiam nram Cathedem et Metropoam Christi Cantuarien tam in Capite quam in membris Jure nro ordinario et metropolitico propediem (annuente Dno) visitare et defectus inibi repertos correctione et reformatione necessarie indigentes corrigere et in statum suum debitum pro viribus restituere proponimus et intendimus, Verum quoniam nos quibusdam arduis negotijs ita sumus implicati et remorati, prout de verisimili timemus in futurum, quod dcum nrum pium propositum in persona nra propria exequi non possumus, Vobis con.mi et dil.mi de quorum conscientiæ puritate, circumspectionis industria et in rebus feliciter gerendis dexteritate in hijs et alijs vobis creditis negotijs plurimum confidimus hanc Provinciam duximus committendam; Ad visitand igitur tam in Capite quam in membris Ecclesiam nram Cathedem et Metropoam Christi Cant. predict Clerumque et populum in eadem degen sive residen eiusque statum Ecclie predict necnon vita moribus et conversatione ac etiam qualitatibus personarum in Ecclia nra predict degen sive ministran modis oibus quibus id melius et efficatius poteritis inquirend et investigand Ac criminosos culpabiles et delinquentes tam Clericos quam laicos condignis penis etiam usque ad beneficiorum, dignitatum et officiorum suorum privationem (si facti atrocitas ita poposcerit) fructuumque redditium et proventuum Ecclesiarum et locorum (quibus præsunt) sequestraconem vel quamcunque aliam congruam et competen correctionem inclusive puniend et corrigend alysque ad probatiores vivendi mores, modis oibus quibus id melius poteritis reducendum Et generaliter omnia et singula alia faciend exercend et expediend quæ in præmissis aut circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna, Vobis con.mi et dil.mi committimus vices nras ac plenam in Dno tenore pntium concedimus facultatem cum cuiuslibet coertionis canonicæ ptate Necnon alium sive alios in præmissis et eorum quolibet (si opus fuerit) loco vro substituendi Assumpto vobis con.mi et dil.mi ac substitutis vris huius unius vel pluribus Dilecto nobis in xpo Willmo Sherman notario publico Registrario nro primli vel eius in hac parte deputat seu deputand in Registrarium et actorum vrorum Scribam durante visitacone nra pred. Mandando, nihilominus quod dca visitacone nra finita de omni eo quod per vos aut vrum aliquem in hac parte actum gestum sive expeditum fuerit nos aut Vicarium nrum in spualibus gnalem et Officialem primlem, per lras vras patentes, sub forma authentica, concepatas, certiores facere curetis prout decet. In cuius rei Testimonium Sigillum (quo in hac parte utimur) pntibus apponi fecimus Dat in Manerio nro de Lambeth vicesimo octavo die mensis Novembris Anno Dni Millmo sexcentmo tricesimo tertio, et nræ Translationis Anno primo. /

Commissio ad visitand Civitatem et Dioc Cantuarien. /

Guilielmus providentia Dia Cantuarien Archiepus totius Angliæ Primas et Metropolitanus Venerabili Confratri nro Dno Iohanni eadem providentia Roffen Epo, necnon venerabilibus viris Dno Nathanaeli Brent militi legum Dcori ac Vicario nro in spualibus gnali et Officiali primli, Thomæ Rives legum etiam Dcori Advocato Regio, Isaaco Bargrave sacræ theologiæ professori Decano Ecclie nræ Cathedis et Metropolit Christi Cantuar Iohanni Warner et Thomæ Jackson sacræ theologiæ etiam respective professoribus ac eiusdem Ecclie Prebendarijs Richardo Clarke sacræ theologiæ professori et Merico Causabon sacræ theologiæ Baccalaureo Salutem et gratiam. Suscepti Cura regiminis nos impellit ut vitia extirpando et virtutes plantando, nri officij debitum quantum cum Deo possumus, implere nitamur, Hinc est quod nos Civitatem et Dioces nram Cantuarien predict tam in Capite quam in membris Clerumque et populum in eisdem degen sive residen (Jure nro Metropco propediem annuente Dno) visitare et defectus inibi repertos, correctione et reformatione necessarie indigen corrigere et in statum suum debitum pro viribus restituere proponimus et intendimus; Verum quoniam nos impræsentiarum quibusdam arduis et urgentibus negotijs ita sumus implicati et remorati prout etiam de verisimili timemus in futurum quod dcum nrum pium propositum in persona nra propria exequi non possumus, spectabamus, uti volumus si visitationis impedimentis non remoraremur, Vobis igitur et cuilibet vrum con.mi et dil.mi de quorum conscientiæ puritate circumspectionis industria et in rebus feliciter gerendis dexteritate in hijs et alijs vobis creditis negotijs plurimum confidimus, hanc Provinciam duximus committendam Ad visitandum igitur tam in Capite quam in membris

Civitatem et Dioc' nram Cantuar' necnon quascunq; Collegiatas, parochiales et prebendales -
Ecclias et alia loca ecclica quecunq; tam exempta quam non exempta, in et per Civitatem et --
Dioc' nram Cantuar' predict (Ecclia nra Cathedrali et Metropolica xpi Cant duntaxat --
excepta) ubilibet constitut Clerumq; et populum in eisdem degen siue existen deq; statu Ecclesiarum
et locorum hmoi (quibus preesunt) necnon vita, moribus et conversacione ac etiam qualitatibus
personarum in Eccliis et locis hmoi degen siue ministran modis oibus quibus id melius -
aut efficatius de Jure poteritis, inquirend et investigand. Criminosos vero culpabiles et -
delinquentes tam Clericos quam laicos, condignis penis etiam usq; ad beneficiorum, dignitatum
siue officiorum suorum privacionem (si facti atrocitas ita poposcerit), fructuumq; reddituum
et proventuum ecclesiarum et locorum hmoi (quibus preesunt) sequestracionem vel quamcunq; -
aliam congruam et competentem correctionem iuxta formam Constitucionum nuper in Convocacione
edit' et regia autate confirmat' melius siue puniend et corrigend, atq; ad probatiores vivendi
mores modis oibus quibus id melius et efficatius de Jure poteritis reducendum, Testamenta
etiam et ultimas voluntates quorumcunq; defunctorum infra Civitatem et Dioc' nram Cant
predict decedentium proband approband et insinuand Administracionesq; bonorum eorundem defunct
et aliorum ab intestat' siue per viam intestat' etiam decedentium Executoribus in hmoi testamentis
nominatis et aliis quibus de Jure aut huius Regni Anglie legibus et statutis committi debeant
in debita Juris forma expediend, concedend et committend Computa quoq; Executorum et Administra-
torum hmoi recipiend audiend examinand et admittend ac computantes hmoi ab omni
ulteriori Computo, Calculo siue raciocinio in hac parte reddend prout Juris fuerit et equi-
tatis, acquietand relaxand et finaliter dimittendum Causasq; instanciarum quascunq; exami-
nandum et finaliter determinand Contumaces autem et rebelles cuiuscunq; status siue condi-
cionis fuerint (si quos inveneritis) per Censuras ecclesiasticas compescend Ecclesias autem et --
alia loca dimissa vacare et pro vacan habend fore decernend et declarand necnon Clericorum
et beneficiatorum quorumcunq; tam pro ordinibus quam beneficiis per eos adeptis lras et instrumenta
ac munimenta quecunq; exigend et recipiend eaq; et ea diligenter examinand et discuciendum
et quos non sufficienter munitos in ea parte compereritis ab officiis et beneficiis huiusmodi --
dimittend et sic pro non munitis pronunciand et declarand Synodosq; et Capitula tam --
generalia quam specialia Cleri et populi hmoi pro execucione premissorum aut reforma-
cione quarumcunq; habenda faciendum et convocand Procuracionesq; et Synodalia quecunq;
nobis racione visitacionis nre Metropolice hmoi debit' ad usum nrum petend requirend --
exigend levand et recipiend ac procuraciones hmoi non solventes aut solvere recusantes
per censuras ecclicas cogend coercend et compellend. Ac inhibendum preterea vice et autate
nris Archiepo nro Cantuar' et eius Officiali et eorum utriq; ac eorum Actorum Scribe seu Scribis
et Registrariis ceterisq; oibus et singulis quibuscunq; Jurisdictionem aliquam spualem vel ecclicam
autate dicti Archiepi in et per Civitatem et Dioc' nram Cant predict exercen, ne ipsi aut
eorum aliquis, pendente visitacione nra hmoi, Jurisdictionem aliquam spualem vel ecclicam
alicubi infra Civitatem et Dioc' nram Cant predict quoquo modo exerceret aut quicquam --
aliud in preiudicium siue dispendium visitacionis nre hmoi quoquo modo attemptare presumant
seu eorum aliquis presumat, faciantq; aut faciat sub pena contemptus Ac usurpata et attemp-
tata in contrarium, per legitima Juris remedia revocand et reformand, Contra usurpatores
vero attemptatores et transgressores hmoi procedend ac eos per quascunq; censuras ecclesiast
canonice puniend et compescend Et generaliter omnia et singula alia faciend exercend et
expediend que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, Vobis
et cuilibet vrum coniunctim et divisim vices nras committimus et plenam in Dno tenore presentium concedimus
facultatem cum potestate alium vel alios in premissis et eorum quolibet (si opus fuerit) loco vro et
cuiuslibet vrum substituend Assumpto vobis et cuilibet vrum coniunctim et divisim ac Substituto siue --
Substitutis vris hmoi uno vel pluribus Dilecto nobis in xpo Willmo Sherman notario -
publico Registrario nro principali vel eius deputat seu deputand in Registrarium et actorum vrorum
Scribam, necnon Johanne Holt generoso Apparitori nro generali vel eius deputat in --
Apparitorem et mandatarium vrum in hac parte durante visitacione nra Metropolica
hmoi. Et quoniam nri est pro officii nri pastoralis debito vigilanter prospicere ut boni
fideles digni et idonei operarii in vineam Dni mittantur Collaciones quorumcunq;
beneficiorum dict' Civitatis et Dioc' nre Cant vacan et vacatur necnon personalem

examinacionem

examinationem, approbationem, admissionem, institutionem et inductionem quorumcunque Clericor
ad quaecunque beneficia ecclesiastica infra dict Civitatis et Dioc nra Cant (durante visitatione nra predicta)
presentatorum aut imposterum presentandorum, nobis et Vicario nro in spualibus generali et Officiali
principali specialiter reservamus (quibuscunque lris nris Commissionalibus aut aliquo in eisdem content in
contrarium factum non obstan quibuscunque). Mandantes quod Articulos auctate nra promulgand
et ministrand in et per Civitatem et Dioc nram Cantuar predict in hac nra visitatione debite
executioni demandari et ab omnibus quos concernunt inviolabiliter observari ac de illis et eorum
singulis iuxta iuris exigentiam diligenter inquiri faciatis. Mandantes praeterea quod dicta
visitatione nra finita de omni eo quod per vos aut vrum aliquem in hac parte actum gestum
sive expeditum fuerit per lras vras patentes sub forma authentica conceptas nos aut
Vicarium nrum in spualibus generalem et Officialem principalem respective certiores faciatis, Ac de omnibus
vero feodis, commoditatibus, proficuis et emolumentis, ratione visitationis nrae Metropoliticae hmoi
durante visitatione praed percipien ac ratione delictorum in eadem verum plenum et fidelem
Computum Vicario nro in spualibus generali iustificatum reddatis. In cuius rei Testimonium sigillu
(quo in hac parte utimur) presentibus apponi fecimus. Dat vicesimo octavo die mensis Novembris
Anno Dni Millesimo sexcentesimo tricesimo tertio, et nrae Transl Anno primo. /

Commissio concessa Dno Archino Cant et eius Officiali ad procedend in causis mixtis non obstan inhibitione.

Guilielmus providentia divina Cantuar Archiepus totius Angliae Primas et Metropolitanus
Dilectis nobis in Xpo Willmo Kingsley sacrae theologiae professori Archino nro Cantuar in Ecclia
nra Cathli et Metropolitana Christi Cant et Willmo Stede legum Doctori eius Officiali Saltm
et gratiam. Cum nos nuper Ecclesiam nram Cathedralem et Metropoliticam ac Civitatem et Dioc nras
Cantuar (Iure nro Metropolitico) actualiter visitare intendentes vobis inhiberi fecerimus ne (pendente
visitatione nra hmoi) Iurisdictionem aliquam Ecclesiasticam in et per easdem Civitatem et Dioc nras
Cantuar exerceretis seu quicquam aliud in preiudicium visitationis nrae hmoi quovismodo
attentaretis sub poena contemptus. Nos nihilominus volentes causas et negotia inter subditos
Archinatus Cant coram vobis pendentia [illegible] ratione inhibitionis nrae hmoi remorari
sed iustitiam et eius complementum eisdem subditis omnibus et singulis cum omni (qua decet)
matura celeritate fieri et ministrari cupientes. Ut igitur in causis et negotiis quibuscunque
tam ex officio mero mixto vel promoto quam instantialibus inter quascunque partes coram
vobis hactenus motis et movendis pendentibus procedere Iustitiamque in ea parte ministrare
libere et licite possitis et valeatis licentiam vobis prefatis Willmo Kingsley et Willmo
Stede tenore presentium concedimus (quacunque Inhibitione auctate nra antehac in contrarium
facta in aliquo non obstan). Volumus tamen quod nec vos nec Officiarii vri ad insinuationem
et approbationem Testamentorum et commissionem Administrationum aliquorum defunctorum nullatenus
procedatis aut procedant donec omnes et singulae sessiones dictae visitationis nrae fuerint expedit
et dicta nra Visitatio fuerit relaxata et quod hae lrae nrae Commissionales nobis aut Vicario nro
in spualibus generali non cedant ullo praeiudicio quominus in omnibus aliis negotiis et causis pendente
visitatione nra predicta procedamus tam libere acsi huiusmodi lrae non essent omnino concessae. In
cuius rei Testimonium Sigillum (quo in hac parte utimur) presentibus apponi fecimus. Dat
secundo die mensis Decembris Anno Dni Millesimo sexcentesimo tricesimo tertio, et nrae Transl Anno
primo. /

Cantuar Visitatio.

Die Lunae nono viz die mensis Decembris Anno Dni 1633. Venerabilis vir Dnus
Nathanael Brent miles legum Doctor Vicarius in spualibus generalis et Officialis principalis nec non
Commissarius inter alios conimtim et divisim rite et legitime constitut per Reverendissimum in Xpo patrem et
Dnum Dnum Guilielmum providentia divina Cantuar Archiepum totius Angliae Primatem et
Metropolitanum ad visitandum (Iure Metropolitico) Civitatem et Dioc Cantuar In eius aedibus infra
parochiam Sti Botolphi extra Aldersgate London etc In presentia mei Caroli Wade notarii publici
ex certis causis eum et eius animum (ut asseruit) in hac parte moven, pro tunc, substituit et
surrogavit magros Humphridum Peake sacrae theologiae professorem et unum prebendariorum
Ecclesiae Cathlis et Metropolitanae Christi Cant et Edwardum Aldey Clericum in Artibus magrum
ad cognoscend, procedend, statuend et diffiniend in omnibus et singulis causis et negotiis [illegible]
in Civitate et Dioc Cant praed tam ex officio mero mixto vel promoto quam ad quarum-
cunque partium instantias sive promotiones etc Causasque et negotia huiusmodi finaliter determinand

[illegible]

necnon ad exercendum omnem et omnimodam aliam Jurisdictionem infra eam Civitatis et Dioc
Cant predict et ad beneplacitum predicti Rmi patris et non aliter duraturas tantummodo
duratur. Salvis et reservatis dicto Rmo patri et prefato dno Nathanaeli Brent eius Vicario
in spiritualibus generali ante dictis examinatione admissione, institutione et inductione quorumcumque
clericorum ad quecumque beneficia infra dict Civitatem et Dioc Cant existentia etc. Ac
salvis dicto dno Nathanaeli Brent omnibus et singulis feodis, proficuis et commoditatibus
quibuscumque ratione Jurisdictionis huiusmodi et visitationis Metropolitice predict pertinentibus etc. /

Citatio direct Decano et Capitulo Cantuar pro visitatione habenda.

Guilielmus providentia divina Cantuar Archiepus totius Anglie Primas
et Metropolitanus Dilectis nobis in Christo Decano et Capitulo Ecclesie nostre Cathedralis et Metropolitice
Christi Cantuar seu eorum cuilibet Salutem et gratiam. **Quia** ex sacro legis auctoritate
gregi nobis credito nostreque tutele et fidei commisso diligenter intendere et invigilare tenemur ea
studiosius exequentes que Dei gloriam et honorem nostreque Ecclesie Metropolitice Christi Cant
predict utilitatem et decorem ministrorum Subditorumque commodum et quietem ac virtutum
incrementum et vitiorum extirpationem concernere dinoscuntur, Hinc est quod nos Ecclesiam
nostram Cathedralem et Metropoliticam predict in personis rebus et membris suis (divina favente
clementia) prout decet iure nostro Ordinario atque Metropolitico actualiter visitare intendentes
vos tenore presentium peremptorie citamus ac per vos seu vestrum unum de quo attinet omnes
et singulos Canonicos et Prebendarios tam maiores quam minores verbi Dei
predicatores ac alios quoscumque dignitates administrationes Officia personatus promotiones
aut beneficia quecumque in dicta Ecclesia nostra Metropolitica obtinentes necnon Vicarios, clericos
et alios ministros eiusdem Ecclesie omnes et singulos peremptorie citari et moneri volumus
et mandamus personaliter si apprehendi valeant Alioquin per affixionem presentium seu
vero Copie earundem in Choro Ecclesie predicte seu in valvis exterioribus eiusdem atque
aliis viis et modis quibus de Jure ad melius sciveritis atque poteritis Ita quod huiusmodi
Citatio ad eorum omnium et singulorum sic citandorum notitiam verisimiliter pervenire
poterit Quod compareatis ac vestrum et eorum quilibet compareat coram nobis aut venerabili
Confratre nostro domino Johanne permissione divina Roffen Episcopo vel dilecto nobis dno
Nathanaeli Brent milite legum doctore Vicario nostro in spiritualibus generali et Officiali
principali et Thoma Lewis legum etiam doctore Advocato Regio coniunctim vel divisim aliquo in
domo Capitulari Ecclesie nostre Cathedralis et Metropolitice Christi Cantuar predict die Lune
decimo quarto viz die mensis Aprilis iam prox futur post datum presentium inter horas
nonam et undecimam ante meridiem eiusdem diei cum continuatione et prorogatione dierum
extunc sequentium et locorum si et quatenus oportebit in ea parte faciendis visitationem nostram
Ordinariam et Metropoliticam huiusmodi tunc et ibidem (divina favente clementia) exercendam in
omnibus subituri, fundationesque, dotationes, Chartas, concessiones, statuta ordinationes Ceteraque
omnia et singula munimenta vos illos et Ecclesiam nostram predict statumque quomodolibet concernentia
licentias insuper Collationes, Institutiones, Installationes, Uniones ordinum literas, dispen-
sationes, pluralitates gratias et concessiones quascumque vobis illisque seu eorum alicui aut
Ecclesie nostre predict fact et concess tunc et ibidem exhibitur et ostensur, ulteriusque factur et
recepturi quod natura et qualitas visitationis nostre huiusmodi de se exigunt et requirunt, Vobis
etiam tenore presentium inhibemus ac per vos omnibus et singulis quibus de Jure seu con-
suetudine inhibend fuerit inhiberi volumus, ne visitatione nostra huiusmodi pendente quicquam in
preiudicium eiusdem attemptetis seu attemptari faciatis vel attemptet aut faciat seu attemptari
permittat aliquid premium sub pena Juris. Et de diebus vero receptionis presentium et executionis
earundem ac de omni eo quod in premissis feceritis seu fieri causaveritis nos aut
Vicarium nostrum in spiritualibus generalem et Officialem principalem seu Commissarium substitut
aut surrogatum nostrum dictis die horis et loco debite et autentice per literas vestras patentes
harum seriem presentium nominibus et cognominibus omnium et singularum personarum
citatarum atque monitarum in quadam schedula literis vestris Certificatoriis huiusmodi
annectend conscriptis continentes, reddatis facere curetis prout decet, Procurationes
vero nobis ratione visitationis nostre huiusmodi competentes tunc et ibidem promptas et paratas
habeatis prout vobis convenit. In cuius rei testimonium sigillum (quo in hac parte
utimur) presentibus apponi fecimus, Dat in Manerio nostro de Lambehithe septimo die
mensis

mensis Martij Anno Dni (juxta Computaconem Ecclie Anglicanae) Millimo sexcentesimo tricesimo tertio et nre Transl Anno primo./

Commissio ad confirmandum pueros./

Guilielmus providen Dia Cantuar Archiepus totius Angliae Primas et Metropolitanus Venerabili Confratri nro Dno Johanni eadem providen Roffen Episcopo Salutem et fraternam in Dno Charitatem. **Ad** catechizandum et confirmandum pueros quorumcunq subditorum utriusq sexus nre Dioc Cantuar durante Visitacone nra Metropolitica Ecclie nre Cathlis et Metropolitica Christi Cantuar ac Civitatis et Dioc nre Cant juxta morem et ritum modernos Ecclie Anglicanae in ea parte pie et salubriter edit et ordinat in Ecclia nra Cathedrali et Metropolitica Christi Cant predict vel in quacunq alia Ecclia parochiali in et per Civitatem et Dioc nram Cant predict ipsosq et eorum quemlibet cum benedictione absolvend et dimittend Caeteraq omnia et singula alia ad officium pontificale in premissis vel aliquo premissorum spectan et pertinen et quae in ea parte necessaria fuerint seu quomodolibet requisita fraternitati vre (durante visitatione nra predict) vices nras committimus et plenam in Dno tenore presentium concedimus facultatem. In cuius rei Testimonium Sigillum (quo in hac parte utimur) presentibus apponi fecimus Dat vicesimo nono die mensis Martij Anno Dni 1634 et nre Transl Anno primo./

Comissio ad colligend procurationes per totam Provinciam Cant pro more cuiuslibet Dioc./

Omnibus Christi fidelibus ad quos presentes lre nre pervenerint Guilielmus providen Dia Cant Archiepus totius Angliae Primas et Metropolitanus Salutem in Dno sempiternam ac fidem indubiam presentibus adhiberi. **Noveritis** Nos prefatum Archiepum Dilectum nobis in Xpo venerabilem virum Dum Nathanaelem Brent militem et legum Doctorem Vicarium nrum in Spualibus generalem et Officialem principalem ad colligend levand exigend et recipiend pro nobis ac vice et noie nris omnes et singulas procurationes prestationes pensiones et Synodalia ac omnes pecuniarum summas nobis ratione visitationis nre Metropolitice tam infra Ecclesiam nram Cathem et Metropoliticam Christi Cant ac Civitatem et Dioc nram Cant quam infra quascunq Ecclias Cathles ac Civitates et Dioc nre Cant provincie actualiter existend nobis debit et pro more et consuetudine cuiuslibet Dioc solui consuet loco nro fecisse posuisse deputasse et constituisse prout per presentes sic ponimus deputamus et constituimus ratum gratum et firmum perpetuo habentes et habituri omnes et singulas acquietantias et exonerationes literas et necessarias per dictum venerabilem virum in ea parte faciend sigilland et tradend seu deliberand Ita quod idem venerabilis vir oes et singulos denarios et pecuniarum summas per eum in hac parte collect et recept nobis seu Assignato nro (quoties et quando ad id requisitus fuerit) plene integre et fideliter reddat et persolvat Dantes et concedentes eidem venerabili viro Dno Nathanaeli Brent quem Collectorem in premissis (durante bene placito nostro) tenore presentium ordinamus prefecimus et deputamus plenam et integram potestatem facultatem et authoritatem quascunq Sententias Censuras et poenas Ecclesiasticas vice noie et authoritate nris fulminandi ferendi promulgandi interponendi denunciandi declarandi et exequendi ac executioni demandari faciendi seu causandi. In cuius rei Testimonium Sigillum (quo in hac parte utimur) presentibus apponi fecimus Dat vicesimo nono die mensis Martij Anno Dni 1634 et nre Transl Anno primo./

Articles for the Cathedrall Church of Canterbury to be enquired of in the Metropoliticall Visitation of the most Reverend Father in God William by Gods providence Archbishop of Canterbury Primate of all England and Metropolitan In the yeare of our Lord God 1634./

1 **Inprimis** whether every member of this Church att his first admission doth sweare to observe such Statutes as have been hitherto used as Statutes and not contrary to the lawes of the Realme of England.

2 **Item** what other Benefices ecclesiasticall the Deane Archdeacon Prebendaries or other ecclesiall persons of this Church have besides their roomes and places in this said Church

Item how the xlij xliij and xliiij Chapters of the Constitutions made in ye Convocation Anno 1604 and confirmed by his Ma.tie under the great Seale of England for the residence of your Deane and other Prebendaries as well upon their Prebends as upon their other Benefices are observed? 3

Item whether the number of those that serve the Quire and all other ministers of this Church be kept full and the Quire sufficiently furnished with able Singers and daylie service there song according to the foundation of this Church? 4

Item whether your divine service be used and the Sacraments administered in due tyme and according to the booke of comon prayer and by singing and note according to the Statutes of this Church? 5

Item whether all the members of your Church especially the Prebendaries and Ecclesiasticall persons doe use seemely garments and attyre as namely all Graduates their Surplice and hood for their degree of schoole and other inferiours their Surplice and Capp according to the Canons and Constitutions sett forth by his Ma.tye in ye Convocation in Anno Dni 1604? 6

Item whether the Prebendaries and Preachers of your Church doe preach yearly the full number of Sermons appointed by the Statutes and Ordinances of the said Church and the late Constitutions Ecclesiasticall in their owne persons or by others and who doth most usually preach them and how often have you Sermons or lectures in the weeke in the Cathedrall Church and by whome and what bee the Statutes of this Church in that behalfe? And if you have any certaine lecturer what hath he for his paines? 7

Item whether the muniments and evidences of this Church be safely kept and in such manner as is required by the Statutes thereof, of what persons is the foundation of your Cathedrall Church namely of how many Prebendaries, Canons, Petticanons, Vicars Chorall, Choristers, Virgeres, Sextens, Scoolmaster and Schollars or other like and who is bound to maintaine and finde them and are they all this present full & serve the Church in their owne persons as by the law they ought to doe? And are they elected as the Statutes of this Realme and of this Church doe require? 8

Item whether the Choristers be well ordered and the number of them furnished and who hath the charge of catechising and instructing of them in the Principles of Religion and whether are they soe brought up? 9

Item whether the Officers of this Church namely Steward, Receivers, Bowsers, Treasurers, Accomptants and such like doe yearly make a true Accompt of their receipts and pay such money as is due to the Church upon their Accompts, and whether any such person be not indebted unto the Church and in how much? 10

Item whether the Cathedrall Church be sufficiently repaired both in the body, Chancell and all other Iles and places belonging to the Church and by whose default is it unrepaired and are the houses and edifices belonging to the Deane and Prebendaries and to others who are allowed by the Statutes of this Church to have houses kept in sufficient and good repaire as by the Statute is required and are they used as they ought to be and are there any encroachments made by any in any kind whatsoever? And is your Churchyard kept in decent manner without any prophanation? 11

Item whether the Prebendaries and other the Preachers of this Church in their Sermons doe use to pray for the Kings Ma.tie the Queene, Prince and all his highnes issue 12

and doe give unto his highnes in theire prayer according to the five and fiftieth Constitution whole stile, and soe doe pursue the particulars in the said Constitution appointed for that end to be observed.

13 **Item** whether be there within this Church or the precincts and limitts thereof any persons contrary to the Statutes in that behalfe made Drunkards, Adulterers, Fornicators, misliving persons, Symonists, open Recusants of either sexe or such as neglect to repaire to the Church to receive or doe not receave the Comunion thrice yearly or are vehemently suspected of any of the Crimes aforesaid, or any that be familiarly and daylie conversant with Recusants or notorious Papists or harboured and relieved of any such into theire houses.

14 **Item** whether are your Capitular meetings duly and orderly kept as by Statute is required.

15 **Item** if you know any other offence or Crime comitted by any of that Church contrary to the statutes and laudable Customes of the said Church or Canons and Constitutions of the Church of England Wee require you by vertue of your oath to present it.

Liber aliorum articulorum in Comissione praedicta pro visitatione Civitatis et Dioc Cant mentionat remanet penes philatium. /

Acta habita, facta, gesta et expedita

coram venerabili et egregio viro Dno Nathanaele Brent milite et legum Doctore Reverendissimi in Christo patris ac Dni Dni Gulielmi providentia divina Cantuar Archiepi totius Angliae Primatis et Metropolitani Vicario in spiritualibus generali et Officiali principali Visitationem dicti Revmi patris Metropoliticam per Ecclesiam suam Cathedralem et Metropoliticam Christi Cantuar et precinct eiusdem tanquam Commissario in hac parte (inter alios) Comissario Revmi constitut et ordinat exercen ac in Domo Capitulari ecclesiae praedict Judicialiter sedent, Die Lunae viz decimo quarto die mensis Aprilis Anno Dni millesimo sexcentesimo tricesimo quarto inter horas nonam et undecimam ante meridiem eiusdem diei, in pntia Willimi Somner, notarii publici Registrarii primarii Deputati. /

Acta Visitationis Ecclesiae Cathedralis et Metropoliticae Christi Cantuar. /

Quibus die et loco comparuit personaliter Johannes Cartwright literatus mandatarius specialis in hac parte et exhibuit mandatum speciale Revmi in Christo patris et Dni Dni Gulielmi Cant Archiepi praed dat septimo die mensis Martij Anno Dni 1633 iuxta cuius vigorem dictus Johes Cartwright certificavit se peremptorie citasse omnes et singulos Canonicos tam maiores quam minores, verbi Dei praedicatores ac alios quoscunque dignitates, personatus aut beneficia in ecclesia praedict obtinen ac alios Ministros oes et singulos eiusdem ecclesiae quorum oia nomina et Cognomina hic inferius respective scribuntur decimo sexto die mensis Martij praedicti tam per affixionem mandati praedicti in valvis exterioribus Chori Ecclesiae praed, per multos dies publice visibili quam per affixionem literarum monitoriarum Decani et Capituli ecclesiae praed sigillo eorundem communi sigillat in valvis domus Capitularis dictae ecclesiae atque aliis viis et modis quibus id melius et efficacius de iure efficere potuit, iuxta tenorem cuiusdam Certificatorii gerentis datum primo die Aprilis instan sub sigillo Decani et Capituli praed ecclesiae authentico quod quidem etiam Certificatorium dictus Cartwright exhibuit Sunt praeconizati personis infranominatis viz. /

Campanarum pulsatoribus. /
Samuele Charlecombe compt
Johanne Auster comparuit
Willimo Giles comparuit
Jacobo Prichardo comparuit

Janitoribus
Johanne Edwardo excusat
Philippo Hooly comparuit

Cocis
Roberto Lignell } per Deputatum
Edwardo Fletcher }

Pincernis
Mattheo Chalice comparuit per Jacobum Hudson eius Deputatum

Obsonatori
Willimo Staunton comparuit
Edwardo Whitgrave excusat.

Johanne Cartwright, comparuit
Johanne Bargraue, comparuit pro
Thomam Wells deputatum.
Fabritio Diggs egrotat & ista
fuerit 16° Aprilis comparuit.
Isaaco Layfeld, comparuit.
Johanne Laytham egrotat.
Richardo Hunley, non comparuit.
Johanne Davis, non comparuit.
Willimo Wolton comparuit.
Thoma ffoster, non comparuit.
Willimo Curtis, non comparuit.
Radolpho Crosse comparuit.
Johanne Nutt comparuit.
Radolpho Barles, comparuit.
Johanne Hurlet non compt. egrotat.
Thoma Cadiott, non comparuit.
Thoma Willes comparuit.
Pueris studentibus Grammaticam
Georgio Millis comparuit.
Richardo Goldsborough comparuit.
Jacobo Dunkin comparuit.
Roberto Millis comparuit.
Willimo Manley, comparuit.
Willimo Lambe comparuit.
Thoma Elgar comparuit.
Richardo Bargraue comparuit.
Georgio Awsten comparuit.
Abrahamo Hastelocke comparuit.
Willimo Pising comparuit.
Valentino Tabbs comparuit.
Johanne Ohad comparuit.
Roberto Turner comparuit.
Rolando Vaughan comparuit.
Thoma Browne comparuit.
Johanne Browne comparuit.
Willimo Ken comparuit.
Edmundo Rose comparuit.
Guilielmo Tanstall comparuit.
Francisco Plumer comparuit.
Johanne Baylie comparuit.
Edwardo Evans comparuit.
Johanne Vincent comparuit.

Virgiferis

Subsacristis

Pauperibus
sustentatis.

Choristis

Choristarum magro. /

Organorum pulsatori. /

Clericis laicis
Juratis.

Thoma Jones, comparuit.
Martino Alsbery comparuit.
Henrico Williams comparuit.
Matheo West comparuit.
Thoma ffletcher comparuit
Willmo Pising comparuit.
Johanne Steward compt.
Matheo Warrener comparuit.
Jacobo Lamb comparuit.
Willmo Jorden comparuit.
Danielle Bullen comparuit.
Johanne Marston comparuit.
Edwardo Browne compt.
Johanne Lud, comparuit
Hortono Drayton, comparuit
Roberto Ely egrotat.
Guilielmo Gray comparuit, iurat
Roberto Crosse comparuit, iurat
Henrico Ellas comparuit, iurat
Richardo Holt comparuit, iurat
ostendit Collationem qua consignatur.
Carolo White comparuit, iurat
ostendit Collationem qua consignatur.
Thoma Jackson sacre
theologie professor compt. iurat
Willimo Kingsley sacre theologie
professor comparuit, iurat
Petro du Moulin sacre theologie
professor extra regnum.
Johanne Warner sacre theologie
professor Archidiacono
comparuit iurat.
Antonio ffraun sacre theologie
professor compt. iurat.
Thoma Paske sacre theologie
professor compt. iurat.
Merico Casaubon sacre theologie
Baccalaureo compt. iurat.
Johanne Gerardo Vossio extra Regnum.
Johanne Jeffray sacre theo: profess. non compt.
Thoma Wilsford sacre theo: profess. non compt.
Humphrido Peake sacre theo: profess. compt. iurat
Thoma Blechinden sacre theologie
Baccalaureo compt. iurat.

Substitutis
Juratis. /

Canonicis
minoribus Juratis. /

Hypodidascalo
Jurato. /
Archididascalo Jurato. /
Auditore

Praedicatoribus

Canonicis
maioribus sive Prebendarijs.

Isaaco Bargraue sacre theologie professor comparuit, iurat Decano.

Tunc dictus Commissarius antedictis Decano et Prebendarijs, necnon Praedicatoribus, Archididascalo
Hypodidascalo

hypodidascalo, Canonicis minoribus, Substitutis et Clericis laicis, comparentibus quosdam articulos dedit in scriptis et monuit eosdem ad dandum responsa sua respective in scriptis virtute Iuramenti ad vel ante & circa diem Sabbathi prox viz decimum nonum diem instantis Aprilis in quem quidem diem dictus Dominus Commissarius huiusmodi Visitationis negotium continuavit et prorogavit isto loco ulterius expediend inter horas primam et tertiam pomeridianas eiusdem diei. Et quoad non comparentes dictus Dominus Commissarius pronunciavit eos omnes et singulos contumaces poena reservata in dictum decimum nonum diem istius mensis Et ulterius dictus Dominus Commissarius monuit omnes et singulos comparentes ad comparendum ad videndum ulteriorem processum eo die 19no die istius mensis loco pred inter horas predictas. /

Quo die adveniente vizt 19° die Aprilis Anno Domini 1634 coram venerabili viro Domino Nathanaele Brent milite legum Doctore et uno Commissariorum antedict in domo Capitulari in Ecclesia Cathedrali et Metropolitica Christi Cant pred iudicialiter sedente inter horas primam et tertiam pomeridianas diei pred in presentia Willimi Somner notarij publici antedicti. Comparuerunt Clerici laici Substituti et Canonici minores et con^ti dederunt responsa sua in scriptis, excepto Roberto Turner, Iohanne Baylie et Thoma Fletcher qui con^ti dederunt etiam in scriptis responsa sua per se eadem (ut asserit) in manus Iudicis presentantes et penes eum relinquen. /

Comparuerunt etiam praedicatores omnes praedict praeter magistrum Robertum Ely egrotan qui quidem praedicatores sic comparentes dederunt (ut supra) responsa sua separalia in scriptis respective concept. /

Praeterea Comparuerunt Archididascalus et hypodidascalus praedict ad quorum respective petitiones ex causis quibusdam rationabilibus tunc eos ostensis Dominus concessit eis inducias ad dandum responsa sua con^ti vel div^tim in scriptis usque in tertium diem mensis Maij prox inter horas primam et tertiam pomeridianas. /

Comparuerunt demumque Dominus Decanus, Dominus Vice-decanus, Thomas Jackson, Thomas Paske, Mericus Casaubon, Humphridus Peake et Thomas Blechinden Canonici maiores sive Prebendarij pred ad quorum respective petitiones ex causis etiam quibusdam rationabilibus eum moven Dominus concessit eis etiam inducias ad dandum responsa sua in scriptis con^ti vel div^tim in diem et horas praedict. /

Deinde Dominus pronunciavit omnes absentes preconizatos contumaces poena reservat in eundem diem et hor. Insuper Dominus monuit Dominum Decanum et ceteros omnes et singulos nunc comparentes ad comparendum dictis die et horis hoc in loco ad videndum ulteriorem processum etc et prorogavit huiusmodi visitationis negotium ulterius expediend dictis die horis et loco. Ac demum Dominus quia ex quibusdam causis eum tunc avocantibus tunc et ibidem interesse haud potest Vices vel authoritatem et potestatem suas et Collegarum suorum, quantum in se est, delegavit et commisit venerabili viro Domino Richardo Clerke sacrae theologiae professori [illegible] tertio pred ad requirend exigend et recipiend responsa praedicta ulteriusque faciend et procedend prout qualitas istius negotij requirit, eundemque Dominum Doctorem Clerke Surrogatum sive Substitutum suum in hac parte fecit et constituit ad premissa omnia et singula alia faciend exercend et expediend quae ipse Dominus constituens faceret si presens personaliter interesset ac promisit se ratum gratum et firmum perpetuo habiturum totum et quicquid dictus Surrogatus sive Substitutus suus fecerit in premissis etc. /

Tertio die Maij 1634 inter horas primam et tertiam pomeridianas in domo Capitulari praedict coram Domino Richardo Clerke sacrae theologiae professore surrogato modo quo supra constitut in presentia Willimi Somner notarij publici Registrarij deputati antedict.

Quibus die et loco preconizatis Clericis laicis, Substitutis, Canonicis minoribus, hypodidascalo, Archididascalo ac etiam praedicatoribus, Canonicis maioribus et Decano Ecclesiae praedicte Comparuerunt personaliter dictus Decanus, Thomas Jackson, Thomas Paske, Mericus Casaubon et loco responsionum allegarunt, that they transmitted their answers to the Articles given them in Charge, which are delivered in [illegible] manus [illegible] by

Doctor Warner Vicedean Doctor Jeffray, Doctor Wilsly Doctor Peake and Mr Blechenden Prebendaries of this Church, Likewise Mr Lud and Mr Bravont Scholemaster and Vsher of the Schole had their joynt answere delivered to his Grace by the same prebendaries vpon Wednesday last as they alleage. Tunc Dnus in contumac' reliquorum non comparen ac in ptia Decani et prebendar' isto die et loco comparen continuavit et prorogavit hmoi visitaconis negotium vsqz in xviij diem July prox' inter horas primam et tertiam post meridiem eiusdem diei vlterius expediend isto loco &c

Jnterim vero viz' tricesimo Junij 1634 Reverendissimus Cant Archiepus finem dedit visitaconi sue predict per tras suas relaxaconis eiusdem isto die missas et receptas &c. /

Concordat cum actis originalibus sic testor Willmus Somner
notarius publicus magri Willmi Sherman Registrarij principalis
deputatus. /

Relaxatio visitaconis Ecclie Cathis et Metropoa Christi Cantuar. /

Guilielmus providen Dia Cant Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus Dilectis nobis in Xpo venlibus viris Decano et Capitulo Ecclie nre Cathis et Metropoa Christi Cant seu eorum vicesgeren cuicunqz Salutem et gratiam. **Cum** nos nuper Ecclesiam nram Cathem et Metropoam Christi Cant pred in capite et membris suis ac totam Civitatem et Dioc' nras Cant Ceterumqz et populum earundem in locis exemptis et non exemptis autate nra Metropoa visitare statuentes vobis ac oibus et singulis quibus de Jure seu consuetudine inhibend fuerit inhibere mandaverimus et fecerimus ne vos aut eorum aliquis quicquam in preiudicium eiusdem visitaconis nre Metropoe attentare presumeretis vel presumeret. Nos ex certis causis rationabilibus et legitimis nos in hac parte specialiter moventibus eandem visitaconem nram Metropoam quoad Ecclesiam nram Cathem et Metropoam Christi Cantuar predict tantum duximus ad presens sub modo et forma sequen relaxand prout etiam sic relaxamus per presentes. Salva tamen et reservata nobis et Vicario nro in spualibus generali ac Comissarijs et ministris nris quibuscunqz ptate et autate examinandi inquirendi corrigendi puniendi et reformandi quecunqz crimina excessus et delicta quorumcunqz dicte Ecclie nre Cathis et Metropoe Christi Cant predict in visitacone nra ante dict comperta ac examinandi corrigendi et reformandi statuta et ordinationes dce Ecclie nre Cathis eisdemqz addendi ab eisdem subtrahendi vel statuta alia (si nobis visum fuerit expedire) faciendi et concipiendi Ac reservata etiam ptate reformandi sedes scamna sive sedilia in Ecclia nra Cathi Cantuar predict existen (hijs presentibus in aliquo non obstan. In cuius rei testimonium Sigillum (quo in hac parte utimur) presentibus apponi fecimus. Dat in Manerio nostro de Lambeth vicesimo sexto die mensis Junij Anno Dni Millimo sexcentmo tricesimo quarto Et nre Translaconis Anno primo. /

Relaxatio Jurisdictionis Archini Cantuarien

Guilielmus providen Dia Cantuar Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus Dilecto nobis in Xpo ac venli viro Willmo Kingsley sacre theologie professori Archino Cant in Ecclia nra Cathedrali et Metropoa Christi Cantuar eiusve Officiali cuicunqz Salutem et gratiam. **Cum** nos nuper Civitatem et Dioc' nras Cant Ceterumqz et populum earundem in locis exemptis et non exemptis autate nra Metropoa visitare statuentes vobis Officiarijsqz et ministris vris quibuscunqz et cuilibet vrum inhibere mandaverimus et fecerimus ne vos seu Officiarij et ministri vri hmoi aut eorum aliquis Jurisdictionem aliquam spualem vel ecclicam exerceret aut quicquam aliud in preiudicium vel dispendium visitaconis nre Metropoe hmoi attentare presumeretis vel aliquis vrum presumeret Nos ex certis causis rationabilibus et legitimis nos in hac parte spialr moventibus eandem visitationem nram Metropoam nuper inchoatam et autate nra actualiter exercitam duximus ad presens sub modo et forma sequen relaxand prout etiam sic relaxamus per presentes Quocirca vobis ac Officiarijs et ministris vris quibuscunqz et cuilibet vrum ad omnem et omnimodam Jurisdictionem vram spualem et ecclicam in et per totum Archinatum vrum pred (salvis inferius reservat) plenam liberam et licitam exercend viam et facultatem damus concedimus et impertimur per presentes Lris nris inhibitorijs vobis aut vrum alicui autate nra antehac factis in aliquo non obstan. Salva tamen et reservata nobis et Vicario nro in spualibus generali ac Comissarijs et ministris nris quibuscunqz ptate et autate examinandi inquirendi corrigendi puniendi et reformandi quecunque crimina excessus et delicta quorumcunque subditorum Civitatis et Dioc' nostre predict' in visitacione nostra antedicta comperta vel detecta ac causas quascunque tam ex officio mero mixto vel promoto quam ad instantias partium inchoatas et inceptas aut aliquo modo pendentes coram nobis aut Vicario nostro in spiritualibus generali vel Commissarijs et ministris nris huiusmodi seu eorum aliquo examinandi discutiendi et fine debito terminandi acnon colligendi levandi et recipiendi procurationes et prestationes quascunque ac omnia et singula alia emolumenta certa nobis et Vicario nostro in spiritualibus generali aliisque Officiarijs et ministris nris respective ratione visitationis nostre antedicte de iure vel consuetudine debit' et solvi consuet' (relaxatione huiusmodi nostra supradicta in aliquo non obstan'). In cuius rei testimonium Sigillum (quo in hac parte utimur) presentibus apponi fecimus. Dat' vicesimo octavo die mensis Junij Anno Domini Millesimo sexcentesimo tricesimo quarto, et nostre Translationis Anno primo. /

Relaxatio directa Commissario Cant.

Eisdem die mensis et Anno Domini emanavit similis relaxatio venerabili viro Domino Nathanaeli Brent militi et legum Doctori Commissario generali Civitatis et Dioc' Cant' ad exercendum Jurisdictionem ecclesiasticam ad Officium Commissarij spectan' in et per totum Commissariatum Cantuar' &c. /

Roffen: Visitatio Metropolitica Ecclesie

Cathedralis ac Civitatis et Dioc' Roffensis et Decanatuum de Shoreham et Croydon Annis Domini 1633 et 1634. /

Inhibitio fact' domino Episcopo Roffen. /

Guilielmus providentia divina Cantuar' Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus Venerabili Confratri nostro Domino Johanni eadem providentia Roffen' Episcopo necnon Vicario in spiritualibus generali et Officiali principali sive Commissario cuicunque Salutem et fraternam in Domino charitatem. **Quia** nos Ecclesiam Cathedralem ac Civitatem et Dioc' vestras Roffen' in locis exemptis et non exemptis tam in Capite quam in membris Clerumque et populum in eisdem degentes sive residentes (Jure nostro Metropolitico) propediem (annuente Domino) visitare ac defectus inibi repertos correctione et reformatione necessarie indigentes corrigere et in statum suum debitum pro viribus restituere proponimus et intendimus. Ut ergo Visitationem nostram huiusmodi liberius exercere possimus et valeamus Vestre fraternitati vere tenore presentium inhibemus ac per vos omnibus et singulis Officiarijs et ministris vestris et alijs personis quibuscunque Jurisdictionem Ecclesiasticam aliqualem vice vestra quovismodo exercentibus tum omni celeritate accommoda sic inhiberi volumus et mandamus ne a tempore receptionis presentium aut executionis sive intimationis earundem vobis factis pendente visitatione nostra Metropolitica predict' Ecclesias aut alia loca ecclesiastica Clerumve aut populum dict' Civitatis et Dioc' vestre Roffen' visitetis seu visitari faciatis aut aliquam Jurisdictionem Ecclesiasticam contentiosam sive voluntariam quoquomodo exerceatis seu quicquam aliud in preiudicium visitationis nostre Metropolitice huiusmodi quovismodo attemptetis seu attemptari faciatis sub pena contemptus. In cuius rei testimonium sigillum (quo in hac parte utimur) presentibus apponi fecimus. Dat' in Manerio nostro de Lambeth vicesimo sexto die mensis Novembris Anno Domini Millesimo sexcentesimo tricesimo tertio, et nostre Translationis Anno primo. /

Inhibitio Decano et Capitulo Roffen. /

Guilielmus providentia divina Cantuar' Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus Dilectis nobis in Christo Decano et Capitulo Ecclesie Cathedralis Christi et beate Marie virginis Roffen' seu eorum vicesgerenti quibuscunque Salutem et gratiam. Quia nos Ecclesiam Cathedralem ac Civitatem et Dioc' Roffen' predict' in locis exemptis et non exemptis tam in Capite quam in membris Clerumque et populum in eisdem degentes sive residentes iure nostro Metropolitico propediem (annuente Domino) visitare et defectus inibi repertos correctione et reformatione necessarie indigentes corrigere et in statum suum debitum pro viribus restituere proponimus et intendimus

Ut igitur visitationem nostram huiusmodi liberius exercere possimus et valeamus Vobis et cuilibet vestrum tenore praesentium inhibemus et per vos omnibus et singulis Officiarijs et ministris vestris et alijs personis quibuscunque Jurisdictionem ecclesiasticam aut aliam quovismodo exercentibus cum omni celeritate accommoda sic inhiberi volumus et mandamus, ne a tempore receptionis praesentium aut executionis sive intimationis earundem vobis factae pendente visitatione nostra Metropolitica huiusmodi aliquam Jurisdictionem ecclesiasticam in aliquibus locis exemptis et non exemptis seu Jurisdictioni quovismodo subiectis exerceatis seu quicquam aliud in praeiudicium visitationis nostrae Metropoliticae praedictae quovismodo attemptare praesumatis seu aliquis vestrum praesumat sub poena Juris. Et diebus vero receptionis praesentium aut intimationis earundem vobis factae nos aut Vicarium nostrum in spiritualibus generalem et Officialem principalem vel alium Judicem in hac parte competentem quemcunque, cum ad hoc congrue fueritis requisiti debite certificetis, prout decet. In cuius rei Testimonium Sigillum (quo in hac parte utimur) praesentibus apponi fecimus Dat. in Manerio nostro de Lambeth vicesimo septimo die mensis Novembris Anno Domini Millesimo sexcentesimo tricesimo tertio, et nostrae Translationis Anno primo.

Inhibitio Archidiacono Roffen.

Guilielmus providentia divina Cantuar. Archiepiscopus totius Angliae Primas et Metropolitanus Dilecto nobis in Christo Archidiacono Roffen. seu eius Officiali cuicunque Salutem. Quoniam nos Ecclesiam Cathedralem ac Civitatem et Dioc. Roffen. in locis exemptis et non exemptis tam in capite quam in membris Clerumque et populum in eisdem degentes sive residentes Jure nostro Metropolitico propediem (annuente Domino) visitare et defectus inibi repertos correctione et reformatione necessariis indigentes corrigere et in statum suum debitum pro viribus restituere proponimus et intendimus. Ut igitur Visitationem nostram huiusmodi liberius exercere possimus et valeamus Tibi tenore praesentium inhibemus ac per te omnibus et singulis alijs personis Jurisdictionem Ecclesiasticam infra Archidiaconatum et Jurisdictionem praedictam exercentibus sic inhiberi volumus et mandamus quatenus neque tu neque illorum aliquis a die receptionis praesentium aut executionis sive intimationis earundem tibi factae durante visitatione nostra Metropolitica huiusmodi Ecclesias aut alia loca ecclesiastica Clerumve aut populum eiusdem Archidiaconatus visitare aut ea quae sunt Jurisdictionis ecclesiasticae exercere seu quicquam aliud in praeiudicium visitationis nostrae huiusmodi quovismodo attemptare praesumas seu praesumant sub poena contemptus. Et diebus vero receptionis praesentium aut intimationis earundem tibi factae nos aut Vicarium nostrum in spiritualibus generalem et Officialem principalem vel alium Judicem in hac parte competentem quemcunque cum ad hoc congrue fueris requisitus debite certificare non postponas. In cuius rei Testimonium Sigillum (quo in hac parte utimur) praesentibus apponi fecimus Dat. in Manerio nostro de Lambeth vicesimo septimo die mensis Novembris Anno Domini Millesimo sexcentesimo tricesimo tertio et nostrae Translationis Anno primo.

Inhibitio Decano Decanatuum de Shorham et Croydon.

Guilielmus providentia divina Cant. Archiepiscopus totius Angliae Primas et Metropolitanus Dilecto nobis in Christo venerabili viro Thomae Rives Legum Doctori Advocato Regio ac Decano sive Commissario nostro Decanatuum de Shorham et Croydon nostrae et Ecclesiae nostrae Cathedralis et Metropoliticae Christi Cant. Jurisdictionis immediatae Rite constituto Salutem et gratiam. Quia nos peculiares exemptas et immediatas Jurisdictiones nostras Clerumque et populum in eisdem degentes sive commorantes (divina favente clementia) visitare intendimus Tibi tenore praesentium inhibemus ac per te omnibus et singulis alijs personis Jurisdictionem ecclesiasticam infra dictos Decanatus de Shorham et Croydon pro vel sub te quovismodo exercentibus cum omni celeritate accommoda sic inhiberi volumus et mandamus quatenus nec tu nec aliquis alius pro vel sub te a die receptionis praesentium aut intimationis earundem tibi in hac parte factae (pendente Visitatione nostra huiusmodi) Ecclesias aut alia loca ecclesiastica Clerumve aut populum dictorum Decanatuum de Shorham et Croydon praedictorum visitare aut ea quae sunt Jurisdictionis ecclesiasticae quovismodo exercere seu quicquam aliud in praeiudicium visitationis nostrae huiusmodi attemptare praesumas sive praesumat sub poena contemptus. Et quid in praemissis feceris Nos aut Vicarium nostrum in spiritualibus generalem sive Commissarium quemcunque (cum ad hoc congrue fueris requisitus) debite et autentice certifices prout decet. In cuius rei Testimonium Sigillum (quo in hac parte utimur) praesentibus apponi fecimus. Dat. in Manerio nostro de Lambeth vicesimo septimo die mensis Novembris Anno Domini Millesimo sexcentesimo tricesimo tertio, et nostrae Translationis Anno primo.

Comissio ad visitand Ecclesiam Cathedralem ac Civitatem et Dioc Roffen et Decanatus de Shorham et Croydon

Guilielmus providentia divina Cantuar Archiepiscopus totius Angliae Primas et Metropolitanus ad quem omnis et omnimoda Jurisdictio spiritualis et Ecclesiastica in et per Dioc Roffen ratione visitationis nostrae Metropoliticae infra eandem Dioc, modo exercend, noscitur dignoscitur pertinere Venerabili Confratri nostro Domino Johanni eadem providentia Roffen Episcopo necnon venerabilibus viris Domino Nathanaeli Brent militi et legum doctori Vicario nostro in spiritualibus generali et Officiali principali, Thomae Ryves legum etiam doctori Advocato Regio et Decano sive Commissario nostro Decanatuum de Shorham et Croydon nostri et Ecclesiae nostrae Cathedralis et Metropoliticae Christi Cantuar Jurisdictionis immediatae, Waltero Balcanquall sacrae theologiae professori Decano Ecclesiae Cathedralis Christi et beatae Mariae virginis Roffen Edmundo Jackson sacrae theologiae etiam professori et Christophero Dale sacrae theologiae baccalaureo Praebendariis eiusdem Ecclesiae Cathedralis Salutem et gratiam. **Suscepti** Cura regiminis nos impellit, ut vitia extirpando et virtutes plantando, nostri officii debitum quantum cum deo possumus, implere nitamur. Hinc est quod nos Ecclesiam Cathedralem ac Civitatem et Dioc Roffen nostrae Cant provinciae, necnon Decanatus de Shorham et Croydon praed tam in Capite quam in membris Clerumque et populum in eisdem degentes, ex certis causis nos Metropolitica propediem (annuente Domino) visitare et defectus inibi repertos correctione et reformatione necessaria indigentes corrigere et in statum suum debitum pro viribus restituere, proponimus et intendimus. Verum quoniam nos, in pressuris arduorum quibusdam arduis et negotiis [illegible] sumus implicati et remorati, prout etiam de verisimili erimus in futurum, quominus dictum nostrum visitationis propositum in persona nostra propria exequi non possimus neque valeamus (ut vellemus) his vero impedimentis non remorantes Vobis de cuius et quorum fidelitate ac conscientiae puritate, circumspectionis industria et in rebus gerendis dexteritate in hiis et aliis, nobis redditis, ne proliis plurimum confidimus sub limitatione sequenti et non aliter, neque alio modo hanc Provinciam duximus committendam viz Vobis praefatis Confratri nostro, Domino Nathanaeli Brent et Thomae Ryves conjunctim et divisim quoad visitationem Ecclesiae Cathedralis ac Civitatis et Dioc Roffen et Decanatuum de Shorham et Croydon praed integre et totaliter, Vobis autem Waltero Balcanquall, Edmundo Jackson et Christophero Dale tantum quoad visitationem Civitatis et Dioc Roffen et Decanatuum de Shorham et Croydon unacum praedictis Commissionariis nostris conjunctim et divisim et non aliter. **Ad** visitandum igitur sub limitatione praedicta et non aliter tam in capite quam in membris Ecclesiam Cathedralem ac Civitatem et Dioc Roffen ac Decanat de Shorham et Croydon praed necnon quascunque alias Collegiatas, parochiales et Praebendales Ecclesias et alia loca Ecclesiastica quaecunque tam exempta quam non exempta in et per Civitatem et Dioc Roffen ac Decanatus de Shorham et Croydon praedict existent, Clerumque et populum in eisdem degentes, ac de eorundem statu Ecclesiarum et locorum (quibus praesunt) necnon vita moribus et conversatione ac etiam qualitatibus personarum in Ecclesiis et locis huiusmodi degentium modis omnibus quibus, id melius et efficacius de Jure poteritis, inquirend et investigand Criminosos vero culpabiles et delinquentes tam Clericos quam laicos condignis poenis etiam usque ad beneficiorum dignitatum sive officiorum suorum privationem (si facti atrocitas ita exposcerit) iuxta formam Constitutionum regia authoritate in ea parte edit et promulgat fructuumque reddituum et proventuum Ecclesiarum et locorum (quibus praesunt) sequestratione vel quacunque alia congrua et competenti coertione, inclusive puniend et corrigend atque ad probatiorem vivendi morem modis omnibus quibus id melius et efficacius de Jure poteritis reducend Testamenta etiam et ultimas voluntates quorumcunque defunctorum infra Civitatem et Dioc Roffen ac Decanatus de Shorham et Croydon praedict decedentium proband, approband et insinuand Administrationesque bonorum eorundem defunctorum et aliorum ab intestato sive per viam intestati etiam decedentium executoribus in huiusmodi testamentis nominatis et aliis quibus de Jure aut Regni Angliae legibus et statutis committi debeant in debita Juris forma expediend concedend et committend Compota quoque executorum et administratorum huiusmodi recipiend, audiend, examinand et admittend ac Computantes huiusmodi ab omni ulteriori Computo, Calculo sive ratiocinio in hac parte reddend (prout Juris

fuerit et equitatis) acquietand, relaxand et dimittend Causasque instantiarum quascunque
examinand et finaliter determinand Contumaces autem et rebelles cuiuscunque Condicionis
sive status fuerint (si quos inveneritis) per Censuras Ecclesiasticas compescend Ecclesias
autem et alia loca dimissa parari et preparari habend fore decernend et declarand
Necnon Clericorum et Beneficiatorum quorumcunque tam pro ordinibus quam beneficiis
per eos adeptis literas, instrumenta et munimenta quaecunque exigend et recipiend easque
et ea diligenter examinand et discutiend et quos non sufficienter munitos in ea
parte compereritis ab officiis et beneficiis huiusmodi demittend et sic pro non munitis
pronuntiand et declarand Synodosque et Capitula tam generalia quam specialia
Cleri et populi huiusmodi pro executione premissorum aut reformatione quacunque habend faciend
et convocand Procurationesque et synodalia quaecunque nobis ratione visitationis nre Metropoliticae huiusmodi
debit petend, requirend exigend levand et recipiend ac procurationes huiusmodi non solventes aut solvere
recusantes per Censuras ecclesiasticas cogend coercend et compellend Ad inhibend praeterea et
auctoritate nra omnibus et singulis Decanis Capitulis, Archinis Cancellariis, Officialibus Commissariis
Registrariis, Actorum scribis ceterisque quibuscunque quocunque nomine aut cognomine censeantur aut reputentur
ac ipsi aut eorum aliquis Jurisdictionem aliquam spiritualem vel ecclesiasticam alicubi infra Civitatem et Dioc
Roffen ac Decanatus de Shorham et Croydon pred quoquo modo exercent seu quicquam aliud in
preiudicium sive dispendium visitationis nre Metropoliticae huiusmodi quomodolibet attentare presumant seu
eorum aliquis presumat faciantve aut faciat sub poena contemptus Ac usurpata et attentata in
contrarium per viam Juris remedia revocand contra usurpatores vero attentatores et transgressores
huiusmodi procedend ac eos per censuras ecclesiasticas quascunque Canonice puniend et compescend Et generaliter
omnia et singula alia faciend exercend et expediend quae in premissis aut circa ea necessaria fuerint
seu quomodolibet opportuna Vobis et cuilibet vrum sub limitatione pred et non alr neque alio modo
con.tim vel divisim vices nras committimus ac plenam in Dno tenore pntium concedimus potestatem Ac
etiam tibi prefato Dno Nathanaeli Brent tantum concedimus facultatem alium vel alios in
premissis et eorum quolibet (prout opus fuerit) substituend Ac substitutum huiusmodi tuo arbitrio revocand
Assumpto vobis et cuilibet vrum con.tim vel divisim ac substitut tui prefati Dni Nathanaelis Brent
Dilecto nobis in Xpo Willmo Sherman notario publico Registrario nro principali vel eius in hac
parte deputat seu deputand in Registrarium et Actorum vrorum scribam, necnon Johanne Holt
generoso Apparitore nro generali vel eius Deputat in Apparitorem et mandatarium vrum in hac parte
durante visitatione nra Metropolitica huiusmodi Et quoniam nrum est pro officii nri pastoralis debito
vigilanter prospicere ut boni, fideles, digni et idonei operarii in vineam Dni mittantur, personalem
approbationem admissionem institutionem et inductionem quorumcunque Clericorum ad quaecunque
beneficia ecclesiastica dict Civitatis et Dioc Roffen ac Decanatuum de Shorham et Croydon
durante visitatione nra Metropolitica huiusmodi pntatorum aut imposterum pntandorum nobis et
Vicario nro in spiritualibus generali et Officiali principali specialiter reservamus (pntibus literis nostris
Commissionalibus aut aliquo in eisdem content in contrarium facien non obstan quibuscunque
Mandantes quod Articulos auctoritate nra promulgand et ministrand in et per Ecclesiam Cathem
ac Civitatem et Dioc Roffen ac Decanatus de Shorham et Croydon pred in huiusmodi
nra visitatione debite executioni demandari et ab omnibus quos concernunt iuxta Juris exigen
diligenter inquiri faciatis Mandantes praeterea quod dca visitatione nra Metropolitica finita de
omni eo quod per vos aut vrum aliquem in hac parte actum gestum sive expeditum fuerit per
literas vras patentes sub forma authentica conceptas nos aut Vicarium nrum in spiritualibus
generalem et Officialem principalem reddatis certiores. De omnibus vero feodis, commoditatibus
proficuis et emolumentis ratione visitationis nre huiusmodi durante eadem visitatione nra ac ratione
debite in eadem proveniend verum plenum et fidelem Compotum Vicario nro in spiritualibus
generali mihi reddatis. In cuius rei Testimonium Sigillum (quo in hac parte utimur) pntibus
apponi fecimus Dat in Manerio nro de Lambeth vicesimo octavo die mensis Novembris Anno
Dni Millesimo sexcentesimo tricesimo tertio Et nre Translacionis Anno primo.

Memorandum That the Articles above mentioned to be ministred to the
Deane Prebendaries and officers of the Cathedrall Church of Rochester are the same which
are registred in the Visitation of the Metropoliticall Church of Canterbury next before registred.

And a booke of Articles for the Citty and diocesse of Rochester is upon the file of that Visitation there./

Substitutio Judicis.

Die Jovis quinto viz' die mensis Decembris Anno Domini 1633. Venerabilis vir Dominus Nathanael Brent miles legum Doctor Vicarius in spiritualibus generalis et Officialis principalis Reverendissimi in Christo patris Domini Gulielmi Cant' Archiepiscopi &c ad quem omnis et omnimoda Jurisdictio spiritualis et Ecclesiastica ad Episcopum Roffen' spectan' et pertinen' ratione visitationis Metropoliticae eiusdem Reverendissimi patris infra eandem dioc' modo pendent' noscitur dignoscitur pertinere, in loco Officii magistri Willelmi Sherman notarii publici Registrarii primarii Curiae Archiepiscopalis Cant' infra parochiam Sancti Gregorii London &c In presentia mei Caroli Wade notarii publici &c ex certis causis eum et eius animum (ut asseruit) in hac parte moventibus substituit et surrogavit magistros Johannem Weston sacrae theologiae professorem, Willelmum Sames et Willelmum Mericke legum Doctores, Johannem Lorkin Henricum Selby, Michaelem Chapman, Edwardum Ashburnham Barg' et Robertum Hasteland Clericos in Artibus magistros ad cognoscend', procedend', statuend' et diffiniend' in omnibus et singulis causis et negotiis ecclesiasticis in Civitate et dioc' Roffen' predict' tam ex officio mero mixto vel promoto quam ad quarumcunque partium instantiam sive promotionem &c Causasque et negotia huiusmodi finaliter determinand' Necnon ad exercend' omnem et omnimodam aliam Jurisdictionem ecclesiasticam Civitatis et dioc' Roffen' predict' &c ad beneplacitum predicti Reverendissimi patris et dicti domini substituentis tantummodo duratur'. Salvis et reservatis dicto Reverendissimo patri et prefato Domino Nathanaeli Brent eius Vicario in spiritualibus generali auctoritate examinandi, admittendi, instituendi et inducendi quoscumque Clericos ad quaecunque beneficia ecclesiastica dict' Civitatis et dioc' Roffen' instituend' &c Ac salvis dicto Domino Nathanaeli Brent omnibus et singulis feodis, proficuis et commoditatibus quibuscunque ratione Jurisdictionis huiusmodi et visitationis Metropoliticae predict' provenien' &c./

West=ffarleigh Vicariae Institutio.

Vicesimo die mensis Januarii Anno Domini iuxta &c 1633. Coram magistro Willelmo Mericke legum Doctore surrogato venerabilis viri Domini Nathanaelis Brent militis legum etiam Doctoris Vicarii in spiritualibus generalis &c Reverendissimi in Christo patris Domini Gulielmi Cant' Archiepiscopi &c ad quem &c ad Episcopum Roffen' &c ratione Visitationis sue Metropoliticae infra eandem dioc' pendent' &c dignoscitur pertinere, in eius Camera infra Hospitium Advocatorum de Arches London &c in presentia Richardi Baker notarii publici Scriba assumpti &c Comparuit personaliter Johannes Ster Clericus in Artibus magister ad Vicariam perpetuam Ecclesiae parochialis de West ffarleigh in Com' Kancie dict' Roffen' dioc' Cantque presentatus, Articulis de quibus in Synodo London &c consensum est Anno Domini 1562 iuxta &c et tribus illis Articulis mentionatis in tricesimo sexto Capitulo libri Canonum &c Anno Domini 1604 edit' &c personaliter subscripsit Et tunc prestito per eum Juramento tam de agnoscendo Regiam supremam potestatem &c iuxta formam Statuti &c necnon de Canonica obedientia &c ac de continua et personali residendo &c quam de simonia non commissa &c iuxta Canonum &c Prefatus magister Willelmus Mericke admisit eundem Johannem Ster ad dictam Vicariam de West=ffarleigh predict' iam (ut dicitur) vacan', ad quam per venerabilem virum Walterum Balcanquall sacrae theologiae Doctorem, Decanum Ecclesiae Cathedralis Christi et beatae Mariae virginis Roffen' in dicto Com' Kancie et eiusdem ecclesiae Capitulum eiusdem Vicariae veros et indubitatos (ut etiam dicitur) patronos presentatus existit, ipsumque Vicarium perpetuum eiusdem ac in eadem instituit ac eum suis Juribus et pertinentiis universis Juribus Archiepiscopalibus Cant' et Episcopalibus Roffen' necnon Ecclesiae Cathedralis et Metropoliticae Christi Cant' et Ecclesiae Cathedralis Christi et beatae Mariae virginis Roffen' predict' dignitatibus et honoribus in omnibus semper salvis. Et emanavit pro eum Breve Archidiacono &c Decano &c universis et singulis Rectoribus Vicariis &c ratione predict' Visitationis &c ad inducendum eundem Johannem Ster &c./

Commissio ad exercendum Jurisdictionem ecclesiasticam infra dioc' Roffen' pendente visitatione Metropolitica./

Gulielmus providentia divina Cantuar' Archiepiscopus totius Angliae Primas et Metropolitanus ad quem omnis et omnimoda Jurisdictio spiritualis et Ecclesiastica ad Episcopum Roffen' spectan' et pertinen' ratione Visitationis nostrae Metropoliticae infra eandem dioc' modo pendente noscitur dignoscitur pertinere Dilecto nobis in Christo Basilio Wood legum Doctori Salutem et gratiam. **Cum** nos Ecclesiam

Cathedralem ac Civitatem et dioc' Cestren' nostre Cant' provincie, in locis exemptis et non exemptis tam in Capite quam in membris Clerumque et populum in eisdem degentes sive residentes, iure nostro Metropolitico proxime (annuente Domino) visitare et defectus inibi repertos, correctione et reformatione necessario indigentes, corrigere et in statum suum debitum pro viribus restituere proponentes et intendentes Venerabili Confratri nostro Domino Johanni eadem providentia Cestren' Episcopo aliisque inferioribus mandavimus et decrevimus, ut pendente visitatione nostra Metropolitica huiusmodi, ecclesias aut alia loca ecclesiastica Clerumve aut populum dicte dioc' visitare seu visitari facere aut aliquam Jurisdictionem ecclesiasticam contentiosam sive voluntariam quoquo modo exercere seu quicquam aliud in preiudicium visitationis nostre Metropolitice huiusmodi quovismodo attemptare seu attemptari facere presumat sub pena contemptus. Ac nihilominus providere volentes, ne lites, cause et discordie inter dicti domini nostri Regis subditos ante hac mote et imposterum movende aliaque negotia dicte dioc' ratione inhibitionis nostre predicte remorarentur protrahantur aut plus iusto differantur in eorundem subditorum preiudicium et dispendium Ad cognoscendum igitur procedendum, statuendum et diffiniendum in omnibus et singulis causis et negotiis ecclesiasticis in dicta Civitate et dioc' Cestren' tam ex officio mero mixto vel promoto quam ad quarumcunque partium instancias sive promotiones hactenus motis, inchoatis et intentatis aut imposterum (pendente visitatione nostra Metropolitica predicta) movendis et intentandis causisque et ea cum suis incidentibus emergentibus dependentibus annexis et connexis quibuscunque (citra tamen offensam legum et statutorum huius Regni Anglie, et quatenus leges et statuta huiusmodi permittant et non aliter neque alio modo) audiendum discutiendum et fine debito terminandum Testamenta insuper et ultimas voluntates quorumcunque infra dictam Civitatem et dioc' Cestren' decedentium approbandum et insinuandum Administrationesque bonorum huiusmodi defunctorum et aliorum ab intestato sive per viam intestati decedentium Executoribus in huiusmodi testamentis nominatis et aliis quibus de Jure et statutis huius regni Anglie committi debeant in debita Juris forma concedendum et committendum Ac Compotum calculum sive ratiocinium executorum et Administratorum huiusmodi exigendum, audiendum, examinandum et admittendum ac Computantes huiusmodi ab omni ulteriori Compoto, Calculo sive ratiocinio in hac parte reddendo (prout Juris fuerit et equitatis) absolvendum et finaliter dimittendum Alium insuper seu alios virum Canonicum in ea parte idoneum qualificatos in premissis et eorum quolibet loco tuo (quoties opus fuerit) substituendum ac ei sive eis vices nostras circa premissa in omnibus locis eiusdem dioc' committendum ac substitutos huiusmodi tuo arbitrio revocandum Et generaliter omnia alia faciendum, exercendum et expediendum que in premissis vel circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna (Excepta potestate quascunque penitentias salutares et condignas commutandi, inscis nobis in ea parte prius consultis) Penarum cuiuslibet congrue et legitime coercionis prout iuxta Constitutiones et Canones ecclesiasticos regia suprema auctoritate confirmatos infligendum Tibi vices nostras committimus ad nostrum beneplacitum duraturas. Proviso tamen quod nullas detectionum (uti vocant) billas a quibuscunque gardianis infra dioc' predictam ante visitationem nostram inchoatam exigas vel exigi procures Et quoniam nostrum est, pro officii nostri pastoralis debito vigilanter prospicere, ut boni fideles digni et idonei operarii in vineam Domini mittantur potestatem examinationum approbationum, admissionum, institutionum et inductionum quorumcunque Clericorum ad quecunque beneficia ecclesiastica dictarum Civitatis et dioc' Cestren' durante visitatione nostra Metropolitica huiusmodi presentatorum aut imposterum presentandorum nobis et Vicario nostro in spiritualibus generali et Officiali principali reservamus (presentibus seu aliis Commissionalibus aut aliquo in eisdem content' in contrarium facien' non obstan') Volentes insuper quatenus omnes et singulos per te seu substitutum sive substitutos tuos huiusmodi auctoritate tua excommunicatos et in huiusmodi excommunicationis sententia per quadraginta dies et ultra perseverantes, nobis, more Juris exigente significare velis, ut nos ad eorum in ea parte contumacias reprimendas pro eorum corporum captione et carcerali mancipatione Serenissimo Domino nostro Carolo Regi iuxta Regni sui Anglie leges, statuta et laudabiles consuetudines in ea parte edita debita cum celeritate scribere valeamus Et preterea volumus quod de commoditatibus proficuis et emolumentis quibuscunque ratione Jurisdictionis huiusmodi durante visitatione nostra Metropolitica predicta provenien' verum plenum et fidele Compotum Vicario nostro in spiritualibus generali iuste reddas seu reddi facias Assumpto tibi et substitutis tuis huiusmodi uno vel pluribus dilecto nobis in Christo Willelmo Sherman notario publico Registrario nostro primario aut eius in hac parte deputato seu deputandis in Registrarium et Actorum nostrorum Scribam necnon Johanne Holt generoso Apparitore nostro generali vel eius deputato in Apparitorem et mandatarium nostrum. In cuius rei Testimonium sigillum (quo in hac parte utimur) presentibus apponi fecimus. Dat decimo nono die mensis Februarij Anno Dni iuxta etc 1634 et nre Transl Anno primo. /

Citatio pro visitatione Ecclie Cathis Roffen. /

Guilielmus providentia diva Cantuar Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus Venerabili et egregio viro Waltero Balcanquall sacre theologie professori Ecclie Cathis Christi et beate Marie virginis Roffen Decano seu eius locum tenenti Salutem et gratiam. **Quia** nos Ecclesiam Cathem ac Civitatem et Dioc Roffen in locis exemptis et non exemptis tam in Capite quam in membris Clerumque et populum in eisdem degen sive residen iure nro Metropolitico proxime (annuente Dno) visitare et defectus inibi repertos correctione et reformatione necessario indigen corrigere et in statum suum debitum pro viribus restituere proponimus et intendimus Vobis igitur in virtute obedien firmiter iniungendo committimus et mandamus quatenus dicte Ecclie Capitulum Precentorem Cancellarium Thesaurarium Archinosque quoscunque eiusdem Ecclie Necnon omnes et singulos Canonicos Prebendarios officia etiam perpetua obtinen Vicarios Chorales ac Secundarios et alios ministros ecclie antedce quoscunque citetis seu citari faciatis peremptorie quod omnes et singulos ac etiam per tenorem presentium sic citamus Quod compareatis et vos et eorum quilibet compareat et compareant coram nobis aut Vicario nro in spualibus generali et Officiali principali vel Comissarijs nris seu eorum aliquo uno vel pluribus in Domo Capitulari Ecclie supradicte die Mercurij vicesimo tertio viz. die mensis Aprilis iam prox futur inter horas nonam et undecimam ante meridiem eiusdem diei cum continuatione et prorogatione dierum extunc prox sequen usque ad finalem expeditionem visitationis predicte visitationem huiusmodi subitur titulosque quos in dignitatibus Canonicat et Prebendis alijsque beneficijs et officijs predcis obtinetis et obtinent et eorum quilibet obtinet necnon literas ordinum vrorum et suorum exhibitur et ostensur verasque copias respective exhibitur et penes Registrarium nrum hac in parte deputat dimissur ulteriusque facturos et recepturos in premissis ea contingen quod iustum fuerit et negotij huiusmodi qualitas et natura exigunt et requirunt Vobis etiam tenore presentium intimamus ac per vos omnibus et singulis supradictis citand intimari volumus et mandamus quod sive in termino supradicto limitato venerint vosque seu eorum aliquis venerint seu venerit sive non in premissis et premissorum singulis contra vos et vos et eorum quemlibet (authore Dno) procedemus et Vicarius nr in spualibus gnalis predcus aut Comissarij nri huiusmodi procedent prout in hac parte iustum fuerit procedend vestrum et eorum seu ipsorum alicuius absentia in aliquo non obstan. Et quid in premissis feceritis nos aut Vicarium nrum in spualibus gnalem predcum aut Comissarios nros predcos per literas patentes harum seriem ac nomina et cognomina omnium et singulorum per vos in hac parte citand in quadam schedula literis vris Certificatorijs annectend in pergameno respective conscript citius dicto vicesimo tertio die mensis Aprilis prox in domo Capitulari supradicta debite et sufficienter authentico sigillo consignat. Dat vicesimo nono die mensis Martij Anno Dni 1634 et nre Transl Anno primo. /

Litere Patentes Regie ad visitandum Ecclias quascunque Cathedrales Collegiatas parochiales et alia loca Ecclesiastica infra totam Provinciam Cantuar. /

Carolus Dei gra Anglie Scotie Francie et Hibernie Rex fidei defensor etc Reverendissimo in xpo patri Willo providentia divina Archiepo Cantuar totius Anglie Primati et Metropolitano Johi eadem providentia Roffen Epo Nathanieli Brent militi legum Doctori Vicario eiusdem Archiepi in spualibus generali Thome Reeves legum etiam Doctori Advocato nro, Isaaco Bargrave sacre theologie professori Decano Ecclie Cathedralis Metropoliticae Christi Cantuar, Johi Warner et Thome Jackson sacre Theologie etiam respective professoribus, Rico Clarke sacre theologie professori, Arthuro Duck et Roberto Aylett legum respective Doctoribus Salutem. **Cum vos** prefatus Archiepus ex solicitudine pastorali gregis Dominici vobis comissi tam Civitatem Dioc et Eccliam vram Cantuar ceterasque Dioc et Ecclias tam Cathedrales quam Collegiat et parochiales Hospitalia item et Scholas publicas seu liberas aliaque loca ecclesiastica infra Provinciam vram Cantuar constituta tam in Capite quam in membris Clerumque et populum respective in eisdem Dioc et Provincia iure vro Metropolitico proxime visitare et negotijs predictis munus illud prefat Epo Nathanieli Thome Isaaco Johi Thome Rico Arthuro et Roberto (inter alios) coniunctim et divisim comittend proposuistis ac tam infra Diocesim quam alibi infra Provinciam vram Cant diverse Ecclie Cathedrales cum Epis Decanis Capitulis ceterisque ministris et Officiarijs in eisdem ac Decani et Capitulum et prebendarijs alijsque ministris et Officiarijs in dictis Eccliis nuper circa Annum Regni Dni Henrici nuper Regis Anglie octavi tricesimum sextum ac tam circa Annum illum quam antea nonnulla Hospitalia et Domus ad pauperum sustentationem ac Schole quedam publice et libere per Antecessores nros fundate erecte et stabilita extiterunt et existunt, et equum est ut qui sinceritatem religionis amplexi sunt eadem disciplina ad cultum divinum externum et morum probitatem veritatem dirigantur **Nos** authoritatem nostram Regiam ad fidem Christianam vere Catholicam huius summus defensores, et morum probitatem conservand[i], nobis a Deo optimo maximo commissam agnoscentes, vtque (amputatis malorum viribus) sincera religio et Canonica recte vivendi forma tam in Ecclesiis et locis predictis quam in ceteris Ecclesiis ac in locis vniversis Provincie vestre floreat et augeatur cupientes; ad visitandum igitur tam in Capite quam in membris tam Ecclesias Cathedrales et Collegiatas predictas ac prefata Hospitalia, Domus, Scholas et singula loca Ecclesiastica infra dioc' et Provinciam predictas de fundatione vel Patronatu nostro vel progenitorum nostrorum (tam exempta et immediate nobis subiecta quam non exempta) quam Episcopos, Decanos et Capitulum, Prebendarios, Officiarios et ministros aliosque degentes vel ministrantes in eisdem (Ecclesia Collegiata Sancti Petri Westm' et Decano, Capitulo et ministris in eadem exceptis) ac de statu Ecclesiarum, Hospitalium, Domorum et Scholarum illarum ac eorundem Episcoporum, Decanorum et Capitulorum ac Canonicorum, Prebendariorum, ministrorum et Officiariorum et aliorum quorumcunque in eisdem degentium vel ministrantium, modis omnibus quibus melius et efficacius poteritis inquirend' et investigand' ac delinquentes, irregularitates, crimina, excessus vel officia seu ministeria sua negligentes aliterve culpabiles, penis pro ratione et modo criminum, excessuum, negligentiarum et delictorum suorum condignis vsque ad dignitatum, Officiorum et ministeriorum respective privationem et amotionem, inclusive ad sequestrand' et emolumentorum suorum seu in dividentiis expectation', Corpis annona, ceterisque proventibus suis ecclesiasticis, mediis quibuscunque sequestrationem vel quamcunque aliam congruam et competentem coercionem puniend' et corrigend' ad probatiores vivendi mores et Canonicum magis Officiorum suorum ministerium, modis omnibus quibus poteritis, reducend', contumaces etiam et rebelles si quos inveneritis cuiuscunque fuerint status vel conditionis tam per Censuras ecclesiasticas et alia Juris remedia compescend' aliorumque Jurisdictionem ecclesiasticam durante visitatione vestra in Ecclesiis et locis predictis exercere inhibend' prout inhibemus per presentes, Insuper Cartas Regias, indulta, privilegia, immunitates, libros, statuta (si que sint) Registra, Computa et alia scripta seu munimenta quorumcunque dictarum Ecclesiarum, Hospitalium, Domorum, Scholarum, Episcoporum, Decanorum, Capitulorum, Canonicorum, prebendariorum, ministrorum, Officiariorum, predictas fundationem, incorporationem, dotationem, negotia, vel statum quoquomodo tangentia seu concernentia, petend', exigend' vobisque proferri et exhiberi mandand' et faciend', ea scrutinand' et diligenter examinand', Necnon Injunctiones et Statuta que vobis pro commodiori ordine et gubernatione Ecclesiarum, Hospitalium, Domorum, Scholarum, Decanorum, Capitulorum, Canonicorum, prebendariorum, ministrorum et Officiariorum predictorum videbuntur idonea tam durante visitatione predicta quam postea condere et edere, ipsaque nobis proposita et per nos stabilita, ea Decanis, Capitulis Canonicis, prebendariis, ministris, Officiariis atque aliis quibuscunque in eisdem Ecclesiis, Hospitalibus, Domibus, Scholis et locis commorantibus vel ministrantibus, per ipsos et eorum successores observanda nomine nostro tradend' et auctoritate nostra eis indicend' et iniungend', in eorum violatores penas infligend', decreta et ordinationes et consuetudines (si quas inveneritis eisdem inidoneas) tollend' et penitus abolend' et omnia alia que circa premissa requisita aut necessaria fuerint vel opportuna faciend' et exequend' **Vobis** de quorum sincera religione et doctrina ac morum probitate et rebus gerendis provida circumspectione et industria plurimum in hac parte confidimus ex certa scientia et mero motu nostris ac suprema auctoritate nostra Regia vices et auctoritatem nostras omni appellatione remota coniunctim et cuilibet et quibuslibet vestrum separatim vel divisim committendo plenam tenore presentium damus et committimus potestatem, vosque ac singulos vestrum et quoslibet vestrum separatim vel divisim delegatos et Commissarios nostros ad premissa omnia et singula exequend' nominamus, ordinamus et deputamus per presentes, tantummodo duratur' donec eisdem supersedend' fore decreverimus etiamsi talia sint que specialia magis et expressa verba requirunt. Ac licet Ecclesie, Hospitalia, Domus, Schole, Episcopi, Decani, Capitula, Canonici, prebendarii ceterique ministri et Officiarii aut alii in eisdem Ecclesiis seu locis sint de patronatu nostro vel de fundatione nostra vel progenitorum nostrorum et sint exempta vel nobis immediate subdit' vel non exempta, cum auctoritate procedendi in premissis summarie et de plano et sine strepitu et figura Judicii, solum rei veritate inspecta, equitate attenta ac cum cuiuslibet ultime coercionis potestate **Mandantes** omnibus et singulis Episcopis, Decanis, Archidiaconis, Canonicis, Prebendariis, ministris et Officiariis in Ecclesiis et locis predictis ac aliis in eisdem degentibus vel ministerium exercentibus Necnon omnibus et singulis vicecomitibus, Custodibus pacis, Constabulariis, Balliuis, Prepositis, necnon Gardianis Ecclesiarum [illegible] Hospital' et Scholarum prefectis ac Clero et populo per totam dioc' et Provinciam Cantuariensem constitutis quod vobis et quibuslibet et cuilibet vestrum in premissis sint intendentes auxiliantes et obtemperantes in omnibus prout decet **Nolumus** tamen quod vos predicti

Epus

Papus, Nathaniel, Thomas, Isaacus, Johes, Thomas, Petrus, Arthurus vel Robtus vel eorum aliqui in legibus et statutis predictis contentis vel edendis statuatis vel aliquid eorum statuat nobis prefato Archiepo inconsultis. **In cuius** rei testimonium has lras nras fieri fecimus Patentes. **Teste** me ipso apud Westm tricesimo primo die Martii Anno Regni nri decimo./

Citatio pro visitatione Decanatus de Shorham.

Gulielmus providentia divina Cantuar Archiepus totius Angliae Primas et Metropolitanus Dilecto nobis in Xpo Roberto Hewetson literato Apparitori nro, necnon universis et singulis Clericis et literatis quibuscunque per Provinciam nram Cant ubilibet constitutis Salutem. **Cum** Nos Civitatem et Dioc Roffen dictae nrae Cantuar provinciae, necnon Decanatus de Shorham et Croydon, nrae et Ecclesiae nrae Cathedralis et Metropoliticae Christi Cant Iurisdictionis immediatae Clerumque et populum eorundem ad Dei gloriam et subditorum dictae Civitatis, Dioc et Decanatuum utilitatem commodum et quietem, virtutum incrementum et vitiorum extirpationem (divina favente clementia) propediem actualiter visitare intendimus Nobis igitur con. et dict. committimus ac firmiter iniungendo mandamus quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie omnes et singulos Rectores et Vicarios dignitates vel beneficia ecclesiastica quaecunque obtinentes, Capellanosque et Curatos parochiales sive stipendiarios ac alios quoscunque ecclesiasticas functiones exercentes infra Decanatum de Shorham praedictum degentes et divina celebrantes, ac ludimagistros tam publicos quam in privatis aedibus degentes necnon cuiuslibet parochiae sive Capellaniae Decanatus de Shorham praedicti

Gardianos et oeconomos ac duos vel tres vel plures parochianos Inquisitores cuiuslibet parochiae cum Capellanis praedictis

quod compareant et eorum quilibet respective compareat coram nobis aut Vicario nro in spiritualibus generali sive Commissario nro quocunque in Ecclesia parochiali de Crayford infra dictum Decanatum de Shorham praedict die Martis vicesimo nono viz.t die mensis Aprilis iam prox futur Datum presentium inter horas nonam et duodecimam ante meridiem eiusdem diei Visitationem nram Metropoliticam in hac parte exercend debite subitur et actur, necnon auditur factur et recептur quae eis ex parte nra fuerint exponenda et ministranda Praemonentes Rectores Vicarios et Curatos huiusmodi quatenus non modo procurationes et alia Iura Nobis ratione Visitationis nrae huiusmodi competen quatenus eos respective concernunt et ab antiquo fieri assolet, tunc die hora et loco praedictis praestent et persolvant verum etiam titulos dignitatum, beneficiorum suorum, institutionum facultatesque et dispensationum gratias ac ordinum sacrorum lras tunc producant et ostendant ulteriusque faciant et recipiant quod natura et qualitas Visitationis nrae Metropoliticae huiusmodi de se exigunt et requirunt. Mandando et praecipiendo vobis et vestrum utrique ut supra quatenus quorumcunque defunctorum executores ac ab intestato decedentium relictas, filios et consanguineos et consanguinitate coniunctos eorundem demortuorum infra Decanatum de Shorham praedict commorantes omnes et singulos peremptorie citetis seu citari faciatis quatenus ipsi et eorum quilibet die, hora et loco praedictis coram Nobis aut Vicario nro in spiritualibus generali sive Commissario nro huiusmodi compareant et compareat Testamenta et ultimas voluntates eorundem defunctorum tunc exhibitur ac onus executionis eorundem vel Administrationes bonorum huiusmodi defunctorum iuxta Iuris et statutorum huius Regni Angliae exigentiam in se acceptatur vel recusatur ulteriusque factur et receptur quod iustum fuerit in hac parte seu quomodolibet requisitum. Et quid in praemissis feceritis aut exequi curaveritis in hac parte Nos aut Vicarium nrum in spiritualibus generalem sive Commissarium quemcunque dictis die hora et loco debite et autentice per lras vras Patentes harum seriem continen una cum nominibus et cognominibus omnium et singulorum citatorum et monitorum in quadam schedula sive libro [illegible] Certificatorioque huiusmodi annectend conscript certificetis fideliter prout convenit. In cuius rei Testimonium Sigillum (quo in hac parte utimur) presentibus apponi fecimus. Dat decimo septimo die mensis Martii Anno Dni (iuxta Computationem Ecclesiae Anglicanae) Millesimo sexcentesimo tricesimo tertio, et nrae Translationis Anno primo./

Nomina Ecclesiarum et Capellarum infra Decanatum de Shorham praedict

Graine
Gillingham
Lidsing
Cliffe
Eastmalling
Eastpeckham
Eastfarleigh
Hunton
Ightham
Wrotham
Stansted
Penshurst
[illegible]
Chiddingstone.
Brasted
Sevenoke
Meopham
Northfleet
Ifeld
Chevening
Sundrith
Darenth
Crayford
Eynsford
Farningham
Halsted
Bexley
Hayes
Shorham
Otford
Nockholt
Keston
Downe
Orpington
St. Mary Cray

Reverendissime

Certificatorium super executione dicte Citationis. /

Reverendissimo in Christo patri et Domino Domino Guilielmo providentia divina Cantuar Archiepiscopo totius Anglie Primati et Metropolitano vestro Vicario in spiritualibus generali et Officiali principali aut Commissario vestro in hac parte specialiter constituto Vester humilis et devotus Johannes Hewetson Literatus vester in hac parte mandatarius legitime constitutus omnimodas reverentias tam tanto Reverendissimo patri debitas et condignas cum honore. Literas vestras mandatorias et citatorias (presentibus annexas) nuper cum ea qua decuit reverentia humiliter recepi exequendas Quarum quidem literarum vigore pariter et auctoritate Clerum et populum Decanatus de Shorham vestri et Ecclesie vestre Cathedralis et Metropolitice Christi Cantuar Jurisdictionis immediate quorum nomina et cognomina et dignitates in libro sive schedula (presentibus etiam annexo) plenius continentur et declarantur ad comparendum coram vobis die horis et loco in prefatis literis vestris mandatoriis content. et specificat. atque ad omnem effectum in eisdem literis mentionat. legitime et peremptorie monui et citavi. Et sic literas vestras mandatorias huiusmodi quantum in me fuit debite et diligenter sum executus. In cuius rei Testimonium sigillum venerabilis viri Decani sive Commissarii Decanatuum de Shorham et Croydon presentibus apponi procuravi Et nos Decanus sive Commissarius antedictus ad specialem rogatum dicti Certificantis sigillum nostrum huiusmodi presentibus apponi fecimus Dat. vicesimo octavo die mensis Aprilis Anno Domini Millesimo sexcentesimo vicesimo quarto. /

Nomina Ecclesiarum et Capellarum infra Decanatum de Shorham predict. /

Greine	Wrotham	Ifeld	Hayes
Gillingham	Stansted	Chevening	Shorham
Lidsing	Penshurst	Sundrith	Otford
Cliffe	Ryarsh	Darenth	Knockholt
Eastmalling	Chiddingstone	Crayford	Keston
Eastpeckham	Brasted	Eynsford	Downe
Eastfarleigh	Sevenoke	Farningham	Orpington
Hunton	Meopham	Halsted	St. Mary Cray. /
Ykham	Northfleet	Bexley	

Citatio pro visitatione Decanatus de Croydon.

Guilielmus providentia divina Cant. Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus Dilecto nobis in Christo Johanni Graven Literato Apparitori nostro necnon Universis et singulis Clericis et literatis quibuscunque per provinciam nostram Cantuar ubilibet constitutis Salutem. **Cum** nos Ecclesiam Cathedralem ac Civitatem et dioc. Roffen. nostre Cant. provincie necnon Decanatus de Shorham et Croydon nostre et Ecclesie nostre Cathedralis et Metropolitice Christi Cant. Jurisdictionis immediate Clerumque et populum eorundem ad Dei gloriam ac Subditorum dict. Civitatis dioc. et Decanatuum salutem, animorum et quietem ac vitiorum, excessuum et vitiorum extirpationem (Divina favente clementia) proposuerimus actualiter visitare, mittendumque vobis ac eorum et vestrum cuilibet committimus ac firmiter iniungendo mandamus quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie omnes et singulos Rectores et Vicarios Dignitates vel beneficia ecclesiastica quecunque obtinentes Capellanosque et Curatos parochiales sive stipendiarios ac alios quoscunque ecclesiasticas functiones exercentes infra Decanatum de — — Croydon predict. degen. et Dei verbi predicatores ac ludimagistros tam publicos quam in privatis edibus degen. necnon cuiuslibet parochie sive Capelle infra Decanat. de Croydon predict. Gardianos et Oeconomos ac duos vel tres sive plures alios laicos, magis fidedignos cuiuslibet parochie sive Capelle predict. Quod compareant et eorum quilibet compareat coram Nobis aut Vicario nostro in spiritualibus generali sive Commissario nostro quocunque in Ecclesia parochiali de Newington in Com. Surrie Decanatus de Croydon predict. die Mercurii ultimo viz. die mensis Aprilis jam proxime futuro post datum presentium inter horas nonam et duodecimam ante meridiem eiusdem diei Visitationem nostram Metropoliticam in hac parte exercend. debite subituri et agnituri, necnon audituri, facturi et recepturi que eis ex parte nostra fuerint exponenda et ministranda Premonentes Rectores Vicarios et Curatos huiusmodi quatenus pro more Procurationes et alia Jura nobis ratione Visitationis nostre huiusmodi competentia quatenus eos respective concernunt et ab antiquo fieri assolet, eisdem die hora et loco predictis prestent et persolvant, necnon etiam literas Dignitatum, beneficiorum suorum institutiones, facultatesque ac dispensationum gratias, ac ordinum suorum literas etiam producant et ostendant Ulteriusque faciant et recipiant quod natura et qualitas Visitationis nostre Metropolitice huiusmodi de se exigunt et requirunt Mandantes et precipientes vobis quatenus

vobis et eorum cuilibet et curia quorumcunque defunctorum executores ac ab intestat decedentium relictas, filios ac consanguineos et consanguinitate coniunctos eorundem demortuorum infra Decanatum de Croydon predict, citetis omnes et singulos peremptorie, citari faciatis quatenus ipsi et eorum quilibet die hora et loco predict coram nobis aut Vicario nostro in spiritualibus generali sive Commissario nostro huiusmodi compareant et comparat Testamenta et ultimas voluntates eorundem defunctorum exhibitur ac onus executionis eorundem vel Administrationis Bonorum huiusmodi defunct iuxta Juris et Statutorum huius inclyti Regni Angliae exigentiam in se acceptatur vel recusatur Ulteriusque facturi et recepturi quod iustum fuerit in hac parte seu quomodolibet requisit Et quod in premissis feceritis vel fieri aut exequi causaveritis in hac parte Nos aut Vicarium nostrum in spiritualibus generalem sive Commissarium quemcunque dictis die hora et loco per literas vestras patentes harum seriem continentes unacum nominibus et cognominibus omnium et singulorum citatorum et monitorum in quadam schedula sive libro vestris Certificatorijs huiusmodi annectendis conscriptis certiores faciatis authentice prout convenit. In cuius rei Testimonium Sigillum (quo in hac parte utimur) presentibus apponi fecimus Dat decimo die mensis Martij Anno Dni (stilo Angliae) Millesimo sexcentesimo tricesimo tertio, Et nostre Translationis Anno primo.

Nomina Ecclesiarum et Capellarum infra Decanatum de Croydon predict.

Harrow
Pynnor Capella
Heese
Norwood Capella
Burstow
Charlewood
Easthorsley
Merstham
Cheham
Croydon
Barnes
Wimbleton
Putney Capella
Mortlake Capella
Newington. /

Certificatorium super executione dicte Citationis. /

Reverendissimo in Christo patri et Dno, Dno Gulielmo providentia divina Cant Archiepo totius Angliae Primati et Metropolitano vestrove Vicario in spiritualibus generali et Officiali principali aut Commissarijs vestris in hac parte specialiter constitutis Vester humilis et devotus Johannes Crowch Clericus vester in hac parte mandatarius legitime constitutus omnimodas reverentiam et obedientiam tanto Reverendissimo patri debitas et condignas cum honore. Literas vestras mandatorias et citatorias (presentibus annexas) nuper cum ea qua decuit reverentia humiliter recepi exequend. Quarum quidem literarum vigore pariter et auctoritate Clerum et populum Decanatus de Croydon vestri et Ecclesiae vestrae Cathedralis et Metropoliticae Christi Cant Jurisdictionis immediate quorum nomina et cognomina ac dignitates in libro sive schedula (presentibus etiam annex) plenius continentur et declarantur ad comparendum coram vobis die hora et loco in prefat literis vestris mandatorijs content et specificat atque ad alium effectum in eisdem literis mentionat legitime et peremptorie monui et citavi Et sic literas vestras mandatorias huiusmodi quantum in me fuit debite et diligenter sum executus. In cuius rei Testimonium sigillum venerabilis viri Decani sive Commissarij Decanatuum de Shoreham et Croydon presentibus apponi procuravi Et nos Decanus sive Commissarius antedictus ad specialem rogatum dicti constituentis Sigillum nostrum huiusmodi presentibus apponi fecimus Dat vicesimo nono die mensis Aprilis Anno Dni 1634. /

Relaxatio Jurisdictionis Dni Epi Roffen.

Guilielmus providentia divina Cant Archiepus totius Angliae Primas et Metropolitanus Venerabili Confratri nostro Dno Johanni eadem providentia Roffen Episcopo suo Vicario in spiritualibus generali et Officiali principali Salutem et fraternam in Dno charitatem Cum nos nuper Ecclesiam Cathedralem ac Civitatem et Dioc' vestram Roffen pred, nostre Cant provinciae tam in Capite quam in membris Clerumque et populum in eisdem degen sive residen Jure nostro Metropolitico visitaverimus statuentes vestrae fraternitati inhibentes firmiter ac prohibentes ne pendente visitatione nostra Metropolitica huiusmodi Ecclesias aut alia loca exempta Clerumve aut populum dictarum Civitatis et Dioc' Roffen visitare aut ea quae sunt Jurisdictionis exercere aut quicquam aliud in preiudicium visitationis nostrae huiusmodi quovismodo attemptare presumeretis sub pena contemptus Nos nihilominus ex certis causis rationabilibus et legitimis nos in hac parte specialiter moventibus Inhibitionem nostram predictam quoad vos et Jurisdictionem vestram Episcopalem tantummodo ad presens duximus relaxand Ita quod Jurisdictionem vestram Episcopalem in dictis Ecclesia Cathedrali Civitate et Dioc' Roffen predict libere et licite exercere sive exerceri facere

possitis et valeatis licentiam vobis concedimus et impertimur per presentes Inhibicione nostra quadam
vobis (ut prefertur) facta in aliquo non obstante. **Salva** tamen et reservata nobis ac
Commissarijs et ministris nostris quibuscunque potestate et auctoritate audiendi, examinandi et terminandi
Causam, quandam sive negotium inter vos aut Vicarium nostrum in spiritualibus generalem et
Archidiaconum vestrum Roffen in et circa exercitium Iurisdictionis vestrae infra Civitatem et Dioc
vestram Roffen et Archidiaconatum vestrum Roffen qualitercunque motas vel movendas, inceptas vel incipiendas
ac etiam examinandi, inquirendi, corrigendi, puniendi et reformandi quaecunque crimina,
excessus et delicta quorumcunque Subditorum Ecclesie vestre Cathedralis ac Civitatis et Dioc Roffen
predict in visitatione nostra Metropolitica predicta comperta et detecta et causas quascunque ~ ..
inchoatas et inceptas coram nobis aut Commissarijs nostris huiusmodi vel eorum aliquo examinandas
discutiendas et fine debito terminandas necnon colligendi, levandi et recipiendi procurationes et
prestationes quascunque ac omnia et singula alia emolumenta ratione visitationis nostre quae
nobis et Vicario nostro in spiritualibus generali aliisque Officiarijs et ministris nostris de iure vel consuetudine
debita et solvi consueta huiusmodi presentibus in aliquo non obstante. In cuius rei Testimonium Sigillum
(quo in hac parte utimur) presentibus apponi fecimus Dat sexto die mensis July Anno Domini ~ ..
Millesimo Sexcentesimo tricesimo quarto Et nostre Translationis Anno primo. /

Guilielmus providentia divina Cantuar Archiepiscopus totius Angliae Primas et
Confratri nro Dno Guilielmo eadem providen London Epo ac Archino London et eius Officiali alijs inhiberi man
daverimus et fecerimus, ne penden visitatione nra Metropolitica ibm ecclias aut alia loca ecclica quecunque Clerumve aut
populum dict Dioc et Archinatus visitare seu visitari facere aut aliquam Jurisdictionem ecclicam contentiosam
sive voluntariam quoquo modo exercere seu quicquam aliud in preiudicium visitationis nre Metropolitice hmoi
attemptare seu attemptari facere presumant sub pena contemptus Ac nihilominus providere volentes, ne lites, cause
et discordia inter Dni nri Regis subditos antehac mota et imposterum movendæ aliaque negotia ad officium dicti
Archini London seu eius Officialis pertinentia ratione Inhibitionis nre pred temporibus, protrahantur aut
plus iusto differantur in eorundem subditorum preiudicium et dispendium **Nos** cognoscend igr procedend
statuend et diffiniend in omnibus et singulis causis et negotijs (exceptis interius exceptis et reservatis) quæ ad
Jurisdictionem Archini et Officialitatem eiusdem infra Archinatum London pred de iure vel consuetudine
pertinere solebant tam ex officio mero mixto vel promoto quam ad quarumcunque partium instantias sive
promotiones hactenus motis inchoatis et intentatis aut imposterum (penden visitatione nra Metropolitica hmoi)
movend et intentand cas et ea cum suis incidentibus emergentibus dependentibus annexis et connexis quibuscunque (citra
tamen offensam legum et statutorum huius regni Angliæ et quatenus leges et statuta hmoi permittant et
non alr neque alio modo) audiend discutiend et fine debito terminand Testamenta insuper et ultimas
voluntates quorumcunque infra Archinatum pred decedentium quæ ad officium dicti Archini aut eius Officialis
dudum spectabant seu spectare debebant ante visitationem nram Metropoliticam hmoi inchoat proband et
insinuand Administrationesque bonorum hmoi defunctorum et aliorum ab intestato sive per fiam intestat decedentium
executoribus in hmoi testamentis nominatis et alijs quibus de iure et statutis huius Regni Angliæ committi
debebant in debita Juris forma concedend et committend Ac Compotum Calculum sive ratiocinium executorum et
administratorum hmoi audiend examinand et admittend ac Computantes hmoi ab omni ulteriori Compoto
Calculo sive ratiocinio in hac parte reddend (prout Juris fuerit et equitatis) absolvend et finaliter dimittend
Alium insuper seu alios iuxta Canonum in ea parte edit qualitatem in premissis et eorum quolt loco tuo
(quoties opus fuerit) substituend ac ei sive eis vices nras circa premissa in omnibus locis eiusdem Archinatus
committend ac Substitut hmoi tuo arbitrio revocand Ceteraque omnia et singula ad officium Officialitatis
infra Archinatum pred (exceptis multis quarumque pecuniariis infligend et penis quibuscunque
commutandi, Exceptis etiam inductionibus quorumcunque Clericorum ad quecunque beneficia ecclica infra
Archinatum pred auctate nra admissorum et durant visitatione nra Metropolitica pred admittendorum
Necnon

Necnon visitacionibus et inquisitionibus quibuscunque eiusdem Archidiaconatus Ac billarum detectionum receptione ac correctione et reformatione quarumcunque personarum in visitatione nra predicta infra dict Archidiaconatum detectarum quas nobis speciale reservamus Ac reservata nobis et Vicario nro in spualibus generali probatione et concurren Jurisdictione infra Archidiaconatum pred ac omnibus alijs ad Cancellarium dni Epi London pred pro tempore existen ex ipsa commune spectan et pertinen et hactenus exercitat (patibus lris nris Commissionalibus non obstan) ~ faciend exercend et expediend que in premissis aut circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna iuxta constitutiones sive Canones ecclesiasticos et non aliter neque alio modo Tibi vices nras committimus cum cuiuslibet cohercionis et ultima executionis potestate ad nrum bene placitum tantummodo duratur Volumus insuper quatenus oes et singulos per te aut substitut sive substitutos tuos auctate tua excommunicatos et in huiusmodi excommunicationis sua per quadraginta dies et ultra perseverantes nobis iuxta Juris exigentia significare velis ut nos ad eorum in ea parte contumacias reprimend pro eorum corporum captione et carcerali mancipatione Serenissimo Dno nro Carolo Regi iuxta Regni sui Angliae leges Statuta et laudabiles consuetudines in ea parte edit debita cum celeritate scribere valeamus Et preterea volumus quod de commoditatibus proficuis et emolumentis ~ ~ quibuscunque ratione Jurisdictionis huiusmodi durante visitatione nra Metropolitica pred provenien verum plenum et fidele Computum Vicario nro in spualibus generali iuste reddas seu reddi facias. Assumpto tibi et substitut tuis huiusmodi uno vel pluribus Dilecto nobis in xpo Willimo Sherman notario publico Registrario nro primali aut eius in hac parte deputat seu deputand in Registrarium et actorum eorum scribam Necnon Johanne Holt ~ ~ generoso Apparitore nro generali vel eius deputat in Apparitorem et mandatarium eorum. In cuius rei testimonium sigillum (quo in hac parte utimur) presentibus apponi fecimus Dat vicesimo quarto die mensis ffebruarij Anno Dni (iuxta Computationem ecclie Anglicane) Millesimo sexcentesimo tricesimo quinto et nre Translacionis Anno tertio./

Commissio ad exercendam Jurisdictionem exemptam infra Commissariat Essex in diversis partibus eiusdem concessa dcõ Aylett./

Guilielmus providen diva Cant Archiepus totius Angliae Primas et Metropolitanus ad quem omnis et omnimoda Jurisdictio spualis et ecclica ad Epum London spectans et pertinens ratione Visitationis nre Metropolitice ibidem dict modo penden notorie dignoscitur pertinere Dilecto nobis in xpo Roberto Aylett legum Doctori Salutem et gratiam. Cum Nos Ecclesiam Cathedralem ac Civitatem et Dioc London nre Cant provincie in locis exemptis et non ~ ~ exemptis tam in Capite quam in membris Clerumque et populum in eisdem degen sive residen Jure nro Metropolitico ~ ~ proprediem (annuente Dno) visitare et defectus inibi repertos correctione et reformatione necessarie indigen corrigere et in statum suum debitum pro viribus restituere proponentes et intendentes Venli Confratri nro Dno Guilielmo ~ eadem providen London Epo ac Commissarijs suis quibuscunque inhiberi mandavimus et fecimus ne pendente Visitatione nra Metropolitica ibm Ecclesias aut alia loca ecclica Clerumve aut populum dict Dioc aut alicuius ~ ~ Commissariatus eiusdem visitare seu visitari facere aut aliquam Jurisdictionem ecclicam contentiosam sive voluntariam quoquo modo exercere seu quicquam aliud in preiudicium Visitationis nre Metropolitice huiusmodi attentare seu attentari facere presumant sub pena contemptus Ac nihilominus providere volentes ne lites cause et discordie inter Dni nri Regis subditos antehac mote et imposterum movende aliaque negotia ad officium Commissariatus Epi ~ ~ London in partibus Essexie et Hartfordie pertinen ratione Inhibitionis nre pred remorarentur protrahantur aut plus iusto differantur in eorundem subditorum preiudicium et dispendium. Ad cognoscendum igitur procedendum statuendum et diffiniendum in omnibus et singulis causis et negotijs ecclicis (exceptis infrascriptis exceptis et reservatis) que ad officium Commissariatus Epi predict in partibus Essexie et Hartfordie de Jure vel consuetudine pertinere solebant tam ex officio mero mixto vel promoto quam ad quarumcunque ~ partium instan sive promotores hactenus motis inchoatis et intentatis aut imposterum (penden visitatione nra Metropolitica huiusmodi) movendis et intentandis Cumque et ea cum suis inciden emergen dependen annexis et connexis quibuscunque (citra tamen offensam legum et statutorum huius Regni Angliae et quatenus leges et statuta hec permittunt et non aliter neque alio modo) audiend discutiend et fine debito terminand Crimina etiam delicta et excessus quorumcunque subditorum infra totos Archidiaconatus Essexie et Colcestrie ac Decanatus de Braughing Harlow Dunmowe et Ongingham necnon Comitatus Essexie et Hertfordie tam in locis quibuscunque eorundem Decanatuum Archidiaconatuum et Comitat peculiari Jurisdictioni Epi London reservatis et exemptis quam non exemptis (Decanatu de Barking in dco Com Essexie tantummodo excepto) commoran et delinquen quorum correctio punitio et reformatio ad dcum Commissariatum Epi ac Commissarium eiusdem de Jure aut antiqua consuetudine inconcusse observata spectant et pertinent (citra tamen offensam legum et statutorum predict) debite corrigend puniend Testamenta insuper et ultimas voluntates quorumcunque infra ~ ~ Archidiacon Decanat et Comitat predict decedentium (Testamentis Clericorum et beneficiatorum duntaxat exceptis et nobis reservatis) quorum probatio approbatio et insinuatio ad Commissarium Commissariatus in partibus predict de Jure aut consuetudine spectant proband approband et insinuand Administrationesque ~ ~ bonorum huiusmodi defunctorum et aliorum ab intestat sive per viam intestat decedentium executoribus in huiusmodi ~

testament

testamentis nominatis et alijs personis quibus de Jure et statutis huius Regni Angliæ committi debeant in debita Juris forma concedend et committend Ac Compotum Calculum sive ratiocinium executorum et administratorum huiusmodi exigend audiend examinand et admittend Ac Computantes huiusmodi ab omni ulteriori Compoto Calculo sive ratiocinio in hac parte reddend prout Juris fuerit et equitatis absolvend et finaliter dimittend Alium insuper seu alios iuxta Canonem in ea parte edit qualificat in premissis et eorum quolibet loco tuo (quoties opus fuerit) substituend ac ei sive eis vices nras circa premissa in omnibus locis eiusdem Commissariatus committend ac substitut huiusmodi tuo arbitrio revocandum Ceteraque omnia et singula ad officium Commissariatus Epi London in partibus Essexie et Hertfordie predict (excepta multa quacunque pecuniaria infligend et penas quascunque penales commutandi) Exceptis etiam inductionibus quorumcunque Clericorum ad quecunque beneficia ecclesiastica infra Commissariatum predict auctate nra admissorum et durante visitatione nra (Metropolitica predicta) admittendorum Necnon visitationibus et inquisitionibus quibuscunque eiusdem Commissariatus Ac billarum detectionum receptione ac correctione et reformatione quarumcunque personarum in visitatione nra predicta infra dictum Commissariatum detectarum quas Nobis speciale reservamus Ac reservata Nobis et Vicario nro in spualibus generali preventione et concurrente Jurisdictione infra Commissariat pred ac omnibus alijs ad Cancellarium dni Epi London predict pro tempore existen ex usu communi spectan et pertinen et hactenus exercitat (prioribus literis nris Commissionalibus non obstan) faciend exercend et expediend que in premissis aut circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna iuxta Constitutiones sive Canones ecclesiasticos et non aliter neque alio modo; Tibi vices nras committimus, cum cuiuslibet congrue et lime coertionis potestate ad nrum beneplacitum tantummodo duratur; Volumus insuper quatenus omnes et singulos per te aut substitutum sive substitutos tuos auctate tua excommunicatos et in huiusmodi excommunicationis sententia per quadraginta dies et ultra perseverantes Nobis iuxta Juris exigen significare velis ut nos ad eorum in ea parte obstinacias reprimendas pro eorum corporum captione et carcerali mancipatione Serenissimo dno nro Carolo Regi iuxta Regni sui Angliæ leges, statuta et laudabiles consuetudines in ea parte edit debita cum reverentia scribere valeamus Et preterea volumus quod de commoditatibus proficuis et emolumentis quibuscunque ratione Jurisdictionis huiusmodi durante Visitatione nra Metropolitica predicta provenien verum plenum et fidelem Compotum Vicario nro in spualibus generali iuste reddas seu reddi facias Assumpto tibi et substitutis tuis huiusmodi uno vel pluribus Dilecto nobis in Xpo Willmo Sherman notario publico Registrario nro primario seu eius in hac parte deputat seu deputand in Registrarum et Actorum vestrorum scribam necnon Johanne Holt generoso Apparitore nro generali vel eius deputat in Apparitorem et mandatarium vrum. In cuius rei Testimonium sigillum (quo in hac parte utimur) presentibus apponi fecimus Dat vicesimo sexto die mensis Februarij Anno Dni iuxta etc 1635. Et nre Trans Anno tertio./

Commissio ad exercend Jurnem Archinalem infra Archinatum Midd concessa Doctori Swalman./

Vicesimo septimo die mensis Februarij Anno Dni iuxta etc 1635. Concessa fuit Commissio Galfrido Swalman legum Doctori ad exercendum Jurisdictionem Archinalem infra Archinatum Midd in partibus Midd Essexie et Hertfordie, reservat concessione et expeditione omnium licenciarum matrimonialium necnon preventione et concurrente Jurisdictione etc prout in Commissione concessa Doctori Clerke pro Archinatu London ut supra.

Comissio ad exer Jurnem Archinalem infra Archinatum Colcestrie concessa Doctori Aylett./

Primo die mensis Martij Anno Dni iuxta etc 1635. Concessa fuit similis Commissio Roberto Aylett legum Doctori ad exercendum Jurisdictionem Archinalem infra Archinatum Colcestrie cum eisdem exceptionibus in omnibus.

Comissio ad exer Jurnem ecclesiam in Com Jur Decani et Capituli Ecclie Cathedralis divi Pauli London concessa Doctori Bennett.

Eisdem die et Anno Concessa fuit Commissio Thome Bennett legum Doctori ad exercendum Jurisdictionem ecclesiasticam infra peculiarem et exemptam Jurisdictionem Decani et Capituli Ecclie Cathed divi Pauli London in omnibus mutatis mutandis ut in Commissione concessa Decano Sarum tempore visitationis Metropolit Dioc Sarum Anno Dni 1634 ut prefertur

Comissio ad exer Jurnem spiritualem ad Vicarium in spiritualibus generalem Dni Epi London et Officialem Curie Consist concessa Doctori Duck./

Guilielmus providentia divina Cant Archiepus totius Angliæ Primas et Metropolitanus ad quem omnis et omnimoda Jurisdictio spualis et ecclesiastica in et per Dioc London ratione Visitationis nre Metropolitice infra eandem Dioc modo pendentis, noscitur dignoscitur pertinere Dilecto nobis in Xpo Arthuro Duck legum Doctori Reverendi in Xpo patris et venerabilis Confratris nri Dni Guilielmi eadem providentia London Epi Vicario in spualibus generali Salutem et gratiam. Cum Nos Ecclesiam Cathedralem divi Pauli ac Civitatem et Dioc London pred nre Cant provincie in locis exemptis et non exemptis tam in Capite quam in membris eorundem et populum in eisdem degen sive residen Jure nro Metropolitico proxime (annuente Dno) visitare et defectus ibi repertos correctione et reformatione necessario indigen invenit et d ussitatum fueri debitum pro tribus visitare proponen et intenden venerli Confratri nro Dno Guilielmo London Epo andiq alio inhiberi mandaverimus et fecerimus ne pendente Visitatione nra Metropca hmoi Epus aut alia loca civitas Clerum aut populum dca Dioc visitare seu visitari facere aut aliquam Jurisdictionem ecclesiam contentiosam sive voluntariam quoquo modo exercere seu quicquam aliud in preiudicium Visitationis nre Metropce hmoi attentare seu attentari facere presumat sub pena contemptus Ac nihilominus providere volentes ne lites causae et discordiae inter Dni nri Regis subditos antehac motae et imposterum movendae aliaq negotia dca Dioc ration Inhibitionis nre predict remorarentur, protrahantur aut plus iusto differantur in eorundem subditorum preiudicium et dispendium Ad cognoscendum igr procedendum statuend et diffiniend in omnibus et singulis causis et negotiis ecclesiis in dicta Civitate et Dioc London ad Cancellarium sive Vicarium in spualibus gnalem Dni Epi London predict ac Officialem principalem Curie Consis Epalis London ac ad officium ipsius Vicarii gnalis et Officialis princlis de Jure et ex usu communi spectan et pertinen tam ex officio mero mixto vel promoto quam ad quarumcunq partium instantias sive promotiones hactenus motis inchoatis et intentatis aut imposterum (pendente visitatione nra Metropca predicta) movendis et intentandis causis, et ea cum suis inciden emergen dependen annexis et connexis quibuscunq, citra tamen offensam legum et statutorum huius Regni Angliae et quatenus leges et statuta hmoi permittant et non alr neque alio modo audiend discutiend et fine debito terminand Testamenta insuper et ultimas voluntates quorumcunq infra dict Civitatem et Dioc London decedentium quae ad Cancellarium sive Vicarium in spualibus gnalem Dni Epi London predict ac Officialem principalem Curie Consis Epalis London et ad officium ipsius Vicarii generalis ex usu communi ante Visitationem nram Metropcam predict inchoat spectabant seu spectare debebant, approband et insinuand Administrationes quoq bonorum hmoi defunctorum et aliorum ab intestat sive propriam intestat decedentium Executoribus in hmoi testamentis nominatis et aliis quibus de Jure et statutis huius Regni Angliae committi debeant in debita Juris forma concedend et committend Ac Compotum Calculum sive ratiocinium Executorum et Administratorum hmoi recipiend audiend examinand et admittend Ac Computantes hmoi ab omni ulteriori Computo Calculo sive ratiocinio in hac parte reddend (prout Juris fuerit et equitatis) absolvend et finaliter dimittend Necnon licentias matrimoniales et alias quascunq, licentias facultates sive dispensationes quae ad Cancellarium sive Vicarium in spualibus gnalem et Officialem principalem Dni Epi London de Jure et consuetudine spectant et pertinent, faciend, concedend et expediend Alium insuper seu alios iuxta Canonem in ea parte editum qualificat in premissis et eorum quolibet loco tuo (quoties opus fuerit) substituend ac ei sive eis vices nras circa premissa in omnibus locis eiusdem Dioc committend ac substitut hmoi tuo arbitrio revocand Et generaliter omnia et singula alia faciend exercend et expediend quae in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna (excepta potestate penas quascunq commutandi, nisi nobis in ea parte prius consultis) vinculum cuiuslibet congrue et ultime correctionis potestate iuxta Constitutiones ecclesias Regia suprema authe confirmat infligend Tibi vices nras committimus ad nrum beneplacitum tantummodo duratur Et quoniam nri est pro officii nri pastoralis debito vigilanter prospicere ut boni fideles digni et idonei operarii in curam Dni mittantur personalem examinationem, approbationem, admissionem, institutionem et inductionem quorumcunq Clericorum ad quaecunq beneficia ecclesiastica dict Civitatis et Dioc London durante visitatione nra Metropca hmoi presentatorum aut imposterum presentandorum Nobis et Vicario nro in spualibus gnali et Officiali princli speciale reservamus (quibus literis nris Commissionalibus aut aliquo in eisdem content in contrarium facien, non obstan quibuscunq) Volentes insuper quatenus omnes et singulos per te seu substitut tuos hmoi authe tua excommunicatos et in hmoi excommunicationis sententia per quadraginta dies et ultra perseverantes, Nobis iuxta Juris exigentiam significari velis ut Nos ad eorum in ea parte contumacias reprimend pro eorum corporum captione et carcerali mancipatione Serenissimo Dno nro Carolo Regi iuxta Regni sui Angliae leges statuta et laudabiles consuetudines in ea parte edit debita cum reverentia scribere valeamus Et preterea volumus quod de commoditatibus proficuis et emolumentis quibuscunq ratione Jurisdictionis hmoi durante visitatione nra Metropca predca provenien verum plenum et fidele Compotum Vicario nro in spualibus gnali iusto reddas seu reddi facias Assumpto tibi et substitutis tuis hmoi uno vel pluribus Dilecto nobis in Xpo Willmo Sherman notario publico Registrario nro princli vel eius in hac parte Deputat seu deputand in Registrarium et Actorum vestrorum Scribam, necnon Johanne Holt generoso Apparitore nro gnali vel eius Deputat in Apparitor et mandatarium vrum. In cuius rei Testimonium sigillum (quo in hac parte utimur) presentibus apponi fecimus Dat tertio die mensis Martii Anno Dni iuxta etc 1635 et nre Transl Anno tertio. /

Commissio ad exercend Jurisdict ecclesiam infra Decanatum de Arcubus London concessa Dno Johanni Lambe

Guilielmus providen dia Cant Archiepus totius Angliae Primas et Metropolitanus ad quem omnis et omnimoda Jurisdictio spualis et ecclesiastica in et per Civitatem et Dioc London ac Decanatum de Arcubus London nri et Ecclie nre Cathlis et Metropoce Christi Cant Jurisdictionis immediate ratione Visitationis nre Metropolitice infra dict Civitatem, Dioc et Decanatum nrum de Arcubus modo pendent, notorie dignoscitur pertinere Dilecto nobis in Xpo venerli viro Dno Johanni Lambe militi et legum Doctori Salutem et gratiam.

Cum Nos Ecclesiam Cathedralem Divi Pauli ac totam Civitatem et Dioc London nre Cant provincie in locis exemptis et non exemptis tam in Capite quam in membris Clerumq et populum in eisdem degen sive residen Jure nro Metropitico propediem (annuente Dno) visitare et defectus inibi repertos correctione et reformatione necessario indigen corrigere et in statum suum debitum pro viribus restituere proponen et intendentes venerabili Confratri nro Dno Guilielmo eadem providentia London Epo Tibique prefato Dno Johanni Lambe Decano sive Commissario nro Decanatus de Arcubus pred alijs inhiberi mandaverimus et fecerimus ne pendente Visitatione nra Metropolitica ibm Ecclesias aut alia beneficia ecclesiastica quecunq Clerumve aut populum dict Dioc et Decanatus visitare seu visitari facere aut aliquam Jurisdictionem ecclesiasticam contentiosam sive voluntariam quoquo modo exercere seu quicquam aliud in preiudicium Visitationis nre Metropolitice huiusmodi attentare seu attentari facere presumatis sub pena contemptus, Ac nihilominus providere volentes ne lites cause et discordie inter Dni nri Regis subditos antehac mote et imposterum movende aliaque negotia ad officium Decani sive Commissarij Decanatus de Arcubus predict pertinen ratione Inhibitionis nre predict remorarentur protrahantur aut plus iusto differantur in eorundem subditorum preiudicium et dispendium Ad cognoscendum igitur procedendum, statuend et diffiniend in omnibus et singulis causis et negotijs dicti Decanatus nri de Arcubus London tam ex officio mero mixto vel promoto quam ad quarumcunq partium instantias sive promotiones hactenus motis inchoatis et intentatis aut imposterum (penden Visitatione nra Metropolitica predict) movendis et intentandis Causisq cetera cum suis inciden, emergen, dependen annex et connexis quibuscunq (citra tamen offensam legum et statutorum huius Regni Anglie et quatenus leges et statuta huiusmodi permittant et non alr neq alio modo) audiend discutiend et fine debito terminand Testamenta insuper et ultimas voluntates quorumcunq infra Decanatum predict decedentium approband et insinuand Administrationesq bonorum huiusmodi defunctorum et aliorum ab intestat sive per viam intestat decedent Executoribus in huiusmodi testamentis nominatis et alijs quibus de Jure et statutis huius Regni Anglie committi debeant in debita Juris forma concedend et committend Ac Compotum Calculum sive ratiocinium Executorum et Administratorum huiusmodi, recipiend audiend examinand et admittend Ac Computantes huiusmodi ab omni ulteriori Compoto Calculo sive ratiocinio in hac parte reddend (prout Juris fuerit et equitatis) absolvend et finaliter dimittend Alium insuper seu alios iuxta Canonem in ea parte editum qualificatos in premissis et eorum quolibet loco tuo (quoties opus fuerit) substituend ac ei sive eis vices nras circa premissa in omnibus locis eiusdem Decanatus committend ac substitut huiusmodi tuo arbitrio revocand Et generaliter omnia et singula alia faciend exercend et expediend que in premissis vel circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna (excepta potestate quascunq penas salutares et condignas infligendas commutandi nisi Nobis in ea parte prius consultis) unacum cuiuslibet congrue et ltime coercionis potestate iuxta Constitutiones et Canones ecclesiasticos Regia suprema potestate confirmat Tibi vices nras committimus ad nrum beneplacitum tantummodo duratur Proviso tamen quod nullas detectionum (ut vocant) billas a quibuscunq Gardianis infra Decanatum pred ante visitationem nram inchoatam exigas vel exigi procures. Et quoniam nri est pro officij nri pastoralis debito, vigilanter prospicere ut boni, fideles, digni et idonei operarij in vineam Dni mittantur personalem examinationem approbationem, admissionem institutionem et inductionem quorumcunq Clericorum ad quecunq beneficia ecclesiastica dict Decanatus de Arcubus durante Visitatione nra Metropolitica huiusmodi presentatorum aut imposterum presentandorum Nobis et Vicario nro in spiritualibus generali speciali reservamus (presentibus lris nris Commissionalibus aut aliquo in eisdem content in contrarium facien non obstan) volentes insuper quatenus omnes et singulos per te seu substitut sive substitutos tuos authoritate tua excommunicatos et in huiusmodi excommunicationis sententia per quadraginta dies et ultra perseverantes Nobis iuxta Juris exigentiam significare velis ut Nos ad eorum in ea parte contumacias reprimend pro eorum corporum captione et carcerali mancipatione Serenissimo Dno nro Carolo Regi iuxta Regni sui Anglie leges, statuta et laudabiles consuetudines in ea parte edit debita cum reverentia scribere valeamus Et preterea volumus quod de commoditatibus proficuis et emolumentis quibuscunq ratione Jurisdictionis huiusmodi (durante visitatione nra Metropolitica predicta) provenien verum plenum et fidele Compotum Vicario nro in spiritualibus generali iuste reddas seu reddi facias. Assumpto tibi et substitutis tuis huiusmodi uno vel pluribus dilecto nobis in Xpo Willimo Sherman notario publico Registrario nro principali aut eius in hac parte Deputat seu Deputand in Registrarium et Actorum vestrorum scribam, necnon Johanne Holt generali Apparitore nro generali vel eius Deputat in Apparitorem et mandatarium vrum. In cuius rei testimonium sigillum (quo in hac parte utimur) presentibus apponi fecimus Dat tertio die mensis Martij Anno Dni iuxta &c 1635. et nre Trans Anno tertio./

Commissio ad exerc Jurisdictionem ecclesiasticam infra Decanat de Bocking concessa Dnis Barkham et Dno Goad./

Eisdem die et Anno Concessa fuit Commissio venerabilibus viris Johanni Barkham et Thome Goad sacre Theologie respective professoribus Decanis sive Commissarijs Decanatus de Bocking in Com Essex Ecclie Cathedralis et Metropolitice Christi Cantuar Jurisdictionis immediate ad exercend Jurisdictionem ecclesiasticam infra eundem Decanatum de Bocking in omnibus (mutatis mutandis) ut in precedenti Commissione concessa Dno Johanni Lambe./

Tertio die mensis Martij Anno Dni iuxta &c 1635 Concessa fuit Commissio Thome Goad legum Dcori ad exercendum Jurisdictionem Archidiaconalem infra Archidiaconatum Sancti Albani in omnibus mutatis mutandis ut in Commissione preregistrat concessa Dcori Clerke. /

Commissio ad exercend Jurisdict Archidiaconalem infra Archidiaconatum Sancti Albani concessa Dcori Goad. /

Quarto die eiusdem mensis Martij Concessa fuit Commissio Samueli Harvey in Artibus magro ad exercendum Jurisdictionem Archidiaconalem infra Archidiaconatum Essexie in omnibus (mutatis mutandis) ut in Commissione concessa Dcori Swalman pro Jurisdictione Archidiaconatus Midd. /

Commissio ad exerc Jurisdictionem Archidiaconalem infra Archidiaconat Essexie concessa magro Harvey. /

Vicesimo secundo die mensis Martij Anno Dni iuxta &c 1635 Coram venerabili viro Dno Nathanaele Brent milite et legum Dcore Vicario in spiritualibus generali &c Rmi in Xpo patris Dni Guilielmi Cant Archiepi &c ad quem &c ad Epum London &c ratione visitationis sue Metropoliticae infra eandem Dioc modo penden noscitur pertinere In suis edibus infra parochiam Sti Botolphi extra Aldersgate London &c In presentia mei Samuelis Wade notarij publici &c Constitutus personaliter Franciscus Walsall Clericus in Artibus magr ad Rectoriam Ecclie parochialis de Wigborow magna alias Salcott Wigborow in Com Essexie dioc London Dioc Cantque provincie subscripsit Articulis de quibus in Synodo London &c Consensum est Anno Dni 1562 iuxta &c et tribus illis Articulis mentionatis in tricesimo sexto Capitulo libri Canonum &c Anno Dni 1604 edit &c et specialiter subscripsit Et tunc prestito per eum Juramento tam de agnoscendo Regiam supremam potestatem &c ac de fidelitate et allegiantia &c iuxta formam Statut &c necnon de Canonica obedientia &c quam de Simonia non commissa &c iuxta Canonem &c Prefatus venerabilis vir Dns Nathanael Brent admisit eundem Franciscum Walsall ad dictam Rectoriam de Wigborow magna alias Salcott Wigborow predict per mortem naturalem Edwardi Starlett Clerici ultimi Rectoris et Incumbentis ibm (ut dicitur) vacan ad quam per honorandum virum Theophilum Comitem Suffolcie Baronem de Walden Constabularium Castri Dovor Custodem Cancellarium et Admirallum quinque Portuum nobilissimi Ordinis Garterij militem et e Secretioribus Consilijs Regie Maiestatis ipsius Rectorie verum et indubitatum pleno Jure (ut etiam dicitur) patronum presentatus extitit Ipsumque Rectorem eiusdem ac in et de eadem instituit &c cum suis Juribus membris et pertinentijs universis Juribus Archiepalibus Cant et Epalibus London necnon Ecclie Cathlis et Metropolitice Christi Cant et Ecclie Cathlis divi Pauli London dignitatibus et honoribus &c salvis Et acceptata per eum Cura Animarum &c Scriptum fuit Universis et singulis Rectoribus Vicarijs &c ratione penden Visitationis Metropolitice &c ad inducendum eundem Franciscum Walsall &c. /

Wigborow magna alias Salcott Wigborow Rectoria Institutio. /

Guilielmus providentia divina Cantuar Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus Dilectis nobis in Xpo Comitibus et alijs prenobilibus viris, Prebendarijs, canonicis Ecclie Cathlis, Presidibus, Prepositis vel magistris, Socijs et Scholaribus necnon Rectoribus, Vicarijs et Capellanis fratribusque et sororibus quorumcunque Collegiorum, Aularum, Ecclesiarum parochialium aut Capellarum, Hospitalium et Corporationum eorumque Commissarijs et Officialibus peculiarem et exemptam Jurisdictionem infra parochias sive precinctus de West-Thorrock, Writtle de le Rooken, Thorpe, Kerbie et Walton et villam bone Easter vulgar good Easter ac libertates de Hornchurch, Havering et Rumford in Com Essexie Dioc London exercentibus omnibusque alijs quorumque nomine aut autate aliquam peculiarem Jurisdictionem ecclesiasticam in et per dictum Com Essexie haben et exercentibus Visitationi nre Metropolitice alias subditis et quovismodo subiectis Salutem et gratiam. **Cum** Nos Ecclesiam Cathedralem divi Pauli ac Civitatem et Dioc London predict nre Cant Provincie in locis exemptis et non exemptis tam in Capite quam in membris Clerumque et populum in eisdem degen sive residen Jure nro Metropolitico procedentem (annuente Dno) visitare et defectus inibi repertos correctione et reformatione necessaria indigentes corrigere et in statum suum debitum pro viribus restituere proponimus et intendimus. Ut igitur Visitationem nram huiusmodi liberius exercere possimus et valeamus Vobis et cuilibet vrum tenore presentium inhibemus ac Officiarijs et ministris vris necnon omnibus et singulis alijs personis Jurisdictionem aliquam ecclesiasticam exemptam sive peculiarem infra dict Dioc London exercen Jurisdictioni et Visitationi nre Metropolitice subdit et subiect cum omni celeritate accommoda sic inhiberi volumus et mandamus quatenus nec vos nec vrum aliquis a dict receptionis presentium aut executionis sive intimationis earundem vobis fiend durante Visitatione nra Metropolitica Ecclesias aut alia loca ecclesiastica Clerumve aut populum peculiaris et exempte vre Jurisdictionis visitare aut aliquam Jurisdictionem ecclesiasticam in aliquibus locis exemptis et non exemptis ac nre Visitationi Metropolitice subiectis exercere seu quicquam aliud in preiudicium Visitationis nre Metropolitice attemptare presumatis seu aliquis vrum presumat sub pena contemptus De diebus vero receptionis presentium aut intimationis earundem vobis fiend Nos aut Vicarium nrum in spiritualibus generalem et Officialem principalem vel alium Judicem in hac parte competen quemcunque cum ad hoc congrue fueritis requisiti debite certificetis prout decet. In cuius rei Testimonium Sigillum (quo in hac parte utimur) presentibus apponi fecimus Dat in Manerio nro de Lambeth vicesimo tertio die mensis Martij Anno Dni (stilo Anglie) Millesimo sexcentesimo tricesimo quinto Et nre Translationis Anno tertio. /

Inhibitio Commissarijs de West-Thorrock, Writtle de le Rooken, Thorpe, Kerbie et Walton et villa bone Easter ac libertatibus de Havering, Hornchurch et Rumford in Com Essex et alijs Commissarijs quibuscunque exercen aliquam Jurisdictionem exemptam infra eundem Comitatum. /

Die Jovis

Substitutio venlis viri
viri Roberti Aylett legum
Doctoris quoad exercitium
Jurisdictionis inter intra
libertas peculiares et exempt
Jurisdictionis in Com Essex et
Dioc London./

Die Jovis Vicesimo quarto viz[t] die mensis Martij Anno Dni (stilo Angliae) 1635 In pntia mei Richardi Baker notarij publici Venerabilis vir Dnus Nathaniel Brent miles legum Dor ac Rmi in Xpo patris et Dni Dni Guilielmi providentia Dia Cant Archiepi totius Angliae Primatis et Metropolitani ad quem omnis et omnimoda Jurisdictio spualis et ecclesiastica in et per totam Civitatem et Dioc London in locis exemptis et non exemptis ratione visitationis sue Metropoliticae ibm modo pendentis notorie dignoscitur pertinere Vicarius in spualibus gnalis et Officialis principalis in aedibus suis infra parochiam Sti Botolphi extra Aldersgate London ex certis causis eum in hac parte moventibus vice et loco suis substituit et surrogavit venerabilem virum Robertum Aylett legum Doctorem ad cognoscendum et procedendum in omnibus et singulis causis et negotijs ecclesiasticis in et per omnes et singulas peculiares et utrasque exemptas Jurisdictiones ad quoscunque spectantes et jacentes in Com Essex Dioc London et nominatim parochias sive precinctus de West=Thorocke, Writtle de le Roothe, Thorpe, Kirbie et Walton necnon villam bone Castre vulgariter good Easter ac libertates de Hornchurch Havering et Rumford in Com et Dioc pred respective existentes tam ex officio mero mixto vel promoto quam ad quarumcunque partium instantias sive promotiones hactenus motis inchoatis et intentatis aut imposterum (durante Visitatione Metropolitica pred) movendis et intentandis, easque et ea cum suis incidentiis, emergentiis, dependentiis annexis et connexis quibuscunque (salva tamen observantia legum et statutorum huius Regni Angliae et quatenus leges et statuta huiusmodi permittunt et non aliter) audiend, discutiend et fine debito terminand Testamenta quoque et ultimas voluntates quorumcunque infra dictas parochias sive precinctus villam et libertates superius mentionat et descript decedentium approband et insinuand Administrationesque bonorum huiusmodi defunctorum et aliorum ab intestat sive per viam intestat etiam decedentium executoribus in huiusmodi testamentis nominatis et alijs quibus de Jure et statutis huius Regni Angliae committi debeant in debita Juris forma concedend et committend Alium insuper seu alios circa premissa loco suo substituend et surrogand et ad libitum suum revocand Ceteraque omnia et singula faciend exercend et expediend que ipsemet quoquo modo facere, exercere et expedire aut exequi posset vel deberet si presens personaliter interesset (exceptis tantummodo institutionibus et inductionibus beneficiorum ecclesiasticorum et literis significatorijs Dno Regi pro captione et carcerali mancipatione contumacium in sententia excommunicationis ultra quadraginta dies pertinaciter perseverantium) Et facto prefato Dno Nathaniel Brent per dcum Doctorem Aylett fideli Computo de commoditatibus et proficuis ratione Jurisdictionis huiusmodi provenien, Idem Dnus Nathaniel Brent promisit de rato etc Assumpsit prefato Doctori Aylett et substituto suo cum[m] Admini[m] magrum Willmum Sherman notarium publicum predcique Rmi patris Registrarium principalem vel eius Deputat seu Deputatos in Registrarium et Actorum suorum scribam necnon Johannem Holt generosum Apparitorem generalem eiusdem Rmi patris sive eius Deputat in Apparitorem et mandatarium (durante hac substitutione) Super quibus omnibus et singulis premissis prefatus venerabilis vir Dnus Nathaniel Brent requisivit me etc testesque etc presentibus tunc et ibm Henrico Carthwaite Clerico Curato Ecclie parochialis de Bocking in Com Essex Ecclie pe Cant Jurisdictionis immediate testimonium inde perhibere./

Warley magna
Rectoria Institutio./

Ultimo die mensis Martij Anno Dni 1636 Coram magro Willmo Mericke legum Doctore surrogato venerabilis viri Dni Nathanielis Brent militis legum etiam Doctoris Vicarij in spualibus gnalis etc Rmi in Xpo patris Dni Guilielmi Cant Archiepi etc ad quem etc ad Eccliam London etc ratione Visitationis sue Metropoliticae infra eandem Dioc modo pendentis notorie dignoscitur pertinet In eius Camera infra Hospitium Advocatorum de Arcubus London etc In pntia mei Gabrielis Wade notarij publici etc Comparuit personaliter Edwardus fford Clericus in Artibus magr ad Rectoriam Ecclie parochialis de Warley magna in Com Essex dicte Dioc London Cant provincie presentatus Articulis de quibus in Synodo London etc Conventum est Anno Dni 1562 iuxta etc et tribus illis Articulis mentionatis in tricesimo sexto Capitulo libri Canonum etc Anno Dni 1604 edit etc respective subscripsit Et tunc prestito per eum Juramento tam de agnoscendo Regiam supremitatem etc ac de fidelitate et allegiantia etc iuxta formam statut etc necnon de Canonica obedientia etc quam de simonia non commissa etc iuxta Canonum etc Prefatus magr Willmus Mericke admisit eundem Edwardum fford ad dcam Rectoriam de Warley magna per liberam et spontaneam resignationem Johannis Stacksmore Clerici ultimi Rectoris et Incumbentis ibm (ut dicitur) vacan ad quam per Richardum Swanley de Lymehouse infra parochiam de Stepney als Stebonhith in Com Midd Armigerum istius vicis verum (ratione donationis sive concessionis Advocationis fact per Beniaminum Wallinger generosum verum et originalem patronum cuidam Gregorio Isham generoso et per dcum Gregorium Isham sibi inde fact et concesse) verum et indubitatum (pro hac vice tantum ut etiam dicitur) patronum presentatus exhibit, Rectorem eundem ac in et de eadem instituit etc cum suis Juribus membris et pertinentijs universis Juribus Archiepalibus Cant et Epalibus London necnon Ecclie Cathis et Metropoliticae Christi Cant et Ecclie Cathis divi Pauli London dignitatibus et honoribus etc salvis Et curam animarum etc cum Cura Animarum etc Scriptum fuit Vicedecano et singulis Rectoribus Vicarijs etc ratione pendentis

visitationis Metropoc &c ad inducendum eundem Edwardum fford &c. /

To the Kings most excellent Ma:tie

The humble petition of the Deane and Chapter of the Cathedrall Church of S.t Paule London.

A Petition preferred to the King by the Deane & Chapter of S.t Paule London about y.e Metropoliticall visitation of their Church. /

Humbly sheweth unto yo.r sacred Ma.tie that whereas the Lord Archbishop of Canterbury his Grace by his summons to that purpose directed to us the Deane and Chapter of S.t Paule hath signified his Graces purpose by his Metropoliticall power to visit the said Church. /

And whereas it doth not appeare by any Records belonging to his Grace or the Church, that the Deane and Chapter have ever been visited by any Metropoliticall power notwithstanding the rest of the Diocesse hath bene so visited. /

And whereas the said Deane and Chapter doe acknowledge, that they hold immediately from yo.r Ma.tie all their privilidges, w.ch they take themselves bound by oath to preserve entire soe farr as in them lyeth, But withall most ready in all things to shew themselves obedient to yo.r Ma.ties pleasure and the present government of y.e Church.

Doe humblie beseech yo.r Ma.tie yo.u would be graciously pleased to take the premisses into yo.r Royall consideration and to give such Order herein, as yo.r Ma.tie in yo.r wisdome shall thinke fitt. /

And yo.r pet.rs as in all dutie they are bound, shall ever pray &c. /

At the Court at Whitehall April. 27. 1636. /

His Ma.ties answere to the said petition requiring them to submitt to the said visitation.

His Ma.ty approve's well of the modesty of these Pet.rs but withall is resolved for the settlement of Peace and good Order in the Church that noe Place without speciall grounds of Priviledge shall be exempt from Archiepiscopall visitation. And least of all this Church of S.t Paule in regard it appeares by their owne suggestions that the rest of the Diocesse hath been visited, and de iure ordinario it is knowne that y.e Archb.p or Bishop ought to beginne his Visitation at the Cathedrall and they can shew not Act in any their Registryes that the Archb.ps did not visit the Church at the same tyme, when they visited the Diocesse. And therefore his Ma.ty requires Submission of the Deane and Chapter to the visitation of the present Archb.p of Canterbury and of his Successors, And willes that this be registred both in the Archbishops Office and in their owne accordingly.

John Coke. /

Citatio pro visitatione Ecclie Cathis divi Pauli London.

Guilielmus providentia divina Cant Archiepus totius Angliæ Primas et Metropolitanus Venerabili et egregio viro Thomæ Winniffe sacræ theologiæ Professori Decano Ecclie Cathlis divi Pauli Civitatis London seu eius locum tenenti Salutem et gram. **Quia** Nos Ecclesiam Cathem divi Pauli predict ac Civitatem et Dioc London in locis exemptis et non exemptis tam in Capite quam in membris Clerumqz et populum in eisdem degen sive residen Jure nro Metropolitico procedere (annuente Dño) visitare et defectus ibi repertos correctione et reformatione necessario indigen corrigere et in statum suum debitum pro viribus restituere proponimus et intendimus, Vobis igr in virtute obedientiæ firmiter iniungendo committimus et mandamus quatus dicte Ecclie Capitulum, Precentorem, Cancellarium, Thesaurarium, Archiosqz quoscunq eiusdem ecclie, necnon omnes et singulos Canonicos & Prebendarios officia etiam perpetua obtinen, Vicarios Chorales ac stipendarios et alios ministros Ecclie eiusdem quoscunq citetis seu citari faciatis peremptorie Quos omnes et singulos ac etiam vos tenore pntium sic citamus Quod compareatis et ipse et eorum quilet compareat et compareant Coram Nobis aut Vicario nro in spualibus generali et Officiali principali vel Commissarijs nris seu eorum aliquo uno vel pluribus in Domo Capitulari Ecclie supradicte die Martis decimo septimo viz.t die mensis Maij iam prox futur inter horas nonam et undecimam ante meridiem eiusdem diei cum continuatione et prorogatione dierum extunc prox sequen usqz ad finalem expeditionem visitationis predicte Visitationem huiusmoi subitur Titulosqz quos in dignitatibus, Canonicat et Prebendis alijsqz beneficijs et officijs predictis obtinetis et obtinent et eorum quilet obtinet Necnon tras ordinum vestrorum et suorum exhibitur et ostensur, verasqz copias respective exhibitur et penes Registrarium nrum in hac parte Demissur Ulteriusqz factur et recepturi in premissis et ea contingen quod iustum fuerit et negotij huiusmoi qualitas et natura exigunt et requirunt Vobis etiam tenore pntium intimamus ac per vos omnibus et singulis supradictis citandis intimari Volumus et mandamus quod sive in termino supradicto limitato veneritis, ipsiqz seu eorum aliquis venerint seu venerit sive non in premissis et premissorum singulis, contra vos et eos et eorum quemlibet (annuente Dño) procedemus et Vicarius nr in spualibus generalis antedictus procedet aut Commissarij nri huiusmoi procedent quatus in hac parte iustum fuerit procedend, vrum et eorum seu ipsorum alicuius absentia in aliquo non obstan Et quid in premissis feceritis Nos aut Vicarium nrum in spualibus genalem antedictum aut Commissarios nros per tras vras patentes harum seriem ac nomina et cognomina oium et singulorum per vos in hac parte citand in quadam schedula [illegible] Certificatorijs annectend in pergameno respective conscript

consistorii continuo die decimo septimo die mensis Maii prox in Domo Capitulari supradict debite certificetis autentico sigillo consignat. Dat ultimo die mensis Aprilis Anno Dni 1636 Et nre Transl Anno tertio./

Substitutio fact ad deliberand libros Articulorum Gardianis in visitatione Metropolitica Dioc London et Decanatuum de Arcubus et Bocking eorumque iurand et billas detectionum a veteribus Gard recipiend.

Decimo tertio die mensis Maii Anno Dni 1636 coram me Richardo Baker notario publico Venerabilis vir Dnus Nathanael Brent miles legum Doctor ac Revmi in Xpo patris et Dni Dni Guilielmi Cantuar Archiepi ex ad quem omnis et omnimoda Jurisdictio spiritualis et ecclesiastica in et per Civitatem et Dioc London in locis exemptis et non exemptis ratione Visitationis sue Metropolitice etc modo pendente notorie dignoscitur pertinere Vicarius in spiritualibus generalis ex in Cenaculo Hospitii Advocatorum de Arcubus London ex certis causis eum in hac parte iuste moventibus vice et loco suis substituit et surrogavit venerabiles viros Arthurum Duck legum doctorem infra Comissariat Epi London per Civitatem London et suburbia eiusdem ac Decanatus de Midd et Barking Robertum Aylett legum Doctorem infra Comissariat Epi London in partibus Essexie et Hertf et Archinat Colcestrie ac omnes et singulas peculiares et alterius exemptas Jurisdictiones eiusdem Dioc ad quoslibet situatas et nominatim parochias sive precinctus de West Thorocke, Writtle, de le Rodes, Thorpe, Kirbie et Walton necnon villam bone Castle vulgar vocat good Easter ac libertates de Hornchurch, Havering et Rumford in Com Essexie Dioc predict Thomam Bennett legum Doctorem infra peculiares Jurisdictiones Decani et Capituli Divi Pauli London, Galfridum Exwalman legum Doctorem infra Archinat Midd, Willmum Clerke legum Doctorem infra Archinatum London, Thomam Goad legum Doctorem infra Archinat Sci Albani et Samuelem Harvey in Artibus magrum infra Archinatum Essex ac necnon Dum Johem Lambe militem legum Doctorem infra Decanatum de Arcubus London ac Johem Barkham et Thomam Goad sacre theologie professores infra Decanatum de Bocking Ecclie Cathlis et Metropolis Christi Cant Jurisdiccon immediate ad convocandum coram eis eorumve Surrogatis in Judicio sedentibus tam veteres quam novos Gardianos et Inquisitores cuiuslibet parochie et Capelle dictarum separalium Jurisdictionum et billas detectionum a veteribus solum Gardianis exigend et recipiend Novis autem Gard et Inquisitoribus nuperrime electis libros Articulorum per dictum Revmum patrem in tempore sue visitationis Metropolitice promulgandorum tantum tradendum et deliberandum Illosque et illorum quemlibet de fideliter et diligenter inquirend super content dictorum librorum articulorum Juramentis onerand ac nullas detectionum billas abinde exigend vel recipiend donec Sessiones dicte Visitationis ab eodem Dno Nathanaele Brent vel aliis Comissariis in hac parte authorizat actualiter tenende et expedite fuerint./

Commissio ad visitandum Ecclesiam Cathem Divi Pauli ac Civitatem et Dioc London necnon Decanat de Arcubus London et Bocking.

Guilielmus providentia diva Cant Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus ad quem omnis et omnimoda Jurisdictio spiritualis et ecclesiastica in et per Dioc London ratione Visitationis nre Metropolitice eandem Dioc modo pendente notorie dignoscitur pertinere Reverendo in Xpo patri et honorando viro Consiliario nro Dno Guilielmo eadem providentia London Epo et Dno Summo Thesaurario Anglie necnon Venerabilibus viris Dno Nathanaeli Brent militi legum Doctori Vicario nro in spiritualibus generali et Officiali principali Thome Winniffe sacre theologie professori et Decano Ecclie Cathlis Divi Pauli London, Johanni Warner, Johanni Barkham, Thome Goad, Thome Paske, Johanni Mountfort, Thome Westfeild, Thome Turner, Willmo Fuller, Richardo Clewett, Thome Worrall et Willmo Brough sacre theologie respective professoribus Thome Rives legum Doctori Advocato Regio, Jonathano Browne legum Doctori, Edmundo Layfeild, Willmo Haywood, Willmo Bray, Thome Weekes, Gabrieli Honyfold et Johanni Oldisworth sacre Theologie respective Baccalaureis et Johi Shute in Artibus magro Salutem et gratiam

Suscepti Cura regiminis Nos impellit ut vitia extirpando et virtutes plantando nri officii debitum quantum cum Deo possumus implere nitamur, Hinc est quod Nos Ecclesiam Cathem Divi Pauli ac Civitatem et Dioc London necnon Decanatus de Arcubus London et Bocking nri et Ecclie nre Cathlis et Metropolitice Christi Cant Jurisdictionis immediate tam in Capite quam in membris Clerumque et populum in eisdem degen sive residen auctoritate nra Metropolitica procedentes (annuente Dno) visitare et defectus ibidem repertos correctione et reformatione necessario indigentes corrigere et in statum suum debitum pro viribus restituere proponimus et intendimus; Verum quoniam Nos impedimentiarum quibusdam arduis et urgentibus negotiis ita sumus implicati et remorati prout etiam de verisimili timemus in futurum quod dictum nostrum pium propositum in persona nra propria exequi non possumus neque valeamus (ut vellemus) si liceret impedimentis non remoraremur; Vobis igitur conn et dictis et cuilibet vestrum de quorum conscientie puritate, circumspectionis industria et in rebus solicite gerendis dexteritate in hiis et aliis vobis creditis negotiis plurimum confidimus sub limitatione sequente et non aliter neque alio modo tam promptiam duximus committend vices nras Vobis prefatis Reverendo in Xpo patri et honorando viro Dno Guilielmo London Epo et Dno Thesaurario Anglie ac Dno Nathanaeli Brent, Johanni Warner et Thome Rives prenominatis conn et dictis quoad visitationem Ecclie Cathlis divi Pauli ac Civitatis et Dioc London predict necnon dictos Decanatus nros de Arcubus

presens duximus relaxand, et iam omnem et omnimodam Jurisdictionem vram spualem
et curam infra Archinat Cantuar predict libere et licite exercere seu exerceri facere
possitis et valeatis Licentiam et facultatem vobis concedimus et impertimur per pntes
Inhibicōe nra predca vobis (ut prefertur) fca in aliquo non obstan. Salva tamen et
reservata nobis ac Comissarijs et ministris nris quibuscunq potestate et auctoritate exaiandi
inquirendi corrigendi, puniendi et reformandi quecunq Crimina excessus et
delicta quorumcunq subditorum predict, In pntib in visitacōe nra ordinaria
predca comperta et detecta et alias quascunq querimonias et querelas, nobis
exhibitas aut relatas decidendi et determinandi ac causas quascunq inchoatas et
inceptas coram Nobis aut Comissarijs nris huiusmodi aut eorum aliquo exaiandi
discutiendi et fine debito terminandi, necnon colligendi levandi et recipiendi
procuracōes et prestacōes quascunq ac omnia et singula alia emolumenta
talia racōe visitacōis nre predict Nobis et Registrario nro in spualibus genli
alijsq Officiarijs et ministris nris de iure vel consuetudine debit et solui
consuet (hijs pntibus in aliquo non obstan) In cuius rei Testimonium Sigillum
quo in hac parte utimur pntibus apponi fecimus. Dat in Manerio nro de Croydon
primo die mensis Augusti Anno Dni 1637 Et nre Transl Anno quarto./

Relaxatio Comrij Cant

Eisdem die et Anno similis Relaxatio fact fuit Comissario genli Civit et Dioces Cantuar./

Commissiones, Licentiae, Dispensationes, Institutiones, Ordinationes, literae missivae et Instrumenta diversa exceptis Visitationum et Vacationum sedium Episcopalium non registrata, incipiendo a decimo nono die mensis Septembris Anno Domini Millesimo sexcentesimo tricesimo tertio, usque ad ffestum Annunciationis Beatae Mariae virginis Anno Domini 1638. /

Guilielmus providentia divina Cantuar' Archiepiscopus totius Angliae Primas et Metropolitanus Dilecto nobis in Christo Roberto Barrell Clerico Artibus magistro Salutem et gratiam. Literarum sacrarum scientia, vitae probitas et aliae dotes prudentiae et virtutis quibus nobis commendaris, Nos merito inducunt, ut in Commodum Ecclesiae suscitemus quae dona tibi divinitus data. **Ad** praedicandum igitur et proponendum verbum Dei publice sermone latino seu vulgari Clero et populo in quacunque Ecclesia per totum Comitatum Cantiae necnon ad exequendum officium Curati parochialis in Ecclesia parochiali de Maidstone nostrae Cant' Dioc' in precibus communibus aliisque ministeriis Ecclesiasticis ad officium Presbyteri pertinentibus iuxta formam descriptam in libro publicarum precum auctoritate Parliamenti huius inclyti Regni Angliae edito et stabilito ac Regias Injunctiones in ea parte editas et publicatas et non aliter neque alio modo (modo te laudabiliter gesseris) Licentiam et facultatem tibi tenore praesentium concedimus et impertimur ad nostrum beneplacitum tantummodo duratur. In cuius rei Testimonium Sigillum nostrum Archiepiscopale praesentibus apponi fecimus Dat' tertio die mensis Octobris Anno Domini Millesimo sexcentesimo tricesimo tertio, et nostrae Translationis Anno primo. /

Barrell Roberti lia ad praedicandum et inserviendum Curae de Maydstone.

Guilielmus providentia divina Cantuar' Archiepiscopus totius Angliae Primas et Metropolitanus Dilecto nobis in Christo Thomae Dickinson de [illegible] in Com' Eborum in Chirurgia professori Salutem et gratiam. **Cum** ex fide digna relatione acceperimus te in Arte sive facultate Chirurgiae per non modicum tempus versatum fuisse, multisque de salute et sanitate corporis bene desperatis (Deo omnipotente adiuvante) subvenisse eosdemque curasse, Necnon in Arte sive facultate praedicta multorum peritorum laudabili testimonio pro experientia, fidelitate, diligentia et industria tuis circa curas quas susceperis peragendas in huiusmodi Arte sive facultate merito commendatum esse, **Ad** practicandum igitur et exercendum dictam Artem sive facultatem Chirurgiae in et per Dioc' Eboracen', Bathon' et Wellen', Norwicen' et Gloucestren' nostrae Cant' provinciae ex causis praedictis et aliis nos in hac parte iuste moventibus (praestito primitus per te Iuramento de agnoscendo Regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus ac de renunciando, refutando et recusando omni et omnimodo Iurisdictioni, potestati, authoritati et superioritati forinsecis, iuxta vim formam et effectum statuti Parliamenti huius inclyti Regni Angliae in ea parte editi et provisi) quantum nobis per statuta huius Regni Angliae liceat et non aliter aut alio modo te admittimus et approbamus, Tibique licentiam et facultatem nostras in hac parte tenore praesentium quamdiu te bene et laudabiliter gesseris benigne concedimus et elargimur. In cuius rei Testimonium Sigillum (quo in hac parte utimur) praesentibus apponi fecimus Dat' decimo octavo die mensis Octobris Anno Domini 1633 et nostrae Translationis Anno primo. /

Dickenson Thomae lia ad practicandum artem Chirurgiae. /

Guilielmus providentia divina Cant' Archiepiscopus totius Angliae Primas et Metropolitanus Dilecto nobis in Christo Samueli Stephens Clerico Curato Ecclesiae parochialis de Wingham prope Civitatem Cantuar' Salutem et gratiam. **Ad** praedicandum et proponendum verbum Dei iuxta talentum tibi a Deo concreditum in quibuscunque Ecclesiis sive locis sacris et aliis ad hoc accommodatis et decentibus tam in Ecclesia parochiali de Wingham praedicta quam alibi in et per totam Dioc' nostram Cant' sermone latino sive vulgari Tibi de cuius fidelitate, doctrina et erga sacrosanctum Christi Evangelium zelo sincero, [illegible] ac morum probitate ac sana conscientiae gravitate plurimam in Domino fiduciam concepimus plenam et liberam tenore praesentium concedimus facultatem Teque in ea parte licentiamus per praesentes tam diu duntaxat duratur donec aliud a nobis inde habueris in mandatis. Teque insuper monemus ut sacras literas pure et sincere tractes easque prudenter cum simplicitate populo diligenter exponas ac ne in sermonibus tuis Contentiones de rebus iam constitutis suscites vel spargas, nec alterationem aut mutationem quamcunque in doctrina aut Caeremoniis suadeas praeter eam quam Regia Maiestas auctoritate publica fecerit. Quod item te facturum propria manu tua subscriptione testatus es. In cuius rei Testimonium Sigillum (quo in hac parte utimur) praesentibus apponi fecimus Dat' decimo octavo die mensis Octobris Anno Domini 1633 et nostrae Translationis Anno primo. /

Stephens Samuelis lia ad praedicandum. /

Negotium dedicationis et Consecrationis
Capelle infra domum mansionalem
ornati viri Dni Johannis Sedley
militis et Baronetti vulgar
vocat St Clerees infra parocam
de Ightam in Com Cantij situat

Die Solis decimo tertio viz: die mensis Octobris Anno Dni Millmo sexcentmo
tricesimo tertio Reverendus in xpo pater Dnus Johannes permissione dia Oxon Epus mane
assurgens se Pontificalibus induit magistrisq Christophero Muncton sacre theologie Bacho et
Philippo Washington in Artibus magro Capellanis suis eorum sacerdotalibus itidem indut, e
Cubiculo suo in dca domo prefati ornati viri ubi pernoctavit circa horam octavam ante meridiem eiusdem diei
unatum Capellanis suis antedcis cum sequen egressus et ad Aulam communem dce domus adivit Ad superiorem
partem eiusdem versus occiden stans, aderat dcus ornatus vir Dnus Johannes Sedley fundator Capelle
predict consecrand inter honorandum virum Edwardum Dnum Stanhop et ornatos viros Dnos Thomam
Stiles et Humphridum Stiles milites ductus, qui conspectui dicti Reverendi patris se presentans cum omni
(qua decuit) reverentia et honore eidem exhibuit petitionem in scriptis tenoris sequen viz: To the right Reverend
father in God John Lord Bishop of Oxford. The humble petition of Sr John Sedley Knight and Baronet
Sheweth, That whereas yor petitioner hath erected a Chappell in his mansion house of St Clerees situate
within the parish of Ightam and hath att his owne costs and charges adorned and furnished the same with all
things decent and necessary for the service of God. May it therefore please your Lordship by vertue of yor
Pastorall and Episcopall Office to separate the said place from all prophane uses and to dedicate and
consecrate the same to the honour and worship of God and assigne it to be perpetually a Chappell or Oratory
for the Inhabitants of the said house to the use aforesaid. Qua per venlem virum Thomam Rives legum
doctorem Advocatum Regium et decanum sive Commissarium decanatuum de Shoreham et Croydon de mandato
dicti Dni Epi perlecta, Dnus Epus interrogavit dcum Dnum John Sedley Whether the house aforesaid and
the Chappell in the same be built on his owne ground and whether there be not any suit or controversie
betweene him and any other about the title of them and whether he would willingly and freely resigne or give
the ground upon which the said Chappell is built to God and his divine worship and service Cui ipse respondebat
That the said house and ground upon which the said Chappell by him erected for Gods worship is builded
are of his owne Inheritance or possession And that there is not suite or controversie betweene him and any
other about the title thereof, and that he doth freely give and resigne the said Chappell to God for his divine
worship et humiliter petijt dcum Dnum Epum quatenus ipse autate sua Epali dcam Capellam in Dei honorem
consecrand fore dignaretur Cuiquidem petitioni respondebat Epus That he is out of his owne Diocese and that the
place is a peculiar belonging to the Lord Archbishop of Canterbury and therefore he hath not power to
consecrate the same Tunc dcus Dnus Johannes Sedley exhibuit eidem Reverendo patri Tras Commissionales
Reverendissimi in xpo patris et Dni, Dni Guilielmi providen dia Cant Archiepi totius Anglie Primatis et
Metropolitani eidem Reverendo patri fact et concessas sub formula verborum sequen viz: **Guilielmus**
providen dia Cant Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus Reverendo in xpo pri ac venerli Confratri nro
Johanni permissione dia Oxon Episcopo Salutem et fraternam in Dno Charitatem. **Cum** ornatissimus
vir Dnus Johannes Sedley miles et Baronettus pia et religiosa devotione ductus suis propriis suis veris
propriijsq suis sumptibus et impensis quandam Capellam sive quoddam Oratorium in domo sua sive [illegible]
suo de St Clerees sit et situat infra parochiam de Ightam in Com Cantij decanatus de Shoreham nri et
Ecclie nre Cathis et Metropolitice Christi Cant Jurisdictionis immediate cum omnibus et singulis ad divinum
Cultum maxime necessarijs (eo quod dca Ecclia parochalis a dicta domo sua ultra duo milliaria distat)
ad suum et familie sue usum proprium nobiliter construxerit et edificaverit Nobisq supplicari fecerit quatenus
nos dcam Capellam sive Oratorium dedicandum et consecrandum fore dignaremur decernere Nos eius
petitionem favorabiliter inclinati et pium desiderium tam ornatissimi viri effectui mandari cupientes quoniam
alijs negotijs arduis detenti tam pio officio in persona nra propria interesse non valemus Reverende
paternitati vre vices nras in hac parte committimus ac plenam in Dno tenore presentium ad effectum infrascript
concedimus potestatem **Ad** adeundum igitur dcam Capellam sive Oratorium predict sic (ut premittitur)
nobiliter constructam et edificat dcamq Capellam sive Oratorium dedicand et consecrand Ceteraq omnia et
singula in hac parte necessaria et requisita faciend et expediend in tam amplis modo et forma prout Nos
(si presentes personaliter essemus) facere possemus vre Reverende paternitati plenam in Dno concedimus
potestatem pariter et autoritatem per presentes. In cuius rei Testimonium Sigillum nrum Archiepale presentibus
apponi fecimus Dat vicesimo octavo die mensis Septembris Anno Dni Millmo sexcentmo tricesimo tertio.
Et nre Trans Anno primo. Quibus quidem tris Commissionalibus per prefatum venlem virum Thomam
Rives etiam perlectis Idem Dnus Epus acceptavit in se onus executionis earundem et iuxta tenorem earum
Commissionalium huius ad negotium Consecrationis Capelle antedcte procedend fore decrevit et magna cum
Procerum Generosorum et venlium virorum comitante Caterva Capellanisque suis pedentim cum sequentibus
ante limen ostij occiden Capelle predict instanter se promovet et ibm stans, dcus Dnus Johannes Sedley
tradidit possessionem fundi et Capelle pred eidem Dno Epo per clavem ostij dce Capelle dat et acceptam et

tradita

vitate per Dnm Epum et Capellanos suos iuxta Psalm 124. et patefactis ostiis dicte Capelle Dns Episcopus unacum fundatore et Capellanis suis eandem ingressus est ubi Dns unacum eis genua sua intra limen dicte Capelle humile flectebat et effusis quibusdam precibus ad negotium hmoi aptis et congruentibus premissis circuivit Capellam infra navem eiusdem et redeundo versus introitum dicte Capelle ubi baptisterium locatum fuit, idem consecravit et benedixit Quo facto Dns Epus accessit Chorum dicte Capelle et eundem circumambulavit et conscendens sedile ubi Capellanus Divina celebrabat, deinde suggestum pro concionibus habendis ac postea ad altare se contulit Dns Epus dictum sedile, suggestum et altare, unacum patula linteolo et Calice argentea in servitium Dei cuiusque officiorum divinorum celebrandorum, respective dedicavit et consecravit. Interea vero dum hec agerentur, universus populus Capellam ingressi sunt et sedes quisque suas occupaverunt. Deinde Dns Epus coram Altari genuflectens preces quasdam verbis conceptis emisit precibusque hmoi finitis in Cathedram pro eo in Choro dicte Capelle positam se contulit et in eandem se posuit et magr Philippus Washington unus Capellanorum in sedili pro Capellano sive Curato designat' stans sic incepit Sh, vizt If we say that we have no sin &c, et exhortatione facta I pray & beseech &c. Almighty and most mercifull father &c. Qui magr Christopherus Munckton coram dicto sedili sistens subiunxit Almighty God the father of our Lord Jesus Christ &c Our father &c O Lord open thou our lipps &c Come let us sing &c Psalmi sequuntur pro tempore vizt 84. 122 et 132 alternis vicibus cum populo quibus finitis erat et lebor, lectio prima desumitur e 28 Geneseos a versu 10 ad finem post primam lectionem Hymnus We praise thee o God &c lectio secunda sumitur ex Capite 2do Evangelii Sti Johannis a versu 13 ad finem Tunc magr Munckton accessit altare et coram eodem genuflectens incepit O God the father of heaven &c perrexit ad finem Letaniae Qua lecta, pro tum rediit ad sedile et post totas Collectas recitatas magr Washington in sedili pro Curato legit preces verbis conceptas pro antequam ... et post preces hmoi finitam descendebat unacum altero Capellano a loco suo ad Altare et flexus in genua sua incepit Our father &c et finitis Collectis resurgebat et stando coram dicto Altari recitavit Decalogum et post aliquas preces in genua sua pro tum effusas Dns Epus precatus est Graunt that as all ye dedication of this Temple &c et magr Munckton coram dicto Altari genuflectens legit Epistolam pro tempore sumptam e prima Epistola Pauli ad Corinthios Capite 3 versu 16 et magr Washington ibidem coram eodem altari genuflectens incepit Evangelium sumpt ex Evangelio Sti Johannis Evangeliste Capite decimo a versu vicesimo secundo usque ad finem et recitata, pro tum Credulitate Nicena Dns Epus a Cathedra resurgens ad altare se contulit et coram eodem genuflectens ait Let us pray the prayer of King Salomon &c et oratione hmoi finita surgebat et stando coram Altari loquutus est Thus answered the Lord &c Tunc Dns Epus ad Cathedram accessit et ante eandem stans, prefatus venerabilis vir Thomas Pinke legum Doctor ex parte et nomine dicti Domini Johannis Sedley cum omni qua decuit reverentia obtulit sententiam diffinitivam in hijs scriptis vizt In Dei nomine Amen. Cum ornatissimus vir Dns Johannes Sedley, miles et Baronettus pia et religiosa devotione ductus quo melius Deo cum familia sua inserviat, hanc Capellam sive Oratorium in domo sua mansionali vulgariter appellata St Cleres intra parochiam de Ightam in Com Cantij Decanatus de Shoreham Ecclie Cathedralis et Metropolitice Christi Cantuar Jurisdictionis immediate sita et situata super propriis suis terris suisque propriis sumptibus in Dei honorem et in usum suum proprium familieque sue noviter erigi, edificari et construi fecerit, Eandemque Capellam sacra mensa, Baptisterio, suggesto aliisque necessariis ad divinum Cultum decenter et laudabiliter ornaverit et Reverendissimo in Christo patri et domino, Dno Guilielmo providentia divina Cantuar Archiepo totius Anglie Primati et Metropolitano, loci illius Ordinario et Diocesano supplicaverit, quatenus ipse auctoritate sua Ordinaria et Archiepali pro se et successoribus suis dictam Capellam in usus sacros et divinos consecrandam et dedicandam fore sic decenter dignaretur et ut auctoritate sua ordinaria et Archiepali dicta Capella sic consecretur et dedicetur Cumque prefatus Reverendissimus Dnus Guilielmus Cant Archiepus audiens pium et religiosum desiderium prefati Dni Johannis Sedley satisfacere iam cupiat, nonnullis vero arduis et urgentibus negotiis adeo impeditus et implicitus existat ut in persona sua propria rei gerende interesse non valeat, ideoque vices et auctoritatem suas plenarie etiam ad premissa in hac parte peragenda et facienda Nobis commiserit et concesserit, Nos igitur Johannes, permissione divina Oxon Episcopus ac Commissarius in hac parte specialiter et legitime deputatus et constitutus ad consecrandum hanc Capellam de novo (ut prefertur) erectam et ornatam, virtute Commissionis predicte nobis in hac parte facte legitime procedentes hanc Capellam sive Oratorium et totam fabricam eiusdem ab omni prophano et communi usu in perpetuum separamus ac sic separatam esse declaramus per presentes Ac insuper auctoritate predicta dictam Capellam divino Cultui et divinorum celebrationi scilicet ad divinas preces iuxta formam Eccliae Anglicanae liturgiam Deo fundendas, ad Sacramenta et Sacramentalia in eadem ministranda et participanda et verbum Dei pure et sincere predicandum et proponendum ac ad matrimonia solemnizanda aliosque divinos et religiosos Actus iuxta premissa faciendos, celebrandos et exercendos in Dei honorem et in usum dicti ornatissimi viri ac familie sue et habitantium nunc et in futurum in domo predicta vocata St Cleres rite et ex ordine dedicamus

-8-

dedicamus et consecramus per nomen Capelle Sti Johannis Evangeliste infra domum mansionalem de St
Cleres et sic designatam, dedicatam et consecratam fuisse et esse ac perpetuis futuris temporibus remanere debere
palam et publice pronunciamus, decernimus et declaramus et per nomen Capelle Sancti Johannis Evangeliste
(prout prefertur) nuncupand et appellandam fore decernimus et sic nominamus Privilegiis insuper omnibus et singulis
in ea parte usitatis et Capellis ab antiquo fundat competentibus huiusmodi Capellam sive oratorium ad omnem Juris
effectum munitum esse volumus et quantum in nobis est et de iure possumus, munimus, stabilimus et ornamus per
presentes Volumus etiam et per presentes constituimus et ordinamus quod Capellanus in predicta Capella seu
Oratorio in futurum deserviturus honeste et congrue sustentetur et manuteneatur ut premissorum ornatior
Clericalis ordo in aliquo detereatur, Ac insuper volumus et mandamus nomina et cognomina omnium et singulorum
baptizandorum et matrimonio coniungendorum in dicta Capella de tempore in tempus et semel ad minus in quolibet
Anno in perpetuum Rectori et Gardianis dicte Ecclesie parochialis de Ightam Rectorie intimari et celebrati-
onemque diei mensis et Anno dni celebrationis eorum eademque per Rectorem et Gardianos predict vel aliquem
alium iussu et mandato suis in Registro publico dicte Ecclesie registranda et scribenda fore decernimus et declaramus
ad quod sive que respective observanda tam Capellanum Capelle sive Oratorii predicti quam Rectorem dicte Ecclesie
de Ightam pro tempore existentem eorumque successores per presentes et autoritate predicta arctius oneramus Salvo
semper iure et interesse matricis Ecclesie in cuius parochia dicta Capella sita et situata est in omnibus et singulis
decimis, oblationibus, obventionibus, vadiis, proficuis, privilegiis, Juribus et emolumentis quibuscunque ad
Ecclesiam matricem predict de iure vel consuetudine quoquomodo debitis vel consuetis Proviso etiam quod
tam dictus dns Johannes Sedley quam successores sui dni dicte domus mansionalis de St Cleres in
perpetuum cum familia sua semel in quolibet Anno idque si fieri possit, in festo Paschatis, aliquo in aliquo
ex maioribus festis ad predictam Ecclesiam parochialem de Ightam tanquam ad matricem Ecclesiam ad divina
audiend reverenter accedant et eorum quilibet accedere per presentes teneatur et astringatur Que omnia et
singula sic reservamus per presentes. Jo: Oxon. Quam quidem sententiam humiliter petiit fieri, legi et promulgari
procurator Adrianus huiusmodi petitionem dns Episcopus antedictus Cathedram suam Judicialem insidens dictam sententiam
diffinitivam in manibus suis tenens palam et publice alta voce legit tulit et promulgavit pronunciando dedicando
consecrando, decernendo et declarando prout in eadem Qua sententia sic perlecta et promulgata dns Episcopus antedictus
dictam sententiam Consecrationis et Capellam consecratam ad Altare dni submisse et solenniter obtulit humiliter
imprecans rogando ut gratum esse velit Deusque huic operi divinis afflatibus presit presideatque et oravit Episcopus
Grant this place &c Prosper thou our handy-worke &c et deinde psalmo 134 decantato, venerabilis vir Gualterus
Balcanquall Sacre theologie professor decanus Ecclie Cathis Christi et beate Marie virginis Roffen Concionem
habuit et super textu ex 21 Cap: Evangelii Sancti Mathei versiculo 13 sumpto in hiis verbis It is written my
house shalbe called a house of prayer but yee have made it a Den of theeves verbum dei populo exposuit, sermone
finito et Sacra Eucharistia per dnum Episcopum fundatori et Capellanis suis, reliquis tunc presentibus, ministrata
iuxta formam liturgie dns Episcopus totam Congregationem cum benedictione dimisit Super quibus omnibus et
singulis premissis tam dictus Reverendus pater dns Episcopus Oxon antedictus quam ornatus vir dns Johannes Sedley
fundator antedictus me Bartholum Wade notarium publicum in Registrarium assumpt sibi unum vel plura publicum seu
publica Instrumentum sive Instrumenta conficere ac testes infrascriptos testimonium inde perhibere instanter
rogaverunt et requisiverunt Presentibus tunc et ibm predicto honorando viro Henrico dno Stanhope necnon
ornatissimis viris dno Thoma Styles, dno Humphredo Styles et dno Johanne Sedley de Aylesford
militibus, venerabilibus viris Thoma Reeve legum doctore et Gualtero Balcanquall Sacre Theologie
professore decano Ecclie Cathis Roffen pred, necnon Roberto Moulton et Richardo Amherst Armigeris,
Christophero Munckton Sacre theologie Baccalaureo et Philippo Washington in Artibus magistro Capellanis predicti
Reverendi patris, Francisco Worrell Roberto Baker et Richardo Bowles Clericis in Artibus magistris et multis
aliis in numero copioso congregatis testibus ad premissa videndum, audiendum et testificandum vocatis specialiter
et requisitis./

Dispensatio pro Willmo
Selby milite ad celebrand
dia in Capella infra domu
suam apud Ightam in Com
Cantij. /

Guilielmus &c Dilecto nobis in Christo ornatissimo viro dno Willmo Selby, parochie de Ightam
in Com Cantij Decanatus de Shorham nri et Ecclesie nre Cathedralis et Metropolitice Christi Cantuariensis
Jurisdictionis immediate, militi Salutem et gratiam. Porrecta nobis nuper pro parte tua petitio continebat
quod tu prefatus dns Willmus Selby extremo iam senio confectus variis corporis tui infirmitatibus
ita laboras ut Ecclesiam tuam parochialem (que (ut asseritur) a domo solite tue habitationis ad bina milliaria
distat) sine salutis tue magno periculo adire ac divinas preces et Conciones audire et sacram Eucharistiam
ibm percipere nequeas sicut de iure astrictus es et plurimum desideras Cumque dicta Capella sive Oratorium
divinis cultibus dicta disposita et nunquam prophanata infra dictam domum tuam de antiquo fundat existit
in presenti que ut beneficia et divina Ecclie exercitia tibi variis egritudinibus afflicto tutius administrentur
magis sit conveniens et accommoda Et ideo nobis supplicavi humiliter quatenus Nos tam tibi divinas preces
et

191

divinis audiend et sacram Eucharistiam recipiendi quam ministro eiusdem Ecclie parochialis de Ightam aut alij presbytero cuicunque ordine sacerdotali constituto ac ritibus Ecclie Anglicane conformi dicta ministeria celebrandi et peragendi scilicet legendi, predicandi et sacram Eucharistiam consecrandi et administrandi, in dicta Capella sive oratorio infra dictam domum tuam (ut prefertur) existen, licentiam et facultatem concedere dignaremur. Nos itaque petitioni tue huiusmodi quantum in Nobis est ac Canones et Constitutiones Ecclie patiuntur gratiose deflectentes ut tu quando et quamdiu ecclesiam tuam parochialem sine salutis tue periculo adire nequeas, preces tam matutinas quam vespertinas ac sermones secundum consuetudinem Ecclie Anglicane et sacram Eucharistiam iuxta ritus Ecclie Anglicane recipias in dicta tua Capella sive Oratorio que ministeria ecclesiastica et divina officia sive per ministrum dicte Ecclie parochialis de Ightam sive per alium quemcunque presbyterum (ut premittitur) orthodoxum et per nos approbandum prestari volumus Proviso semper quod nullum inde preiudicium Ecclie parochiali de Ightam pred vel ministro eiusdem quovismodo generetur quodque tu prefatus dus Willmus Selby ad Ecclesiam tuam parochialem totiens accedas quotiens per valetudinem poteris, premissis vel eorum aliquo non obstan. In cuius rei Testimonium Sigillum (quo in hac parte utimur) presentibus apponi fecimus Dat vicesimo primo die mensis Octobris Anno Dni 1633 et nre Transl Anno primo./

Breve Regium tangen Institutiones./

Carolus Dei gratia Anglie, Scotie, Francie et Hibnie Rex fidei defensor &c Reverendissimo in xpo patri Dno Guilielmo providentia divina Cantuar Archiepo totius Anglie Primati et Metropolitano Salutem. Volentes certis de causis quod Barones de Scaccario nro pro nobis certiorentur de nominibus et cognominibus quorumcunque Eporum consecrat et translat ad quemcunque Epat ac omnium aliorum Clericorum collat admissorum et institutorum ad aliquod beneficium, offic, dignitat, prebend, Rcor, Vicar sive aliam promotionem spualem cuiuscunque nois, nature seu qualitatis existent infra dioc et Jurisdict vram tam in locis exemptis quam non exemptis a xxvto die Aprilis ult preterit usque ad vicesimum diem Octobris tunc prox futur unacum die et anno consecrat, translat, collationum, admissionum et institutionum earum cuiuslibet Et in quo Com et Decanat sive quibus Com et Decanat sub dioc et Jurisdict vra huiusmodi beneficia, officia, dignitat, prebende, Rcorie, Vicarie sive alie promotiones spuales singule situantur unacum nominibus et cognominibus quorumcunque patronorum per quos vel per quem dci Clerici singule presentati extiterunt Vobis mandamus quod diligent indagine scrutatis Regris et alijs Archivis vris, premissa tangen quibuscunque, quicquid inde inveneritis prefatis Baronibus nris apud Westm in Octabis Sci Martini prox futur sub sigillo vro aucto et manu vra propria subscription distincte, [illegible] et aperte in pergameno fideliter script unacum hoc brevi Teste Humfro Davenport milite apud Westm nono die Octobris Anno Regni nri nono./

Certificatorium super eodem./

Schedule in huiusmodi Certificatorio mentionate habentur penes Philatium.

Honorabilibus et egregijs viris Dnis Baronibus Curie Scaccarij Serenissimi in xpo principis et Dni nri Dni Caroli Dei gra Anglie, Scotie, Francie et Hibnie Regis fidei defensoris &c et eiusdem Curie Thesaurario [illegible] in eadem a Consilijs Guilielmus providentia divina Cant Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus Salutem in Dno sempiternam ac fidem indubiam presentibus adhibere; Breve dicti Serenissimi Dni nri Regis (presentibus annexum) nuper cum ea qua decuit reverentia obedienter et humiliter recepimus Cuius vigore, pariter et auctoritate scrutatis diligenter de mandato nro Regris et Archivis nris sub custodia Willmi [illegible] notarij publici Registrarij nri principalis existen et fideliter custodit, nomina et cognomina omnium et singulorum Eporum Consecratorum, necnon ad quoscunque Epatus nre Cant provincie consecratorum et translatorum necnon aliorum Clericorum ad promotiones et beneficia Ecclia quecunque admissorum et institutorum infra dioc et Jurisdict nram quam Provinciam nram a vicesimo quinto die mensis Aprilis ult preteriti usque ad vicesimum diem instantis mensis Octobris unacum annotatione et descriptione dierum, mensium et Annorum consecrationum et translationum Eporum huiusmodi ac etiam admissionum et institutionum eorundem Clericorum ac nominibus patronorum dictorum beneficiorum, in huiusmodi Regris nris mentionat in schedulis (presentibus annexis) describi fecimus et mandavimus Que omnia et singula, ita se habere et vera esse, nobis liquido constat [illegible] in Regris pred quatenus ex Regris et Archivis nris huiusmodi nobis constare poterit, duximus significanda per presentes. In cuius rei Testimonium Sigillum (quo in hac parte utimur) presentibus apponi fecimus, Dat vicesimo primo die mensis Octobris Anno Dni 1633 et nre Transl Anno primo./

Commissio ad exercendum Jurisdictionem ecclesiasticam infra Decanatum de Bocking concessa Johanni Barkham et Thome Goad./

Guilielmus providentia divina Cantuar Archiepus totius Anglie Primas et Metropolitanus Dilectis nobis in xpo Johanni Barkham sacre theologie professori Rcori Ecclie parochialis de Bocking in Com Essexie Decano Decanatus de Bocking nri et Ecclie nre Cathlis et Metropolitice Christi Cant Jurisdictionis immediate et Thome Goad sacre theologie professori Rcori Ecclie parochialis de Hadleigh in Com Suffolcie ac Decanatus et Jurisdictionis predict Salutem et gratiam. De vris fama doctrina, consciencie puritate, fidelitate, circumspectionis industria et providentia in rebus gerendis dexteritate plurimum fisi, vos Decanos et Commissarios nros in et per Decanatum de Bocking pred coniunctim et divisim prefecimus, constituimus et deputamus per presentes; Ad visitandum igitur Ecclias et Capellas omnes et singulos Clerum et populum Decanatus predict' prout ab antiquo visitari solebat ac procurationes debitas recipiend' necnon ad inquirend' seu inquiri faciend' de et super quorumcunque subditorum Decanatus predict' criminibus excessibus et delictis quibuscunque hactenus commissis vel imposterum committendis quorum cognitio correctio et punitio ad nos et forum ecclesiasticum de Jure vel consuetudine aut huius Regni Angliae legibus et statutis (citra tamen offensam legum et statutorum huius Regni Angliae) pertinent et pertinebunt Ipsosque et ea debite corrigend' puniend' et reformand' ac etiam ad procedend' statuend' et diffiniend' in omnibus et singulis causis et negotiis ecclesiasticis quibuscunque in dicti Decanatus Jurisdictione tam ex officio mero mixto vel promoto quam ad quarumcunque partium instantiam sive promotionem hactenus motis inchoatis et intentatis aut imposterum movendis et intentandis causisque et ea tam sive incidentibus emergentibus dependentibus annexis et connexis quibuscunque audiend' discutiend' ac (quatenus leges et statuta huiusmodi permittant et non alias neque alio modo citra tamen offensam eorundem) finiend' et determinand' Testamenta insuper et ultimas voluntates quorumcunque infra Decanatum predictum ab hac luce (Domino jubente) migrantium

A insinuand' et approband' Administrationesque bonorum quorumcunque defunctorum huiusmodi sive ab intestat' sive ex testamento intestat' decedentium

Executoribus in huiusmodi testamentis nominatis aut illi vel illis cui seu quibus de Jure vel consuetudine aut huius Regni Angliae Statutis committi debeant in debita Juris forma concedend' et committend' Ac Compotum Calculum sive ratiocinium Executorum et Administratorum huiusmodi recipiend' audiend' examinand' et admittend' Ac Computantes huiusmodi ab omni ulteriori Compoto Calculo sive ratiocinio in hac parte reddend' (prout Juris fuerit et equitatis) absolvend' et finaliter dimittend' Alium insuper seu alios in premissis seu eorum aliquo loco suo aut alterius vestrum substituend' eumque et eos quotiens et quando vobis seu vestrum alteri videbitur expedire revocand' necnon omnia et singula alia ad officium Commissarii huiusmodi et exercitium Jurisdictionis eiusdem dicti Decanatus spectantia et pertinentia et que in premissis seu circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna (citra tamen offensam legum et statutorum huius Regni Angliae et non alias neque alio modo) faciend' exercend' et expediend' iuxta Constitutiones et Canones Ecclesiasticos Regia authoritate Anno Domini Millesimo sexcentesimo quarto edit' et promulgat' Ad quorum Canonum et Constitutionum observationem in omnibus per vos agend' et observand' tenore presentium sub penis in eisdem expressis astringimus Vobis conjunctim et divisim cum cuiuslibet coercionis canonice exequend' que in hac parte decreveritis potestate vices nostras committimus per presentes ad nostrum beneplacitum tantummodo duratur': Assumpto vobis et utrique vestrum conjunctim et divisim ac substituto vel substitutis huiusmodi uni vel pluribus Dilecto nobis in Christo Willelmo Sherman notario publico Registrario nostro primario vel eius in hac parte Deputato seu Deputatis in Actorum vestrorum scribam (durante hac nostra Commissione) Prioribus Literis nostris Commissionalibus alias vobis predict' Johi Barkham factis et concessis gerentibus dat' vicesimo primo die mensis Maij Anno Domini Millesimo sexcentesimo vicesimo octavo non obstantibus quas harum serie revocamus et pro revocatis haberi volumus per presentes. In cuius rei testimonium Sigillum (quo in hac parte utimur) presentibus apponi fecimus Dat' vicesimo secundo die mensis Octobris Anno Domini Millesimo sexcentesimo tricesimo tertio et nostre Translationis Anno primo. /

Letters from his Grace directed to the Bishopps that they should not hereafter admitt any man into orders sine titulo. /

Salutem in Christo.

My very good Lord, His Maty hath been often and much troubled with Complaintes which have been made unto him by the LLds and other men of quality, concerning the multitude of both unlearned and unworthy Ministers, which pester the Church and are alwayes the Causes of great Scandall and too often of Schisme and Divisions therein. And some of them are forced to the shame of themselves and their Calling for want of meanes to begg for their living, and yet are dayly made in great numbers, and that directly against the Canon of the Church, which requires that noe man should be made a Minister, Sine Titulo. For remedy of this great abuse and wronge to the Church, his Maty hath directed his Lres to me, and by them required me to call all such Bpps to me as were then in or about the City, and after Consultation with them to send my Lres to every severall Bp within the Province, to require obedience to the Canon of the Church and his Matyes Directions according to it. The Tenor of which his Matyes Lres followeth.

His Matyes Lres directed to ye Lord Archbishop of the tenor aforesaid.

Most Reverend ffather in God, Right trusty and right entirely beloved Counsellor. Wee greet you well. There is nothing more deare to Us then the preservation of true Religion as it is now setled and established in this Our Kingdome to the honour of God and the great Comfort of Our selfe and our loyall people; and there can nothing more conduce to the advancement thereof, then the strict observation of such Canons of the Church as concerne those that are to take Orders in their severall tymes; More especially the keeping of that particular Canon wch injoyneth that noe man be made a Preist or a Minister without a Title. For Wee fynde that many not soe qualifyed doe by favor or other meanes procure themselves to be ordained, and afterwards for want of meanes wander up and downe to ye scandall of their Calling or to gett maintenance fall upon such courses as are most unfitt for them both by humouring their Auditors, and other wayes all togethere unsufferable: Wee have therefore thought fitt, and Wee doe hereby streightly require and charge you to call such Bpps to you as are now present in or neer Our City of London, and to acquaint them with this our resolution. And further that you faile not in the beginning of the next Terme to give notice of this our will and pleasure openly in Our high Commission Court, and that you call into Our said Court every Bpp respectively that shall presume to give Orders to any man that hath not a Title, and there to censure him as ye Canon aforesaid doth injoyne (which is to maintayne the party soe ordered till he give him a Title) and wth what other Censure you in Justice shall thinke fitt. And Our further will is that nothing shalbe accepted a Title to

enable

make a man for Orders, but that which is set by the auncient rule of the Church and the Canon law, for sure full as that law is obserued in this Our Church of England And as you must not faile in these Our Directions, nor in any part of them, soe Wee expect that you give Us from tyme to tyme a strict Account of your proceedings in the same. Given under Our Signet att Our Pallace of Westminster the nynteenth day of September, in the nynth year of Our Reigne./

According to these Letters I am to pray and require you, that at all tymes of ordination you be very carefull to admitt none into holy Orders, but such men as for life and learning are fitt and who have a Title for their maintenance according to the lawes and auncient practise of the Church. And his Matie hath further commanded me to advertise your Lordship that he will not faile to call for an Account of these his Letters both of me and you. Thus, not doubting but you will have a speciall care both of the good of the Church and his Maties contentment herein, I leave you to the grace of God and rest. Your Lordships very loving freind and brother W: Cant: Lambeth October 24. 1633./

Vicesimo sexto die mensis Octobris Anno Dni 1633 per venerabilem virum Dnum Nathanaelem Brent militem legum Doctorem Vicarium in spiritualibus generalem et Officialem principalem Rmi in Xpo patris Dni Guilielmi Cantuar Archiepi &c Concessa fuit licentia Johanni Sackett Clerico sacrae theologiae Baccalaureo ac Rectori de Mongham magna in Com Cantii dioc Cant ad praedicand et proponend verbum Dei in quibuscunque Ecclesiis &c in et per dioc Cant ubilibet constitut subscriptis prius per eum tribus illis Articulis descriptis in tricesimo sexto libri Constitutionum sive Canonum ecclesiasticorum Anno Dni 1604 edit &c praestitoque per eum Juramento Supremitatis Regiae Maiestatis &c tam diu duntaxat duratur donec aliud &c inde habuerit in mandatis./

Sackett Johes Lic ad praedicandum

S. in Xpo

My very good Lord. It hath pleased his Matie to command the reprinting of a Declaration published in his royall fathers tyme of blessed memory, and intituled (The Kinges Maties Declaration to his Subjects concerning lawfull Sportes to be used &c) Wherein, as your Lordship shall finde at the latter end thereof, every Bishop is enioyned to see that the booke be distributed to the severall Parishes within his diocesse, and there published to the people, to the end they may know his Maties Princely care over them. And to the effectuall performance of this, I make no doubt but your Lordship will use all diligence, and I am commanded to give you notice thereof, because his Matie expecteth no lesse from you, and your Officers are to send for the Bookes accordingly. Soe with my love remembred I leave you to the grace of God and rest. Your Lordships very loving ffreind and Brother W: Cant. Lambeth October 28. 1633./

Lres from his Grace directed to the Bishops for publication of his Maties Declaration touching lawfull Sports to be used &c.

Guilielmus providentia divina Cant Archiepus totius Angliae Primas et Metropolitanus Dilectis nobis in Xpo Timotheo Hayte Rectori de [illegible] Thomae Willimo Tillett Rectori de [illegible] et Radulpho [illegible] Rectori de [illegible] in Com Somersett dioc Bathon et Wellen nostrae Cant provinciae Salutem **Cum** pridem Henricus Jeanes Diaconus in Artibus magister licentiam et facultatem nostras ad praedicandum et proponendum verbum Dei in quarumcunque Ecclesiis sive Capellis in et per dictas dioc Bathon et Wellen, Exon et Bristollen dictae nostrae Cant provinciae ubilibet constitut humiliter petierit Cumque idem Henricus Jeanes in remotis agens, coram nobis ad subscribendum Articulis ac Juramentum Supremitatis Regiae Maiestatis aliaque in hac parte requisita praestandum iuxta Statuta et Canones in ea parte edit et provis personaliter comparere minime possit; **Ad** recipiendum igitur praefatum Henricum Jeanes ipsumque tribus illis Articulis mentionatis in tricesimo sexto Capitulo libri Constitutionum sive Canonum ecclesiasticorum Anno Dni 1604 Regia auctoritate edit et promulgat (quibus quidem) manu sua propria in praesentia vestrum aut alicuius vestrum subscribet ac consensum et assensum suos eisdem praebere faciend ac Juramentum Supremitatis Regiae Maiestatis iuxta vim formam et effectum Statuti Parliamenti huius inclyti Regni Angliae in ea parte edit et provis ab eodem Henrico Jeanes recipiend ac ipsum praestare faciend Vobis de quorum fidelitate conscientiae puritate morum probitate et diligentiae circumspectione in hac parte plurimum confidimus vices nostras in hac parte committimus per praesentes Volentes quod de omni eo quod per vos in hac parte actum gestum sive expeditum fuerit Nos aut Vicarium nostrum in spiritualibus generalem et Officialem principalem aliumve Judicem in hac parte competentem quemcunque in Officio Registrarii nostri primarii sub forma authentica debite certificetis una cum praesentibus Dat decimo quinto die mensis Octobris Anno Dni 1633 et nostrae Translationis primo./

Commissio ad deferendum Juramentum et recipiend subscriptionem Henrici Jeanes./

Vicesimo octavo die mensis Octobris Anno Dni 1633 per venerabilem virum Dnum Nathanaelem Brent militem et legum Doctorem Vicarium in spiritualibus generalem &c Concessa fuit licentia Henrico Jeanes Diacono in Artibus magistro ad praedicand et proponend verbum Dei in quibuscunque Ecclesiis &c in et per dioc Bathon et Wellen Exon et Bristollen Cant provinciae ubilibet constitut subscriptis prius per eum Articulis in hac parte subscribendis praestitoque per eum Juramento Supremitatis Regiae Maiestatis &c tam

magno

Jeanes Henrici licentia ad praedicand./

magistro Timotheo Hayte Clerico et aliis Commissionariis in hac parte specialiter deputatis et tamdiu durantibus quamdiu durabit nobis inde habuerit in mandatis./

Priaulx Guilielmi Dispensatio ad recipiendum sacrum Diaconatus ordinem.

Guilielmus providentia divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Angliae Primas et Metropolitanus Dilecto nobis in Christo Guilielmo Priaulx in Artibus magistro ac Collegii sanctae et individuae Trinitatis in Academia Cantabrigiensi Alumno Salutem et gratiam. **Ut** a quocunque Episcopo Catholico Officii sui executionem obtinente et gratiam quarumque Ecclesiae sive Capellae ubi Episcopus huiusmodi moram traxerit per provinciam nostram Cantuariensem ubilibet consistente aliquo die festo sive profesto etiamsi extra tempora a Jure Canonibus et Constitutionibus Ecclesiasticis statuta ad sacrum Diaconatus ordinem juxta morem et ritum Ecclesiae Anglicanae in ea parte pie et salubriter editum licite valeas promoveri; Dummodo aetate, moribus et literatura idoneus repertus fueris Super quibus ordinantis conscientiam districte oneramus ac modo aliud Canonicum tibi in ea parte non obsistat impedimentum, Tibi et facultatem nostram tam cuicunque Catholico Episcopo huiusmodi ordinem conferendi quam tibi eundem recipiendi benigne concedimus et impertimur per praesentes Contrariis Canonum institutis non obstantibus quibuscunque. In cuius rei Testimonium Sigillum (quo in hac parte utimur) praesentibus apponi fecimus Dat' vicesimo nono die mensis Octobris Anno Domini Millesimo sexcentesimo tricesimo tertio et nostrae Translationis Anno primo./

Commissio ad exercendum Jurisdictionem ecclesiasticam infra Decanatum de Risborough concessa domino Smith./

Guilielmus providentia divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Angliae Primas et Metropolitanus Dilecto nobis in Christo Egidio Smith legum Doctori ac almae Curiae Cantuariensis de Arcubus London Advocatorum uni Salutem et gratiam. **De** tuis sana doctrina, conscientiae puritate, fidelitate, circumspectione, industria et provida in rebus gerendis dexteritate plurimum fisi Te Decanum sive Commissarium nostrum Decanatus de Risborough in Comitatu Buckinghamiae nostri et Ecclesiae nostrae Cathedralis et Metropoliticae Christi Cantuariensis Jurisdictionis immediatae praeficimus, constituimus et deputamus per praesentes. **Ad** visitandum igitur Ecclesias et Capellas omnes et singulas Clerumque et populum Decanatus praedicti quotiens ab antiquo fieri solebat et procurationes debitas recipiendum necnon ad inquirendum seu inquiri faciendum de et super quorumcunque Subditorum Decanatus praedicti criminibus excessibus et delictis quibuscunque hactenus commissis vel in posterum committendis quorum cognitio, correctio et punitio ad nos et forum ecclesiasticum de iure vel consuetudine aut huius Regni Angliae legibus et statutis (citra tamen offensam legum et statutorum huius Regni Angliae) pertinent, pertinebunt ipsosque et ea (excepta pecuniaria poena quam nobis expresse reservamus) debite puniendum et reformandum Ac etiam ad cognoscendum, procedendum, statuendum et diffiniendum in omnibus et singulis causis et negotiis ecclesiasticis quibuscunque in dicti Decanatus Jurisdictione tam ex officio mero, mixto vel promoto quam ad quarumcunque partium instantiam sive promotionem hactenus motis, inchoatis et intentatis aut imposterum movendis et intentandis causisque et ea cum suis incidentibus, emergentibus, dependentibus, annexis et connexis quibuscunque audiendum discutiendum ac (quatenus leges et statuta huius Regni Angliae permittant et non aliter neque alio modo citra tamen offensam eorundem) finiendum et terminandum Testamenta insuper et ultimas voluntates quorumcunque infra dictum Decanatum ab hac luce (Domino iubente) migrantium et decedentium insinuandum et approbandum Administrationesque bonorum quorumcunque testantium huiusmodi sive ab intestato vel per viam intestati decedentium Executoribus in huiusmodi testamentis nominatis aut illi vel illis qui seu quibus de Jure vel consuetudine aut huius Regni Angliae statutis committi debeant in debita Juris forma concedendum et committendum Ac Computum Calculum sive ratiocinium executorum et administratorum huiusmodi recipiendum, audiendum, examinandum et admittendum Ac Computantes huiusmodi ab omni ulteriori Computo, Calculo sive ratiocinio in hac parte reddendo prout Juris fuerit et equitatis absolvendum et finaliter dimittendum Alium insuper seu alios in praemissis et eorum quolibet loco tuo substituendum eumque et eos quoties et quando tibi videbitur expedire revocandum necnon omnia et singula alia ad Officium Commissarii huiusmodi et exercitium Jurisdictionis ecclesiasticae dicti Decanatus de Jure aut consuetudine spectantia et pertinentia et quae in praemissis aut circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna (citra tamen offensam legum et statutorum huius Regni Angliae et non aliter neque alio modo, ac iuxta Constitutiones et Canones ecclesiasticos Regia auctoritate Anno Domini Millesimo sexcentesimo quarto editos et promulgatos ad quorum Canonum et Constitutionum observationem in omnibus per vos agendis et observandis vos tenore praesentium sub poenis in eisdem expressis astringimus) faciendum, exercendum et expediendum Tibi, cum cuiuslibet coercionis canonicae executione (quae in hac parte requiritur), vices nostras committimus per praesentes ad nostrum beneplacitum tantummodo duratur' Assumpto tibi ac substituto sive substitutis tuis huiusmodi uni vel pluribus Dilecto nobis in Christo Willielmo Sherman notario publico Registrario nostro primario vel eius in hac parte deputato seu deputandis in Actorum nostrorum Scribam in hac parte (durante hac nostra Commissione). In cuius rei Testimonium Sigillum (quo in hac parte utimur) praesentibus apponi fecimus Dat' ultimo die mensis Octobris Anno Domini Millesimo sexcentesimo tricesimo tertio et nostrae Translationis Anno primo./

Rudley Radulphi literae ad practicandum artem medicinae./

Quo die Reverendus pater antedictus ad Ecclesiam Capellam sive Oratorium Sti Johannis Bapte predict accessit ubi, magr Edwardus ffulham in artibus magr, eius Capellanus, prehabitis divinis solemniis, predicavit et super textu ex 23 Cap: lib. Geneseos, versiculis 19° et 20° sumpto, in hiis verbis. And after this Abraham buried Sarah his wife in the cave of the feild of Machpelah, over against Mamre: the same is Hebron in the land of Canaan. Thus the feild and the Cave that is therein, was made sure unto Abraham for a possession of buriall by the sonne of Heth. verbum dei populo exposuit. Concione finita Dnus Reverendus pater, magna cum comitante caterva tam Cleri quam populi illuc confluentium, preter magni nominis virum Comitem de Winchelsey eiusq Comitissam, in Cemiterii locum egreditur, et ad Cathedram in orientali parte eiusdem positam progressus est, ubi Dnus Humphridus Peake sacre Theologie professor, vices locum et personam sustinens Dni Thome Jackson sacre Theologie etiam professoris, magri (ubi vocatur) Hospitalis predict ex infirmitate quadam corporali iam detenti, et Johannes Carr Prior eiusdem Hospitalis ~ coram dicto Reverendo patre sese presentantes, nomine totius Hospitalis pred allegarunt quod ob defectum Cemiterii ad idem Hospitale pertinentis, et infra septa eiusdem constituti, pro corporibus demortuorum ibm sepeliendis, eadem corpora, non sine magna molestia, sumptibus aliisq dicti Hospitalis incomodis, ~

Negotium Consecrationis Cemiterii infra Hospitale Sti Johis Baptiste extra portam Borealem Civitatis Cantuar./

Cemiteriis forantis, scilicet ad ecclias exteras omnino spectantibus sepeliend' committuntur. In cuius remedium in futuro, dict' Magr et Prior de et cum consensu fratrum et sororum eiusdem Hospitalis quandam porcionem sive parcellam terre sive fundi eorum, eclie sive Capelle ibidem contiguam, et Orientali partim, partim vero Boreali parti eiusdem eclie sive Capelle, insimul adiacentem in qua tunc congregati fuerunt, continen in longitudine tot et circiter perticas et consimilis latitudinis, usui pred' valde comodam, in eandem sive sepimento quodam lignario sumptibus suis propriis nuperime includi fecerunt, quodque Reverendissimo in Xpo patri ac Dno, Dno Guilielmo providen divina Cant' Archiepo totius Anglie Primati et Metropolitanique pred' Ordinario supplicarunt, quatus dcus Dnus Archiepus, auctate sua Archiepali pro se et Successoribus suis, dcam parcellam terre sive fundi in locum sepulture corporum fratrum et sororum aliorumque infra dcum Hospitium posthac morientium designare, et in eundem usum tantummodo a pristinis et aliis quibuscunque usibus coibus et profanis separand' et consecrand' fore decernere dignaretur et ut auctate sua Ordinaria et Archiepali dcus locus sic dedicetur et consecretur. Quodque dcus Archiepus audiens, pio et religioso desiderio dcorum Magri, Prioris et ceterorum Hosp. predci satisfacere volens aliis tamen necessariis impeditus, vices et auctatem suas plenamque potestatem premissa in hac parte petita in sua Dioc' in hac parte faciend' et exequend', prefato Reverendo patri, Confratri suo Johanni permissione dia Exon Epo comisit et concessit. Quare humiliter petierunt ut dcus Reverendus pater Exon Epus iuxta petita predca ad Consecrationem huius Cemiterii, auctate dicti Rmi prid Dni Archiepi Cant' eidem sic (ut prefertur) comissa, procedend' fore decerneret, idemque consecrationis negotium exequeret. Tunc dcus Reverendus pater Exon Epus petitionibus eorum inclinans, perlecta prius publice et perlecta per me notarium publicum antedcum de mandato suo Comissione sibi a Rmo Cant' Archiepo pred' in hac parte fact', onus et opus executionis eiusdem in se suscepit. Et statim dcus Reverendus pater (Dei noie flexis genibus, primitus invocat' petitaque Dominica promissa) unacum Capellanis suis, multisque aliis eum sequen, fundum predcum iuxta Clausuram eiusdem circumivit Centesimum psalmum cantando, et tunc ad Cathedram predict' se contulit, ubi tradita prius possessione dicti fundi per Priorem Hospitalis pred', Reverendo patri antedco, per possessionem graminium datum et acceptum, ceterisque solemnitatibus usitatis tunc etiam observatis, dcus Reverendus pater 23. cap. Genes. pred' per Capellanum quendam, in corona populi, alta voce perlegi fecit, quo finito alter Capellanus de mortuis et eorum sepulturis loco Lectionis quedam in hac parte apta et occasioni congruentia publice declaravit. Quibus sic gestis, prefatus Reverendus pater quibusdam sacre Scripture locis et sententiis per eum prius recitatis, et huic occasioni applicatis, precibusque dictis iterum reascendit in Cathedram, resurgens ibidemque Judicialiter sedens coram populo ibidem congregato, ad petitionem predicti Pro-Magistri et Prioris Hosp. pred' fundum pred' in Cemiterium sive locum sepulture corporum demortuorum pro Hosp. pred' consecravit et dedicavit, publice legendo schedulam consecrationis sive dedicationis in scriptis concept' et ex parte Magri et Prioris Hosp. sibi porrectam, sub tenore verborum sequen viz. In Dei nomine Amen. Cum Magr huius Hosp. Sti Johannis Baptiste extra portam Borealem Civitatis Cantuar' prope adstantis, situati, hanc parcellam fundi cum sepimento lignario (ut apparet) nuper inclusit, quam pro Cemiterio sive loco sepulture corporum tam sui quam aliorum in dco Hospitali decedentium segregari et dedicari desideravit, Ideoque Reverendissimo in Xpo patri Domino Guilielmo Cantuar' Archiepo moderno supplicavit quatenus Ipse auctate sua Ordinaria huiusmodi parcellam fundi, in Cemiterium sive locum sepulture demortuorum eiusdem Hospitalis dedicare et consecrare dignaretur. Nos igitur Johannes permissione divina Exon Epus ac predicti Reverendissimi in Xpo patris et Dni, Dni Guilielmi Cantuar' Archiepi totius Anglie Primatis et Metropolitani in hac parte Comissarius, hanc parcellam fundi eiusdem longitudinis et latitudinis, ut intra sepimentum lignarium iam apparentem sit inclusa, a pristinis et aliis quibuscunque usibus communibus et prophanis in usus sequentes separandam fore determinamus, ac eandem ad solum et proprium usum huiusmodi Hospitalis Sancti Johis Baptiste predci in Cemiterium sive locum Sepulture talium Officiariorum et ministrorum, qui in huiusmodi Hospitali ab hac luce in futurum migraverint, quantum in nobis est et de Jure, legibus, statutis et Canonibus huius Regni Anglie possumus, assignamus et auctate ordinaria predci Rmi patris per nomen Cemiterii Hospitalis Sti Johannis Baptiste predci dedicamus et consecramus Et in usus predictos habendam et tenendam Ac Cemiterium Hospitalis predci deinceps in perpetuum nuncupand' et appellandam fore decernimus. Privilegiis insuper omnibus et singulis in ea parte usitatis et antiquis Cemiteriis et locis Sepulture ab antiquo consecratis et dedicatis competentibus, huiusmodi Cemiterium sive locum Sepulture ad omnem Juris effectum imbuere volumus et quantum in Nobis est et de Jure possumus, sic munimus et stabilimus per presentes. Quo facto scheduleque Consecrationis predict' per Reverendum

patrem

publicum andium subscripta, idem Reverendus pater petito Deo fudit preces suas accomodatione operis huiusmodi pro verba in hac parte apta et in similibus usitata, et sic populum cum benedictione dimisit. Super quibus omnibus et singulis tam dictus Reverendus pater, quam Procurator Magister et Prior Hospitalis predicti requisiverunt me notarium publicum andium ad conficiendum sibi Instrumentum publicum sive Instrumenta publica, presentibus tunc et ibm (presente me notarium publicum andium) Comite de Winchelsey et eius Comitissa pred, Dno Johanne ffotherby milite, Dno ffrancisco Foxes sacre Theologie professore ac pluribus alijs sacre Theologie doctoribus, Willimo Somner seniore, Curie Consistorie Cant Registrario, Willimo Walmer, Richo Bulkeley, Thoma Richardson et Henrico Jenken eiusdem Curie procuratoribus generalibus, nonnullis etiam fratribus et sororibus Hospitalis predicti ac multis alijs testibus tunc ad premissa testificand rogatis specialiter et requisitis. Ita testor Willimus Somner Jun notarius publicus./

Decimo octavo die mensis Septembris Anno Dni 1635. per venerabilem virum magistrum Thomam Rives legum doctorem surrogatum &c Concessa fuit lra Willimo Bedford Clico, in Artibus magro ad peragendum officium Curati tam in ecclia parochiali de Molesworth in Com Huntingdon quam in quacunque alia ecclia, in et per Dioc Lincoln et Ciuit Cantuar provincie (Gratia Revmi in Xpo patris Dni Guilielmi Cantuar Archiepi in ea parte prius impetrata) subscriptisque per eum tribus illis Articulis descriptis in tricesimo sexto Capitulo libri Canonum &c prestitoque per eum Juramento supremitatis Regie Matis &c ac de canonica obia &c./

Bedford Willimi lra ad inserviendum.

Decimo nono die eiusdem mensis, per magistrum ffranciscum White Clicum surrogatum &c Concesse fuerunt lre dimissorie Johanni Cottingham Diacono in Artibus magro ac Curato Ecclie parochialis de Clapham, in Com Surrie ad recipiendum sacrum presbiteratus ordinem &c subscriptis prius per eum tribus illis Articulis descriptis in tricesimo sexto Capitulo libri Canonum &c prestitoque per eum Juramento supremitatis Regie Maiestatis &c.

Cottingham Johis lre dimissorie ad recipiend sacrum presbiterat ordinem./

Eisdem die et Anno, per eundem magrum White Concesse fuerunt similes lre dimissorie Allano Acworth Diacono in Artibus Bacchro Curato Ecclie parochialis de Deptford, in Com Cantij pro recepcione sacrum presbiteratus ordinem (subscriptione simili per eum prius facta ac prestacione prestiti iuramenti supremitatis Regie Matis &c./

Acworth Allani similes lre./

Eisdem die et Anno per eundem magrum White Concesse fuerunt similes lre dimissorie Josepho Jackson Diacono in Artibus magro, nuper Aule Pembrochie in Academia Cantabr (subscriptis prius per eum Articulis ut supra, prestitoque per eum simili Juramento./

Jackson Josephi similes lre./

Eisdem die et Anno idem magr ffranciscus White lras dimissorias, pro recepcione ordinis presbiteratus Richo Reddrich Diacono, in Artibus magro, concessit, prestito per eum Juramento, et supradictarum simili subscriptione.

Reddrich Richi similes lre./

Eisdem die et Anno, per prefatum magrum White Concesse fuerunt lre dimissorie Abrahamo Wright, in Artibus magro, nuper Aule Ste Catherine in Academia Cantabr (subscriptis prius per eum Articulis prenominatis prestitoque per eum Juramento superius mentionat./

Wright Abrahami lre dimissorie ad recipiendum sacrum Diaconatus ordinem./

Eisdem die et Anno, per eundem virum Concesse fuerunt lre dimissorie Beniamino Crumpe Diacono in Artibus magro ac Curato ecclie parochialis de Westwell in Com Cantij Dioc Cant ad recipiend sacrum presbiteratus ordinem &c subscriptis prius per eum Articulis superius mentionat prestitoque per eum iuramento supremitatis Regie Matis &c.

Crumpe Beniamini lre dimissorie ad recipiend sacrum presbiterat ordinem./

Eisdem die et Anno per prefatum magrum White Concesse fuerunt lre dimissorie Nathanieli Ward Artium magro quondam Collegij Sydney Sussex in Academia Cantabrigiensi ad recipiend sacrum Diaconatus ordinem &c subscriptis prius per eum Articulis prerecitatis prestitoque per eum Juramento supremitatis Regie Maiestatis &c./

Ward Nathanielis lre dimissorie ad recipiendum sacrum Diaconat ordinem./

Eisdem die et Anno Idem magr White concessit dispensacionem pro recepcione ordinum Diaconatus et presbiteratus uno et eodem tempore Edwardo Lambert in Artibus magro nuper Aule Ste Catherine virginis in Academia Cantabrigiensi subscriptis per eum prius tribus illis Articulis ut supra prestitoque per eum Juramento supremitatis Regie Maiestatis &c

Lambert Edwardi dispensatio ad recipiend sacros ordines./

Eisdem die et Anno per eundem magrum White Concesse fuerunt lre dimissorie Willimo Symons Diacono in Artibus Bacchro ad recipiend sacrum presbiteratus ordinem &c facta per eum subscriptione cetera

Symons Wmi lre dimissorie ad recipiend sacrum presbiteratus ordinem./

eisdem Articulis ac praestacione eiusdem Juramenti./

Townley Henrici literae dimissoriae ad recipiendum sacrum presbyterat ordinem

Decimo nono die mensis Septembris Anno Dni 1635. per magistrum Franciscum White Clericum surrogatum &c Henricus Townley Diaconus in Artibus magr nuper Collegii Sancti Johannis Evangelistae in Academia Cantabrigiae, Lras dimissorias concessas habuit, ut ordo presbyterii in se collatus esset, qui primitus Articulis ut supra subscripsit ac iuramentum praedict praestitit./

Hussey Dearinge ad recipiendum sacrum presbyterat ordinem dispensatio/

Primo die mensis Octobris Anno Dni praedict per venerabilem virum Thomam Ridd legum doctorem surrogatum &c Concessa fuit dispensatio Dearinge Hussey diacono in Artibus magro ad recipiendum sacrum presbyteratus ordinem a quocunq Epo Catholico &c per provinciam Cant &c aliquo die &c non obstan Canone &c (Gratia Revmi in Xpo patris Dni Gulielmi Cant Archiepi in ea parte prius impetrata) ac subscriptis per eum tribus Articulis in Canone mentionat &c praestitoq per eum Juramento supremitatis Regiae Maiestatis &c./

Rutton Matthei ad recipiendum sacru Diaconat ordinem dispensatio/

Septimo die eiusdem mensis, per eundem venerabilem virum Concessa fuit dispensatio Matthaeo Rutton in Artibus magro ad Vicariam de Cobham in Com Cantii dioc Roffen nominato, ad recipiendum sacrum Diaconatus ordinem a quocunq Epo &c per Provinciam Cant &c aliquo die &c non obstan Canone &c subscriptis prius per eum tribus Articulis in Canone mentionat &c praestitoq per eum Juramento supremitatis Regiae Maiestatis &c./

Breve Regium super Institutionibus/

Carolus dei gra Angliae, Scotiae, Franciae et Hibniae Rex fidei defensor &c Revmo in Xpo patri Dno Willmo providen divina Cant Archiepo totius Angliae Primati et Metropolitano Salutem. Volentes certis de causis quod Baron de Scaccio nro per vos certiorentur de nominibus et cognominibus omnium et singulorum Clericorum collatorum, admissorum sive institut ad aliquod beneficium, offic, preb, dignitat, Rcor, Vicar sive aliquam aliam promotionem spualem quamcunq cuius natura seu qualitatis existunt infra dioc et Jurisdictiones vras tam in locis exemptis quam non exemptis a xxvii° die Martii ult praeterit usq ad decimum diem Octobris prox futur unacum die et Anno Collationum, admissionum sive Institutionum eorum cuiuslibet Ac etiam de noibus et cognoibus quorumcunq patronorum tam originalium quam assig' per quos vel per quem dicti Clerici sic separatim praesentati existunt, necnon in quo Com et Decanat seu quibus Com et Decanat huiusmoi benefic, offic, preb, dignitat, Rcor, Vicar sive alia promotiones spuales situantur. Vobis mandamus quod diligen indagine scrutatis Regris et aliis Archivis vris praemissa tangen quibuscunq quicquid inde inveneritis praefat Baron nris apud Westm in quindena Sci Michis Archi prox futur sub sigillo vro autentico et manus vrae propria subscriptione distincte luculenter et aperte in pergameno fideliter script certiorari reddatis unacum hoc bre. Teste Humfro Davenport milite apud Westm decimo septimo die Junii Anno Regni nri undecimo./

Certificatorium eiusdem.

Honorabilibus et egregiis viris dominis Baronibus Curiae Scaccii Serenissimi in Xpo principis et Dni nri Dni Caroli Dei gra Angliae, Scotiae, Franciae et Hibniae Regis fidei defensoris &c et eiusdem Curiae Thesaurario sive Thesaurariatus Com.^1o quibuscunq Caeterisq in eadem a Consiliis Gulielmus providen dia Cant Archiepus totius Angliae Primas et Metropolitanus Salutem in Dno sempiternam ac fidem indubiam praesentibus adhiberi. Breve dni Serenissimi Dni nri Regis praesentibus annex nuper cum ea qua decuit reverentia, obedientia et subiectione humili recepimus. Cuius vigore pariter et auctoritate scrutatis diligenter de mandato nro Regris et aliis Archivis nris sub Custodia Willmi Prideman notarii publici Registrarii nri principalis existen et fideliter custodit nomina et cognomina omnium et singulorum Clericorum ad promotiones et beneficia ecclesiastica quaecunq admissorum et institutorum tam infra dioc et Jurisdictionem nram quam Provinciam nram a xxvii die Martii ult praeterit usq ad decimum diem huius instan mensis Octobris unacum annotatione et descriptione dierum mensium et Annorum admissionum et institutionum eorundem ac nominibus patronorum dictorum Beneficiorum in huiusmoi Regris nris mentionat in schedulis praesentibus annex describi fecimus et mandavimus. Quae omnia et singula ita se habere et vera esse vobis harum serie iuxta tenorem bris Regii praedict quatenus ex Regris et Archivis nris constare possit, duximus significand fore per praesentes. In cuius rei Testimonium sigillum (quo in hac parte utimur) praesentibus apponi fecimus Dat decimo tertio die Octobris Anno Dni 1635. et nrae Translationis Anno

Schedule in huiusmoi Certificatorio mentionata remanent penes Registrarium./

Anno tertio.

Decimo quarto die mensis Octobris Anno Domini 1635. per venerabilem virum
dominum Nathanaelem Brent militem et legum doctorem Vicarium in spiritualibus generalem et Commissarium
fuit litera Johanni Jacob de Welling in Com. Norff. in medicinis professori ad practicandum artem
medicinae in et per dioc. London, Norwicen. et Elien. Cant. provinciae (Civitate London et
circuitu septem milliarium eidem Civitati proxime adiacen. tantummodo exceptis) subscriptis
prius per eum tribus Articulis in Canone mentionat. &c. in hunc modum viz. primo et tertio
Articulis integris et secundi Articuli duobus prioribus membris praestitoque per eum Juramento
supremitatis Regiae Maiestatis &c. /

Jacob Johannis litera ad practicandum artem medicinae. /

Guilielmus &c. Dilectis nobis in Christo Vincentio Randyll parochiae sancti Clementis
Danorum extra barras novi Templi London generoso et Aliciae Randyll alias Alsopp filiae naturali et
legitimae Thomae Alsopp de medio Templo London generosi, Johanni Clarke parochiae sancti Martini
in Campis in Com. Midd. Scissori et Thomae Hodgson de ffulham in eodem Com. yeoman
dioc. London nostraeque Cant. provinciae Salutem et gratiam in Authore salutis. **Ex** parte vestra
nobis humiliter est supplicatum et ostensum Quod cum vos memorati Vincentius Randyll et
Alicia Randyll alias Alsopp matrimonium ad invicem contraxeritis Illudque in Cubiculo superiori
infra domum ffrancisci Mathewes situat. in parochia sancti Martini in Campis praedict.
solemnizaveritis seu saltem solemnizari procuraveritis per quendam in sacris
ordinibus constitut. iuxta tamen formam libri publicarum precum auctoritate Parliamenti Anno primo
dominae Elizabethae nuper Reginae Angliae edit. et promulgat. nulla prius bannorum publica editione
saltem in ecclesia aliqua praecedente et absque aliqua licentia dispensatione in ea parte prius habita et
obtenta auctoritate Ecclesiae in ea parte negligend. quorum intuitu in maioris excommunicationis sententiam
poenasque de iure Ecclesiae ob dictum crimen debitas incidistis unacum praenominatis Johanne Clarke
et Thoma Hodgson vobiscum praesentibus tempore celebrationis seu potius prophanationis matrimonii
huiusmodi (ut praetenditur) habiti, Vos tamen praefat. Vincentius, Alicia, Johannes et Thomas legum
ecclesiasticarum offensionem in ea parte iam sentientes a nobis humiliter petiistis ut vobis de aliquo
remedio oportuno gratiose in hac parte provideri velimus, Nos igitur considerantes quod vos
mere ducti et Jurium ecclesiasticorum ignorantes minime obdurati aut pertinaces in dictas
poenas incideritis ac in vera vestra resipiscentiae testimonium nobis in hac parte submiseritis,
quoniam nemini ad se redeunti gremium claudit Ecclesia (facta prius fide per te praefatum
Vincentium Randyll tam nomine tuo quam nomine dictae Aliciae uxoris tuae de parendo Juri et
stando mandatis Ecclesiae et quod nulla lis pendet coram aliquo Judice ecclesiastico vel civili de
matrimonio aliquo contracto vel solemnizato cum alterutro vestrum praefat. Vincentii et Aliciae
et alia quacunque persona vel quod aliud aliquod legitimum impedimentum, facta etiam
fide ex parte praefatorum Johannis Clarke et Thomae Hodgson de simili parendo Juri) vos
et quemlibet vestrum a quibuscunque excommunicationis maioris seu minoris suspensionis seu
interdicti sententiis ac aliis Censuris et poenis ecclesiasticis in quibus de Jure, facto aut
Canone ratione praemissorum innodati et irretiti fuistis et estis, quantum in nobis est et
de Jure possumus quoad clandestinitatem dicti matrimonii tantum harum serie absolvimus
et liberamus ac communioni Christi fidelium et pristino statui vos restituimus et vos sic
absolutos et restitutos ad omnem Juris effectum pronunciamus et sic in Ecclesiis vestris
parochialibus per ministros ibidem pronunciari volumus, si necesse fuerit (Canonibus in
contrarium facien. non obstan. quibuscunque). In cuius rei Testimonium sigillum (quo in
hac parte utimur) praesentibus apponi fecimus Dat. decimo quarto die mensis Octobris Anno
Domini 1635. Et nostrae Translationis Anno tertio. /

Randyll Vincentii et aliorum ratione clandestini matrimonii Absolutio. /

Vicesimo quarto die mensis Octobris Anno Domini 1635. per venerabilem
virum dominum Nathanaelem Brent militem legum doctorem Vicarium in spiritualibus
generalem et Commissarium fuit litera reverendo in Christo patri domino Johanni Roffen. Episcopo ad instituend.
Willimum Clapham Clericum in Artibus magistrum ad Rectoriam de Plumsted in Com. Cantii
dioc. Roffen. ad praesentationem Willimi Clapham senioris Civis et Pharmacopolae London
dictae Rectoriae ratione Advocationis Jurispatronatus eiusdem sibi fact. hac vice patroni, qui
nuper recuperavit dictam praesentationem suam coram Justiciariis in Banco Regio ad placita

apud

Litera Episcopo Roffen. ad instituend. Willimum Clapham Clericum extra dioc. /

apud Westm, ut idem Recordum patet iuxta tenorem Brevis Regij in ea parte fact eundem Willm Clapham Clericum ad Docendum de Plumsted pred in aliquo loco publico vel privato suo arbitrio eligend per Provinciam Cant ubilibet constitut libere et licite instituatur et induci facere possit et valeat./

Clowes Thome Sedis Confirmatio

Guilielmus &c Dilecto nobis in Xpo Thome Clowes paroc de Waybridge in Com Surrie Dioc Winton nrae Cant provincie generoso Salutem et gratiam. Ostenso nobis Certificatorio sub manibus Rectoris, Gardianorum aliorumq meliorum sortis parochianorum de Waybridge predict ex parte tua ad effectum infrascript descript, facto quod pendente nuper visitatione nra Metropolitica infra dictam Dioc Winton, coram Nobis exhibuisse et Confirmationem nram super contentis eiusdem humile petijsse, sed tunc temporis difficultatibus nris alijs passim in negotijs nris occupatis in ista tua rationabili petitione tibi accomodare distulimus, Nunc vero illo Certificatorio et petitione tua desuper facta per venerabilem virum Dnum Nathanaelem Brent militem legum Doctorem Vicarium nostrum in spualibus gnalem et Officialem principalem mature pensatis, (cuius quidem Certificatorij tenor liberum consensum et assensum predictorum Rectoris, Gardianorum et aliorum meliorum sortis parochianorum de Waybridge predict manifeste declarat, ut tu prefatus Thomas Clowes Sedile quoddam continens novem pedes in longitudine ac duos pedes et dimidium in latitudine ac convenienter in Australi parte Ecclie parochialis ibm super Sepulchrum Thome Inwood nuper in eodem inhumato (loco vacuo existenti) in usum tuum proprium, uxoris, liberorumq tuorum ad sedend, genua flectend et Divina ibm audiend, erigas et extruas; Johanne Inwood filio et herede superstite antedict Thome Inwood defuncti huiusmodi Sedilis extructionem etiam expresse approbante per manus sue subscriptionem ad idem Certificatorium nobis (ut prefertur) ex parte tua exhibitum, ut in eodem penes Registrum nrum remanen plenius liquet et apparet) Tibi et prefate petitioni tue quia nullum exinde preiudicium (ut concipimus) alicui suboriri potest, favorabiliter annuentes idem Sedile longitudinis et latitudinis pred in Australi parte Ecclie parochialis de Waybridge predict super tumulum sive sepulchrum prenominati Thome Inwood per te extructum seu extruendum, ad usum tuum proprium uxoris liberorum ac successorum tuorum tibi non dispari in Domo moderna tua habitationis infra eandem parochiam existen, habitantium, ad sedendum, genua flectend et Divina ibm audiend, quantum in nobis est et de Jure possumus tibi et eisdem assignamus et confirmamus ac licentiam et facultatem nras in ea parte concedimus et elargimur per presentes (salvo Jure cuiuscunq) In cuius rei Testimonium &c Dat vicesimo sexto die mensis Octobris Anno Dni 1635 et nre Transl Anno tertio./

Heath Willmi Lra ad instruendum

Guilielmus &c Dilecto nobis in Xpo Willmo Heath in Artibus magro Salutem et gratiam. Cum Maior, Juratores et comune Concilium Corporationis de Gravesend et Milton in Com Cantij Dioc Roffen nrae Cant provincie te prefatum Willmum Heath in ludimagistrum libere Schole infra Milton pred existen in consessu publico desuper facto, comuni assensu et consensu aut maioris partis eorundem tunc congregat elegerunt, ut per Certificatorium nobis ex parte tua exhibit plenius liquet et apparet, Ad instruend igr erudiend et informand quoscunq pueros in libris Grammaticalibus alijsq documentis licitis et honestis, ac de Jure, legibus, statutis et constitutionibus huius inclyti Regni Anglie in ea parte permissis et approbatis tam in libera sive publica Schola de Milton pred quam in alio quocunq loco publico vel privato tuo arbitrio eligend in et per Dioc nram Cant ac dictam Dioc Roffen necnon Decanatum de Shorham, nri et Ecclie nre Cathlis et Metropolit Christi Cant Jurisdictionis immediate ubilibet constitut, Tibi de cuius fidelitate, morum sinceritate, conscientie puritate, morum probitate et diligen plurimum confidimus (prestito primitus per te Juramento de agnoscendo Regiam supremam potestatem in causis ecclicis et temporalibus ac de renunciando, refutando et recusando omni et omnimode Jurisdictioni, potestati, auctoritati et superioritati forinsec iuxta vim, formam et effectum Statuti Parliamenti in ea parte edit et provisi, subscriptisq per te tribus illis Articulis descriptis in tricesimo sexto Capitulo libri Constitutionum sive Canonum ecclicorum Anno Dni 1604 Regia autoritate promulgat) licentiam et facultatem nras tenore presentium concedimus et impertimur per presentes ad nrum bene placitum tantummodo duratur. Proviso semper quod tu Catechismum publica auctoritate edit et nullum alium Catechismum latino seu vulgari idiomate singulis hebdomadis discipulos tuos inter alia pueri doceas et ad Ecclesiam parochialem infra quam de tempore in tempus officium ludimagri exercebis, singulis diebus Dnicis et festivis cum discipulis tuis ad Conciones et Divina audiend diligenter accedas et frequentes, Proviso etiam quod in nullius Recusantis aedibus quoscunque pueros nisi de et cum expresso consensu nro vel Cancellarii loci illius Ordinarii sub manu sua aut Ordinarii tui subscriptione habit et obtent iuxta Statuta et Constitutiones predict edit et provis edoceas aut instruas. In cuius rei etc. Dat' tricesimo die mensis Octobris Anno Dni 1635. Et nre Transl' Anno tertio./

Ultimo die mensis Octobris Anno Dni 1635. per venerabilem virum Dnum Nathanaelem Brent militem legum Doctorem Vicarium in spiritualibus generalem etc. Concessa fuit lra Jacobo Aldrich clerico in artibus magro ac Rectori Ecclie parochialis de Flixton in Com Suffolcie ad praedicandum verbum Dei in et per Dioc' Norwicen Cant' provincie, licentia Rmi in ea parte prius impetrata subscriptisque per eum tribus Articulis descriptis in tricesimo sexto Capitulo libri Canonum etc. praestitoque per eum Juramento supremitatis Regie Maiestatis etc./

Aldrich Jacobi lra ad praedicandum.

Quinto die mensis Novembris Anno Dni predict per eundem venerabilem virum Concessa fuit lra Roberto Venicombe de Blackauton in Com Devonie in medicinis professori ad practicandum artem sive facultatem medicine in et per Dioc' Exon, Bristollen ac Bathon et Wellen Cant provincie subscriptis prius per eum tribus Articulis in Canone mentionatis in hunc modum vizt primo et tertio Articulis velle quod et secundo Articulo duobus prioribus membris praestitoque per eum Juramento supremitatis Regie Maiestatis etc. Coram magro Roberto Parr et Humphrey Kelly Cleric' vigore Commissionis etc ea in parte dict' quamdiu se bene gesserit duratur./

Venicombe Roberti lra ad practicandum artem medicine./

Guilielmus etc. Dilecto nobis in Xpo Michaeli Lodge generoso ac Dno Manerii de Shortgrave parochie de Tottenhoe in Com Bedford Dioc' Lincoln nrae Cant provincie Salutem et gram. Cum Ecclia parochialis de Tottenhoe predict a domo mansionali eiusdem Manerii de Shortgrave, ubi familiam quotidie foves et aliquando moram tibi facis (circa quatuor milliaria distet, intercurrentibus vallibus valde lutosis ac hiemali tempore undis a collibus concurrentibus saepissime opertis, adeo ut eandem Ecclesiam, vram parochialem diebus Dnicis et festivis, iuxta Juris exigentiam, non sine multo labore, tedio et salutis periculo frequentare valeatis; Cumque Ecclia de Whipsnade a dca domo mansionali non plus quam semi-milliare distet, plana et pulchra via inde ad eandem Ecclesiam ducente, ultra quam parochiam sunt etiam nonnulle terre ad dcum Manerium tuum pertinentes, quarum situs ratione et proventus exinde tam Rectori quam parochianis ibm exsurgentibus, Sedes Dnis eiusdem Manerii pro tempore existentibus in eadem Ecclia ab antiquo designata et continuata fuit et est in pnti, uti accepimus ex assertione tua Nobis per viam petitionis fideliter proposita humiliter supplicando quatenus neque tu prefatus Michael Lodge iam senescens, neque uxor tua qui plerumque cum alia familia vra in parochia de Eaton cohabitatis, unquam possitis in dcum vrum mansionem accedentes et ibm paulisper manentes ad Ecclesiam parochialem de Tottenhoe predict adire teneamini, neque famuli vri, quoties pluvie, tempestates aut viarum incommoda impediunt, teneantur, sed ut ad Ecclesiam parochialem de Whipsnade predict sine molestatione aut aliquali perturbatione diebus Dnicis et festivis ad divina ibm et Conciones audiend et sacramenta participand libere accedatis et accedant; Nos igitur ex causis predictis et aliis coram nobis allegatis huic petitioni tue favorabiliter annuentes quantum in nobis est et de Jure possumus tecum sub modo et forma sequen dispensamus, scilicet ut tu prefatus Michael Lodge et uxor tua quotiescunque in dco Manerio vro de Shortgrave permanebitis, ad Ecclesiam parochialem de Tottenhoe venire non omnino teneamini, verum ad dcam Ecclesiam de Whipsnade (quamdiu in prefato Manerio vro morabimini) diebus Dnicis et festivis ad devotiones vras inter communionem Xpi fidelium ibm congregatam Deo persolvendas libere accedatis. Nolumus enim sanitatem vram in stricta Juris civilis observatione periclitari, nec ea in parte vos astringi invitos cum aliis vobis liceat provideri possit, Dummodo ritibus et doctrine Ecclie Anglicane vosmetipsos probitis conformes, cuius intuitu hanc lram et facultatem nram, donec aliud nobis visum fuerit, vobis concedimus et impertimur per presentes Proviso tamen semper quod nullum exinde preiudicium fiat Vicario sive parochianis de Tottenhoe predict exoriatur, sed non obstante hac nra indulgentia, tam decimas oblationes quam alias quascunque taxationes tibi impositas et imponendas, quiete persolvatis. Proviso etiam quod servi tui in dco Manerio tuo commorantes, quoties sudum sit et via planities permittat Ecclesiam parochialem de Tottenhoe predict de tempore in tempus frequentabunt, ac Paschalis tempore saepiusque et de iure astricti sunt

Lodge Michaelis lra ad frequentand aliam Ecclesiam./

sunt, Eucharistiam recipient, hac nra facultate tibi et sponsae tuae (ut praemittitur) concessa in aliquo non obstan. In cuius rei Testimonium &c Dat decimo tertio die mensis Novembris Anno Dni 1635. Et nrae Transl Anno tertio./

Milleri Johis lra ad practicandum Artem medicinae./

Decimo octavo die mensis Novembris Anno Dni 1635 per venlem virum Dnum Nathanaelem Brent militem et legum doctorem Vicarium in spualibus generalem &c Concessa fuit lra Johanni Jacobo Millero de Cromye in Com Holst in medicinis professori ad practicandum Artem sive facultatem medicinae in et per Dioc London et Lincoln Cant provinc (Civitate London et Circuitu septem milliarium eiusdem Civitat. except) adiecta tantummodo scriptis subscriptis prius per eum tribus Articulis in Canone mencionat in hunc modum viz primo et tertio Articulis integris et secundi Articuli duobus prioribus membris, praestitoque per eum Iuramento Supremitatis Regiae Maiestatis &c quamdiu se bene gesserit duratur./

Tayler Jeremiae in locum Socij Artistae in Collegio omn Animarum Oxon Nominatio./

Guilielmus providentia divina Cantuar Archiepus totius Angliae Primas et Metropolitanus, necnon Universitatis Oxon Cancellarius Collegijque Animarum omnium fidelium defunctorum de Oxon Visitator, Patronus et Ordinarius Dilectis nobis in Christo Custodi, Vice-Custodi ceterisque et singulis dci Collegij Socijs et Scholaribus Salutem et gratiam. Cum locus Socij Artistae Collegij vri dudum vacaverit et vacuus sit in pnti, Cumque potestas supplendi debitum numerum Sociorum vrorum Nobis per Statuta Collegij vri sit reservata, ratione negligentiae vrae eo quod dictus locus Socij vacantis infra dies in Statutis Collegij vri limitatos per vos non fuerit perimpletus. Nos numerum Sociorum vrorum secundum potestatem a fundatore vro nobis commissam implere volentes Jeremiam Tayler artium magrum ad supplendum dcum locum Artistae vacantem designamus, Vobis mandantes, ut praefatum Jeremiam Tayler ad dcum locum vacantem, secundum formam Statutorum Collegij vri recipiatis et admittatis. In cuius rei Testimonium Sigillum nrum Archiepale pntibus apponi fecimus Dat in Manerio nro de Lambehith vicesimo primo die mensis Novembris Anno Dni 1635. Et nrae Transl Anno tertio./

Vicars Johannis lra ad instruendum./

Decimo octavo die mensis Novembris Anno Dni 1635 per venlem virum Dnum Nathanaelem Brent militem legum doctorem Vicarium in spualibus generalem &c Concessa fuit lra Johanni Vicars in Artibus Bacchro ad instruend pueros in lris Grammaticalibus aliisque &c tam infra parochiam de Penshurst in Com Cantij quam alibi in et per Dioc Cantuar et Roffen ac Decanatum de Shoreham Ecclie Cathed et Metropol Christi Cant Jurisdictionis immediatae, subscriptis prius per eum tribus Articulis in Canone mentionat &c in hunc modum viz primo et tertio Articulis integris et secundi Articuli duobus prioribus membris praestitoque per eum Iuramento Supremitatis Regiae Maiestatis &c ad beneplacitum duratur./

Calvert Edwardi Dispensatio ad recipiend sacros Diaconatus et presbiteratus ordines./

Vicesimo quarto die eiusdem mensis per eundem venlem virum Concessa fuit dispensatio Edwardo Calvert in Artibus magro nuper Collegij Corporis Christi et beatae Mariae virginis in Academia Cantabrigiae ad recipiend sacros Diaconatus et presbiteratus ordines a quocunque Epo &c per Provinciam Cant aliquo die &c non obstante Canone &c subscriptis prius per eum tribus Artlis in Canone mentionatis, praestitoque per eum Iuramento Supremitatis Regiae Maiestatis &c./

Fige Valentini lra ad practicand artem medicinae./

Guilielmus &c Dilecto nobis in Xpo Valentino Fige parochiae sanctae Brigidae in Fleetstreet London Pharmacopolae Salutem et gratiam. Cum ex fide digna relatione acceperimus te in dicta sive facultate Pharmacopolae ultra sexdecim annos versatum fuisse et modo plurimos e diversis morbis languentes sanari cognovisse immo quomodo medici intellexisse quemadmodum multis aegrotorum non solum medicamenta confecisti, verum etiam ipsis eadem applicuisti et applicari vidisti iuxta medicorum praescriptiones et bene consultas directiones, quibus a te diligenter observatis, multam practicae medicinae partis peritiam collegisti et congessisti, quod nonnulli periti in Medicinis Doctores ex parte tua sub manibus suis certificaverunt, teque tanquam virum dignum et aptum medicinae praxi idoneum censentes, pro experientia, fidelitate, diligentia et industria tuis tam in Pharmaceutica quam Pharmacopoeia arte sive facultate nobis multis commendarunt Ad practicandum igitur et exercendum dcam Artem sive facultatem medicinae in et per Dioceses Lincoln et Cicestren nrae Cantuar provinciae ex causis praedictis et aliis Nos in hac parte iuste moventibus (praestito primitus per te Iuramento de agnoscendo Regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus ac de renunciando, refutando et recusando renunciando omni et omnimode Jurisdictioni, potestati, auctoritati et superioritati forincecis iuxta vim, formam et effectum statuti (Parliamenti huius inclyti Regni Angliae in ea parte editi et provisi) quantum nobis per statuta huius Regni Angliae liceat et non aliter neque alio modo te admittimus et approbamus tibique licentiam et facultatem praedictam in hac parte tenore presentium quamdiu te bene et laudabiliter gesseris benigne concedimus et impertimur. In cuius rei Testimonium &c Dat undecimo die mensis Decembris Anno Dni 1635. Et nostrae Translationis Anno tertio./

Duodecimo die mensis Decembris Anno Dni 1635. Coram venerabili viro Dno Nathanaele Brent milite et legum Doctore Vicario in spiritualibus generali &c Rmi in Christo patris Dni Guilielmi Cant Archiepiscopi &c In domo Camera infra hospitium Advocatorum de Arcubus London &c In presentia mei Caroli Wadi notarii publici &c./

Negotium absolutionis Roberti Arkenstall parochiae sancti Jacobi Clarkenwell in Com Midd generosi et Susannae Arkenstall alias Chapman eius uxoris necnon ffrancisci Croft parochiae sancti Egidii extra Cripplegate London et Thomae Thwaits de Bungey in Com Suff generosorum ratione clandestini matrimonii.

Quibus die et loco Comparuit personaliter dictus Robertus Arkenstall et tam nomine suo proprio quam nomine dictae Susannae Arkenstall alias Chapman eius uxoris tanquam coniuncta persona ad omnem Juris effectum allegavit quod ipse et prefata Susanna primo die mensis Octobris ult preterit citra horam octavam in aurora matrimonium quoddam in Capella de Easton in Com Suff per quendam Philippum Cramer Clericum Curatum ibidem iuxta formam libri rubricarum presentium sed clandestine et absque bannis matrimonialibus publice trina vice editis aut licentia sive dispensatione prius in ea parte petita et obtenta, inter sese solemnizarunt et solemnizari procurarunt et quod ipsi poena in Canone in hac parte edit contentis inscii et ignari, ratione solemnizationis matrimonii praedicti sententiam maioris excommunicationis ipso facto involuti et innodati fuerunt et sunt et dictus Robertus Arkenstall propter premissa multo cum dolore gravatus est et submisit se correctioni Dni Judicantis in hac parte et allegavit quod ipse et prefata Susanna ob matrimonium praedictum nunquam citati aut vocati fuerunt aut sunt coram aliquo Judice ecclesiastico vel civili nec aliqua lis pendebat aut pendet pro aliquo contractu matrimoniali aut inter eum et aliquam aliam mulierem aut inter dictam Susannam aut aliquem alium virum tempore matrimonii praed solemnizat aut citra, deque et super premissis allegatis omnibus et singulis dictus Robertus Arkenstall obtulit se promptum et paratum ad faciendum fidem Quare constitutis in Judicium et locum et instanter petiit se et prefatam Susannam eius nunc uxorem a praedicta sententia excommunicationis auctoritate prefati Rmi patris Dni Archiepiscopi Cant absolvi et communioni Christi fidelium restitui, iusque &c Et tunc comparuit personaliter magister Robertus Davies notarius publicus almaeque Curiae Cant de Arcubus London procuratorum generalium unus et exhibuit procuratorium suum pro dictis ffrancisco Croft et Thoma Thwaits et fecit se partem pro eisdem et allegavit dictos ffranciscum et Thomam partes suas eo quod solemnizationi dicti matrimonii interfuerunt in sententiam maioris excommunicationis incurrisse et dictus Davies instanter petiit prefat ffranciscum Croft et Thomam Thwaits a praedicta sententia excommunicationis in eos ex Canone lat et inflict absolvi et restitui iusque &c Unde tunc Dnus per dictum Robertum Arkenstall tam nomine suo proprio quam nomine dictae Susannae uxoris suae super veritate allegatorum praedict et de parendo Juri et stando mandatis Ecclesiae &c et per dictum Davies in animas prefat ffrancisci Croft et Thomae Thwaits de parendo iuri et stando mandatis Ecclesiae &c Dnus absolvit dictos Robertum Arkenstall et Susannam eius uxorem in persona sua et dictos ffranciscum Croft et Thomam Thwaits in persona dicti Davies a dicta sententia excommunicationis maioris tantum reliquaque restituit &c et desuper decrevit literas testimoniales fieri &c./

Guilielmus &c Dilectis nobis in Christo Roberto Arkenstall parochiae sancti Jacobi in Clarkenwell in Com Midd generoso et Susannae Arkenstall alias Chapman eius nunc uxori Salutem et gratiam in Domino sempiternam. Ex parte vestra Nobis humiliter est supplicatum et ostensum Quod cum vos prefati Robertus et Susanna matrimonium ad invicem contrahentes Illudque primo die mensis Octobris ult preterit citra horam octavam in aurora infra Capellam de Easton in Com Suffolciae per quendam Philippum Cramar Clericum Curatum ibidem

solemnizavistis

Arkenstall Roberti et aliorum ratione clandestini matrimonii Absolutio./

solemnizavistis seu saltem solemnizari procuravistis, iuxta tamen formam libri rubricarum, authoritate Parliamenti in ea parte editi et promulgati, nulla prius bannorum publica editione saltem in Ecclesia aliqua praecedente et absque aliqua Licentia dispensatione in ea parte prius habita et obtenta, authoritatem Ecclesiae in ea parte negligendo, presentibus tunc et ibidem vobiscum ffrancisco Croft paroch S[anc]ti Egidii extra Cripplegate London et Thoma Thwaits de Bungey in Com Suff generosis et ratione in maioris excommunicationis sententiam poenasque de iure Ecclesiae ob idem tamen debitas vos omnes simul incidistis, Vos tamen praefati Robertus Adenstall et Susanna uxor tua et ffranciscus Croft et Thomas Thwaits legum ecclesiasticarum offensionem in ea parte iam sentientes a nobis humiliter petiistis ut vobis de remedio aliquo opportuno gratiose in hac parte providere vellemus, Nos igitur considerantes quod errore tantum et iurium ecclesiasticorum in ea parte ignorantia minime obdurate vel contemptuose (uti ex parte vestra nobis asseritur) in dictas poenas et excommunicationis sententiam incidistis, Quod in veram vestrae resipiscentiae testimonium Nobis in hac parte submisistis. Quia nemini ad se redeunti gremium claudit Ecclesia et quoniam (uti ulterius asseritur) nulli vestrum ratione praemissorum coram aliquo iudice ecclesiastico nobis inferiori vocati fuistis aut estis, nec ulla lis pro aliquo contractu inter alterutrum vestrum praefatorum Roberti et Susannae et aliquos alios quoscunque in aliquo foro ecclesiastico pendet, petitionibus vestris in hac parte Nobis factis inclinantes et favorabiliter annuentes (facta primo fide per te praefatum Robertum Adenstall tam nomine tuo quam nomine dictae Susannae uxoris tuae de parendo iuri et stando mandatis ecclesiae ac fide etiam simili facta necnon praestita ex parte praefatorum ffrancisci Croft et Thomae Thwaits) vos praefatos Robertum Adenstall et Susannam Adenstall alias Chapman uxorem tuam, ffranciscum Croft et Thomam Thwaits a quibuscunque excommunicationis maioris sive minoris sententiis in quibus de iure, facto aut Canone innodati et ratione praemissorum irretiti fueritis et estis, quantum in nobis est et de iure, legibus, statutis, constitutionibus et Canonibus Ecclesiae Anglicanae possumus authoritate nostra absolvimus et pro absolutis a clandestinitate tantum istius matrimonii (ut praefertur) solemnizati ad omnem iuris effectum haberi volumus per praesentes, Sicut et nos harum serie vos omnes praenominatos a sententia excommunicationis praedicta absolutos fore pronunciamus, decernimus et declaramus et pro sic absolutis in Ecclesiis vestris parochialibus respective (si necesse fuerit) aliquo die Dominico sive festivo inter divinorum solemnia pronunciari et declarari volumus et mandamus per praesentes. In cuius rei Testimonium &c Dat' duodecimo die mensis Decembris Anno D[omi]ni 1635. Et nostrae Translationis Anno tertio.

Middleton Johis lrae dimissoriae ad recipiend sacrum Diaconat ordinem.

Decimo nono die mensis Decembris Anno D[omi]ni 1635 per venerabilem virum D[omi]num Nathanaelem Brent militem et legum doctorem Vicarium in spiritualibus generalem &c Concessae fuerunt lrae dimissoriae Johanni Middleton in Artibus magro nuper Aulae beatae Mariae in Academia Cant ad recipiendum sacrum Diaconatus ordinem a quocunque Epo &c per Provinciam Cant' subscriptis prius per eum tribus Articulis in Canone mentionatis, praestitoque per eum Iuramento supremitatis Regiae Ma^tis &c./

Rabbett Thomae lrae similes.

Eisdem die et Anno per eundem venerabilem virum Concessae fuerunt similes lrae dimissoriae pro ordine Diaconatus Thomae Rabbett nuper Collegii Corporis Christi et beatae Mariae virginis in Academia Cantabr' in Artibus magro, ipso ut supra subscriben et simile Iuramentum praestante./

Callis Thomae similes lrae

Eisdem die et Anno per magrum Johem Hansley Clericum surrogat &c Concessae fuerunt lrae similes Thomae Callis in Artibus Bacho nuper Collegii Emanuelis in Academia Cantabrig' ad recipiend sacrum Diaconatus ordinem, Ipso ut supra subscriben et iuramentum praedictum praestante./

Vaughan Johannes similes lrae./

Eisdem die et Anno per eundem virum Concessae fuerunt similes lrae pro recipiend ordinis Diaconatus, Johanni Vaughan nuper Collegii Jesu in Academia Cantabr' Alumno, Ipso subscribente Articulis ut supra et Iuramentum supremitatis Regiae Maiestatis simile praestan./

Rutton Thomae dispensatio ad recipiend sacros Diaconat et presbiterat ordines./

Eisdem die et Anno per praefatum venerabilem virum D[omi]num Nathanaelem Brent Concessa fuit dispensatio Thomae Rutton in Artibus magro Collegii Emanuelis in Academia Cantabrig ad recipiendum sacros Diaconatus et presbiteratus ordines a quocunque Epo &c, non obstan Canone &c Ipso ut supra subscriben Articulis et idem Iuramentum supremitatis Regiae simile praestante./

Monitio pro administratione Eucharistiae in Ecclia de Ketton in Com Rutland.

Gulielmus &c Dilectis nobis in Xpo Thomae ffarbecke Clico, Vicario Ecclesiae parochialis et Prebendalis beatae Mariae de Ketton in Com Rutland Dioc Petriburgen ma-

gunt

Cantuar' provincie necnon ffrancisco Bullingham et Thome Hewitt Gardianis modernis eiusdem
Ecclesie, Elizabethe Tredway vidue, Nicolao Bullingham seniori et Willimo Turner generosis in
specie, ac alijs parochianis ibidem quibuscunque in genere Salutem et gratiam. Cum dilectus nobis in
Christo ffrater Nathaniel Brent miles legum doctor Vicarius noster in spiritualibus generalis et Officialis
principalis ac Commissarius noster inter alios specialiter nominatus pro Visitatione nostra Metropolitica nuper per
eum actualiter exercita infra dioc' Petriburgen' predict' quadam Sessione istius Visitationis
Gardianis et Oeconomis coram eo Judicialiter sedenti, comparentibus, inter alia in mandatis
dederit ut mensas Eucharistie administrationi dedicatas in Inferiori parte Cancelli versus
orientem infra Ecclesias suas parochiales separatim locarent ac circa eas cancellarias clausuras -
decenter compositas construerent, ad quas parochiani debita cum reverentia adeuntes et flexis
genibus se humiliantes a manibus Ministrorum suorum intra mensas et clausuras huiusmodi -- in
ambientium sive gradientium Eucharistiam acciperent, et ministros etiam tum ipsos monuerit
ut isto modo solemni populo Sacramentum illud administrarent, Cumque ex fide-digna relatione
intelleximus quod vos prefati ffranciscus Bullingham et Thomas Hewitt Gardiani audisti
in obsequio istius mandati sui (ut perhibetur) per Vicarium nostrum in spiritualibus generalem prolati -
mensam vestram Cancellaria clausura circundatam in superiorem partem Cancelli vestri transposuistis
Et quod tu tamen prefatus Thomas ffarbeck Vicarius ibidem similem obviam eidem mandato -
prestare nimia remissa negligentia in munere tuo sacerdotali omisisti, nonnullique etiam parochiani
tui animo pertinaci fermentes ad mensam predictam flexis genibus accedere ac tam humili et
reverentiali modo Eucharistiam recipere recusarunt, nequiter contemnendo ordinationes antedictas nostras
iniunctas, Idcirco Nos ad vestrum in ea parte obstinatias et negligentiam predict' reprimendas et
reformandas hanc monitionem sive iniunctionem sub modo et forma sequen' tam a vobis pre-
nominatis in specie quam alijs parochianis vestris quibuscunque in genere observandam, ad petitionem
nobis exinde factam decrevimus Justitia mediante. Vobis igitur con^tim^ et div^tim^ committimus ac firmiter
precipiendo mandamus quatenus tu prefatus Thomas ffarbeck diligentem imposterum curam
adhibeas ut nemini nisi flexis genibus ad Cancellariam clausuram ante mensam (ut permittitur)
in Ecclesia vestra parochiali constructam, accesserit, Eucharistiam distribuas, et quod vos prefati
ffranciscus Bullingham et Thomas Hewitt Gardiani moderni dicte Ecclesie de Ketton ac alij
Gardiani vobis succedentes qui pro tempore fuerint, si quos unquam inveneritis seu invenerint
qui Sacramentum Cene Dominice modo quo prefertur, accipere postheac repudiaverint, nomina
et cognomina eorum nobis seu Vicario nostro in spiritualibus generali aut Ordinario loci illius pro
tempore existen' sub manibus vestris (quoties opus fuerit) transmittatis seu transmittant ut
nos sive Ordinarius predictus in ea parte iuxta Juris exigentiam contra obstinatos huiusmodi procedamus
aut procedat ad condignas penas eis infligend'. Et quid in premissis feceritis nos aut
Vicarium nostrum in spiritualibus generalem et Officialem principalem aliumve Judicem in hac parte
competen' quemcunque debite certificetis prout decet. Dat' sub sigillo (quo in hac parte --
utimur) vicesimo quarto die mensis decembris Anno Domini 1634. Et nostre Translationis Anno tertio./

Sexto die mensis Januarij Anno Domini iuxta &c 1634 per magistrum Thomam Eryan legum
Quo die Cecrell procuratorib publicus Almae Curiae Cant de Archubus London procuratorum generalium unus exhibuit procuratorium suum pro reverendo in Xpo pre Johanne modo Oxon Episcopo, vero patrono et Vicario commendatario Vicariae perpetuae ecclesiae parochialis de Cuddesdon predict, et fecit se partem pro eodem, et debita cum reverentia presentavit dicto Reverendissimo pri literas quasdam missivas serenissimi dni nri Regis gerentes dat 18o die mensis Maij ult elapsi, et etiam literas patentes regias magno sigillo Angliae sigillatas de licentia Regiae Maiestatis concess pro appropriatione, unione, et annexatione Vicariae predictae cum suis iuribus, membris, et pertinentiis universis Episcopatui, et sedi Epali Oxon, et petijt procedendum fore decretum iuxta vim, formam et effectum earundem. Quibus literis missivis, et etiam literis patentibus publice perlectis, dictus Reverendissimus pater ad petitionem dni Cecrell decrevit procedendum fore iuxta tenorem earundem. Tunc dictus Cecrell exhibuit mandatum cum literis certificatoriis in dorso eiusdem, et accusavit contumaciam parochianorum parochie de Cuddesdon predict, ac omnium aliorum quorumcumque ius, titulum aut interesse in Vicaria de Cuddesdon predict seu negotio huiusmodi habentium seu habere pretendentium ad hos diem, horam, et locum citatorum iuxta tenorem mandati predict, intimat et nullo modo comparentium, et petijt eos pronunciari contumaces, et in poenam eorum contumaciae procedendum fore decerni ad appropriationem, unionem, annexationem et incorporationem Vicariae ecclesiae parochialis de Cuddesdon predict, cum suis iuribus, et pertinentiis universis Episcopatui, et sedi Epali Oxon, eorum absentia seu contumacia in aliquo non obstante. Tunc facta preconizatione trina pro dictis partibus citatis, easdemque nullo modo comparentibus, dictus Reverendissimus pater pronunciavit eos contumaces, et in poenam contumaciae huiusmodi, et ad petitionem dni Cecrell decrevit procedendum fore prout petitur. Deinde Cecrell in poenam contumaciae partium predictorum citatorum dedit allegationem seu summariam petitionem in scriptis conceptam, quam allegationem primo publice perlectam dictus Reverendissimus pater ad petitionem Cecrell admisit, et decrevit procedendum fore in hoc negotio summarie, et de plano. Et tunc dictus Cecrell nomine procuratorio prefati reverendi pris Johannis modo Oxon Epi in subsidium probationis contentorum in huiusmodi allegatione exhibuit literas patentes regias supradictas, et allegavit easdem esse sigillatas magno sigillo Angliae, et hoc esse notorium, et etiam dictus Cecrell exhibuit literas quasdam testimoniales de consensu reverendi pris Johannis modo Oxon Epi veri et indubitati patroni, et etiam Commendatarij Vicariae ecclesiae parochialis de Cuddesdon predict dato et adhibito pro unione, appropriatione, annexione, et consolidatione faciend Vicariae predict cum suis pertinentiis universis Episcopatui, et sedi Epali Oxon, et allegavit easdem fuisse et esse sigillatas sigillo Epali, ac etiam sigillo ad arma eiusdem reverendi patris modo Oxon Epi, et hoc esse notorium. Et preterea dictus Cecrell exhibuit literas quasdam testimoniales continentes [illegible] Decani et Capituli ecclesiae Cathedralis Xpi Oxon de eorum approbatione, ratificatione, et confirmatione contentorum in eisdem literis testimonialibus per prefatum reverendum prem Johem modo Oxon Epum

perficitur, factas et sigillatas, et etiam de eorum consensu approbatione data et adhibita
appropriationi vicarie predicte Episcopatui, et sedi Episcopali Cestrensi imperpetuum
perpetuum fieri petitur. Et allegavit easdem literas testimoniales fuisse et esse
sigillatas sigillo communi decani et capituli predictorum, et hec esse et fuisse vera. Et deinde
Et deinde dictus Gerrard nomine procuratorio quo supra exhibuit literas testimoniales
de consensu venerabilis viri Doctoris Bellasys in artibus magistri Archidiaconi
Archidiaconatus Cestren' date et adhibite appropriationi vicarie predicte imperpetuum
et allegavit easdem fuisse et esse sigillatas sigillo Archidiaconali dicti
domini Archidiaconi Cestren', et hec etiam esse verum, ac omnia et singula contenta
in dictis separalibus literis testimonialibus fuisse et esse vera, ac ita habita
et gesta, prout in eisdem continetur. Et insuper dictus Gerrard allegavit omnia
et singula contenta in allegatione sua summaria petitione predicta expressa
et narrata ad [illegible] allegationis. et ideo dictus Gerrard nomine procuratorio quo supra
petiit eam, et eas, ac eadem admitti petiit, ac [illegible] et instantiam partis sue
fieri et ministrari etc. Quibus separalibus literis testimonialibus de
mandato dicti Reverendissimi patris publice perlectis. Ac eundem Reverendissimus
pater in penam contumacie quorumcunque interesse in hac parte habere
pretendentium citatorum et non comparentium, et ad petitionem Gerrard admisit
allegata et exhibita predicta quatenus de jure sunt admittenda. Deinde Gerrard
in penam etc. produxit in testes super allegatione sua summaria petitione predicta
Percivallum Robinson, et Edwardum Eshard generosos, quos dictus Reverendissimus
pater ad petitionem dicti Gerrard, et in penam etc. admisit, juramento onerari et
et monuit, ad subeundum examen ad statim ante concessionem, et tunc
[illegible] statim quo nunc est et ulteriorem expeditionem huius negotii assig-
navit horas, undecimam et duodecimam huius diei. Deinde inter horas undecimam
et duodecimam, et ante meridiem eiusdem diei in Capella predicta coram dicto
Reverendissimo patre comparuit dictus Gerrard, et accusavit contumaciam omnium
et singulorum, jus, titulum, se interesse in vicaria de Budworth predicta
vel huiusmodi negotio habentium, vel habere pretendentium citatorum et intimatorum, preconizatorum
et non comparentium, et idem Reverendissimus pater ad petitionem Gerrard pronunciavit
eos contumaces, et tunc comparuerunt prefati Robinson, et Eshard, testes alias admissi
et jurati, et recognoverunt eorum depositiones etc. Et idem Reverendissimus
pater ad petitionem Gerrard et in penam etc. publicavit dicta et depositiones testium predictorum
et decrevit partibus copiam etc. Postea Gerrard sic ut prefertur, expeditis dictus
Gerrard nomine procuratorio quo supra allegavit intentionem suam, in allegatione
ex parte sua et exhibitis, fuisse et esse sufficienter probatam renunciando se ad
protestationem in hoc negotio, et ut ceteri, Et petiit Reverendissimum patrem ad audiendum suam
diffinitivam, sive finale decretum in hoc negotio ad statim, et ad idem ad statim ter-
minum petitorem, et in penam etc. prefatus Reverendissimus pater assignavit ad audiendum
sententiam suam diffinitivam, sive finale suum decretum prout petitur. Et tunc
lectis primis depositionibus testium predictorum, et habita informatione in hoc
negotio, idem Reverendissimus pater ad petitionem dicti Reverendi patris Johannis
modo Cestren' Episcopi, et dicti Gerrard eius procuratoris legitimi tulit et promulgavit
suam sententiam diffinitivam, sive finale suum decretum in scriptis, pronunciando,
decernendo, declarando, et ultra faciendo prout in eadem, seu eodem continetur.
Super quibus omnibus et singulis idem Reverendissimus pater Johannes Cestren' Episcopus
rogavit me Registrarium publicum ad conficiendum sibi unum vel plura instrumentum
seu instrumenta, publicaque etc. testes etc. presentibus tunc et ibidem venerabilibus viris
domino Henrico Marten milite, et legum doctore, et Arthuro Duck legum etiam
doctore, nec non Magistris Guilhelmo Bell notario publico, dicti Reverendissimi patris
Secretario principali, Waltero Dobson, et Willelmo Cadwin generosis, et
aliis congregatis testibus etc. Postea dictus Reverendissimus pater
Cantuariensis Archiepiscopus ad petitionem dicti Reverendi patris
Johannis Cestren' Episcopi decrevit literas patentes predictas, et alia exhibita
registranda fore etc. et sic registratas et sedulo collat. cum originali eidem tradi fore.

His Maties l̃re touchinge ye appropriatinge of the Vicaridge of Cuddesdon to ye Ep^all Sea of Oxon.

Charles R:

Most Reverend ffather in God, and Right trusty, and welbeloved Counsellour We greete you well. The Lord Bishopp of Oxon haveinge heretofore obteined from us licence by our lres patents dated the 4th of June, the eighth yeare of our Reigne to hold in Commendam the Vicaradge of Cuddesdon in his Dioces, which is of the Patronage of his Sea, togeather with his Bprick, As soone as he became possessed thereof, findinge the Vicaridge house meane, and ruinous, and he the said Lord Bpp haveinge noe house belonginge to his Sea to reside in, was desirous to build a faire house for the residence of him selfe, and his Successors on ye glebe land of ye Vicaradge, and humbly petitioned us for our consent and favour therein, which wee were not only pleased to yeild, but for his incouragement therein bestowed on him 50 Timber Trees out of our fforrest of Shottover, and remitted for his first fruites 343^li. 7^s. 11^d. ob. due to us. And the said Lord Bpp haveinge now finished the said buildinge, and erected a faire house on his glebe, and bestowed thereon 2400^li at the least, hath humbly petitioned us, that the said Vicaradge may be perpetually united, annexed and appropriated to his Episcopall Sea for the encrease of the profitts, and revenewes of the said Sea, and that thereby the said house may remaine a place of residence to him and his Successors for ever, for whom it is fitt, and farre exceedinge ye proportion of such a Vicaridge. Wee takeinge ye premisses into our royall consideration doe declare our will and pleasure, That the said Vicaridge with the rights, and appurtenances shalbe perpetually united, and appropriated to the Ep^all Sea of Oxon, or otherwise annexed, as you the Lord Archbishopp shall finde cause, and that besides such other waies, and legall Instrum^ts as you the Lord Archbishopp shall thinke requisite, it shall passe in the office of ffacultyes, and be confirmed by our greate Seale of England, and that you proceede to sett downe a taxe for the same accordinge to the statute in that case provided. And that in the said union and appropriation, you the said Lord Archbishopp doe for the service of the Cure carefully provide in the said parrish. But haveinge further taken into our royall Consideration the greate mischiefes and inconveniences, which have beene bredd in our ecclesiasticall State by ye frequente appropriatinge of Churches in former times to Monasteries, and other ecclesiasticall places, and persons, ffor the preventinge of ye like mischiefes, and inconveniences in times to come, Wee doe further declare our will and pleasure, that you the Lord Archb^pp of Cant. and your successors shall passe noe such union, and appropriation in the office of ffacultyes. And you the Lord Keeper, and your Successors shall not confirme the same under the great Seale of England without mighty, and greate cause thereof to be first made knowne, and to be allowed by us, our heires, and Successours. And that there be sufficiente provision made for servinge of the Cure in such parrishes, and Churches soe to be appropriated. Given under our Signett at our Pallace of Westminster the eighteenth day of March in the twelfth yeare of our Reigne 1637

To the most Reverend ffather in God, our right trusty
and right welbeloved Counsellour the L^d. Arch B^pp
of Canterbury, and to our right trusty, and wel=
beloved Counsellour the Lord Keeper of our greate
Seale of England.

L̃re patentes regis pro appropriatione Vicarie de Cuddesdon Epatui Oxon.

Carolus

Dei gratia, Angliæ, Scotiæ, ffranciæ, et Hiberniæ Rex, ffidei defensor &c. Omnibus ad quos p̃ntes l̃re pervenerint, Salutem. Cum Reverendus in Christo Pater Johannes divina providentia modo Ep̃us Oxon. sicuti nobis exhibuit, et de facto et iure, in iure eiusdem Ep̃at de Advocatione, et iure patronatus vicariæ p̃rochialis

Ecclesia

Ecclesie vicarie perpetue de Cuddesdon in Com Oxon. Cumque Reverendissimus in Christo pater Georgius providentia divina nuper Cantuar Archiepiscopus totius Anglie Primas et Metropolitanus, virtute Parliamenti Regni nostri Anglie in ea parte editi, consideratis exilitate tenuitate dicti Episcopatus reventionum ad statum dicti Episcopi moderni ipsius Episcopalem dignitatem decenter sustinendum, ac alia onera necessaria supportanda non sufficientium valentium per litteras suas sub sigillo suo ad Facultates gerentes datas secundo die mensis Junij Anno Domini Millesimo sexcentesimo vicesimo secundo gratiose dispensaverit, ac eidem Episcopo plenam potestatem concesserit, ut unum aliud Beneficium ecclesiasticum quodcumque curatum vel non curatum infra diocesim Oxon valorem quadraginta librarum iuxta taxationem in libris nostris Primitiarum non excedens ex donatione nostra, vel ex donatione, aut collatione sua propria, sive alterius cuiuscumque tempore perpetuo recipere, et in Commendam cum dicto Episcopatu Oxon predicto quamdiu viveret, et idem Episcopatui praefuerit, tenere, et retinere et in proprios suos usus convertere valeret. Cumque nos per litteras nostras patentes sub magno sigillo nostro Anglie confectas, gerentes datas quarto die mensis Junij, anno Regni nostri octavo dispensationem predictam et singula in eadem contenta pro nobis heredibus, et successoribus nostris ratificaverimus, approbaverimus, et confirmaverimus, prout ex eisdem litteris nostris patentibus plenius apparet. Cumque postea eadem Vicaria de valore septendecim librarum, quatuor denariorum, et unius oboli, et de Collatione sua propria existens per mortem Edi Underhill Clerici nuper Vicarij eiusdem vacaverit, idem Episcopus vigore dispensationis predicte eandem Vicariam recepit in Commendam, eandemque modo habet et possidet. Cumque dictus Episcopus sumptibus suis proprijs, ac duorum mille et quadringentarum librarum dispendio, antiquam domum mansionalem in Gleba Vicarie predicte extruxit pro habitatione, et residentia Episcopi dicte Sedis Episcopalis Oxon pro tempore idonea. Sciatis quod nos in augmentationem et relevamen reventionum Sedis predicte de gratia nostra speciali, ac ex certa scientia, et mero motu nostris pro nobis, heredibus, et successoribus nostris prefato Johanni Episcopo Oxon modo patrono et Commendatario Vicarie predicte licentiam damus specialem per presentes, quod ipse predictam Vicariam Ecclesie de Cuddesdon (que est de Advocatione sua propria) eandemque domum mansionalem, necnon omnia et singula terras glebas, tenementa, reventiones, possessiones, et hereditamenta quecumque tam spiritualia, quam temporalia predicte Vicarie quovismodo spectantia seu pertinentia, vel eiusdem Vicarie parcella existentia una cum omnibus, et omnimodis decimis, fructibus, proficuis, oblationibus, obventionibus, pensionibus, portionibus, Commoditatibus, emolumentis, iuribus, et pertinentijs universis, eidem Vicarie spectantibus appropriare, Eandemque Vicariam, et cetera premissa appropriata in proprios usus tenere possit et valeat sibi et Successoribus suis in perpetuum sine occasione, vel impedimento nostri, heredum, vel Successorum nostrorum, et hoc absque aliqua presentatione, inductione, seu admissione alicuius Successorum suorum, vel aliquorum Successorum suorum ad Vicariam predictam in posterum faciendam. Et absque Brevi nostro de ad quod damnum, aut aliqua Inquisitione virtute huiusmodi Brevis, vel aliter prosequendis, faciendis, aut petendis Statuto de terris, et tenementis ad manum mortuam non ponendis. Ac Statuto in Parliamento anno quarto Regni nuper Regis Henrici quarti, aut aliquo alio Statuto, actu, ordinatione, provisione, restitutione, aut aliqua alia re, causa, vel materia quacumque in aliquo non obstante. Et insuper de gratia nostra speciali ac ex certa scientia, et mero motu nostris pro nobis, heredibus, et Successoribus nostris concedimus Reverendissimo in Christo patri, predilectoque et perquam fideli Consiliario nostro Willelmo divina providentia Archiepiscopo Cantuar totius Anglie Primati, et Metropolitano, quod ipse omnia et singula acta, res et materias quascumque que pro appropriatione, unione, et annexione Vicarie Ecclesie predicte Episcopatui Oxon, ac pro ceteris omnibus, et singulis premissis secundum intentionem nostram superius expressam requisita fuerint debito modo faciet, et exequetur, Statuto premencionato, aut aliquo alio actu, re, vel materia quacumque in contrarium inde in aliquo non obstante. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste meipso apud Westmonasterium vicesimo sexto die Martij, anno Regni

Regni nuper Regis Richardi secundi quinto decimo et Statut in Parliamento anno i°

nostri duodecimo. Per ipsum Regem.

Procuratorium Dni Episcopi Oxon.

Pateat universis per presentes quod nos Johannes permissione divina Oxon. Episcopus verus et indubitatus patronus vicarie perpetue ecclesie parochialis de Cuddesden in Com. et dioc. Oxon. ac vicarius commendatarius eiusdem vicarie cum suis juribus membris et pertinentiis universis, in omnibus et singulis causis negotiis litibus et querelis nostris personam nostram statumque nostrum ac jus et bona nostra quecumque qualitercumque concernentibus sive tangentibus motis seu movendis coram quibuscumque judicibus ordinariis delegatis subdelegatis aut eorum commissariis quibuscumque quamlibet jurisdictionem ecclesiasticam habentibus seu exercentibus seu habere pretendentibus diebus horis et locis quibus nos adesse vel abesse contigerit, dilectos nobis in Christo Thomam Edwardes et Carolum Pellerin notarios publicos Alme Curie Cant. de Arcubus London. procuratores generales conjunctim et eorum utrumque per se divisim et insolidum ita quod non sit melior conditio occupantis nec deterior subsequentis sed quod unus eorum inceperit id ipsorum quilibet libere prosequi valeat mediare terminare pariter et finire nostros veros legitimos et indubitatos procuratores actores factores negotiorumque nostrorum gestores et nuncios speciales ad infrascripta nominamus ordinamus facimus et constituimus per presentes, damusque et concedimus eisdem procuratoribus nostris conjunctim et eorum cuilibet per se divisim et insolidum potestatem generalem et mandatum speciale pro nobis et nomine nostro coram dictis judicibus comparendi et interessendi nosque a personali comparitione excusandi et causam et causas absentie nostre hujusmodi allegandi ac si opus fuerit probandi, agendi, defendendi, excipiendi, reconveniendi et libellandi ac libellum seu libellos dandi et recipiendi aliasque materias quascumque proponendi et articulandi et admitti petendi et obtinendi, positionibus et articulis ex adverso datis respondendi et sibi responsum dari petendi, litemque seu lites contestandi et contestari videndi, juramentumque insuper tam de calumnia evitanda quam de veritate dicenda atque aliud quodcumque juramentum licitum et honestum ac de jure requisitum in animam nostram prestandi subeundi et jurandi, testesque literas et instrumenta atque alia quecumque probationum genera producendi et exhibendi, productisque et exhibitis ex adverso datis reprobandi et impugnandi, terminumque et defectus objiciendi et concludendi statutaque ac reformationem in integrum restitutionem damna expensas et interesse quelibet necnon beneficium absolutionis simplicis seu ad cautelam a quibuscumque suspensionis sive excommunicationis interdicti seu sequestri sententiis a jure vel ab homine latis simpliciter vel ad cautelam petendi et obtinendi, in causis et negotiis hujusmodi concludendi et concludi videndi, litique ac instantie si opus fuerit in toto vel in parte renunciandi, sententiasque quascumque tam interlocutorias quam diffinitivas atque alia quecumque decreta ferri promulgari et interponi petendi et obtinendi, provocandi et appellandi provocationes et appellationes hujusmodi notificandi et intimandi prosequendi et finiendi, apostolosque petendi et recipiendi, necnon de procedendo in negotio principali causisque appellationis ac si videbitur expediens consentiendi, necnon vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Cuddesden in Com. et dioc. Oxon. cum suis juribus membris et pertinentiis universis Episcopatui Oxon. nunc et pro futuris temporibus in perpetuum in debita juris forma appropriari annecti univi et consolidari petendi procurandi et obtinendi. Alium insuper seu alios procuratorem seu procuratores loco eorum et ipsorum cuiuslibet substituendi et eum seu eos revocandi et procuratoris officium in se vel eorum quemlibet reassumendi quotiens et quando eis vel eorum alicui melius videbitur expedire. Et generaliter omnia et singula alia faciendi exercendi et expediendi que in premissis aut circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna etiamsi mandatum de se magis exigant speciale quam superius est expressum. Promittimusque nos ratum gratum et firmum perpetuo habituros totum et quicquid dicti procuratores nostri fecerint seu eorum aliquis fecerit in premissis aut eorum aliquo in hac parte. In cuius rei testimonium sigillum nostrum episcopale ac etiam sigillum nostrum ad causas presentibus apposuimus. Datum vicesimo nono die mensis

& cum eodem Episcopatu Oxon.

mensis Martij, Anno domini iuxta computationem Ecclesiæ Anglicanæ, millesimo, sexcentesimo tricesimo septimo.

Citatio cum intimatione

Guilielmus providentia divina Cantuariensis Archiepiscopus, totius Angliæ Primas et Metropolitanus, Universis et singulis Clericis, et literatis quibuscumque per totam provinciam Cantuariensem nostram, ubilibet constitutis Salutem. Vobis coniunctim et divisim committimus, ac firmiter iniungendo mandamus quatenus citetis seu citari faciatis peremptorie Martinum Aylworth Archidiaconum Archidiaconatus Oxon, ac etiam omnes et singulos parochianos parochiæ de Cuddesden in Com. et diocesi Oxon (prout quod Edwardus Lott predicti est pars in hac causa) ac omnes et singulos alios quoscumque Ius, titulum, aut interesse in Vicaria perpetua ecclesiæ parochialis de Cuddesden predict. aut infrascriptis habentes, seu habere pretendentes personaliter, si sic commode poteritis, et ad eos sic citandos tutus vobis pateat accessus, alioquin publice citationis edicto per affixionem presentium super ostio seu foribus ecclesiæ parochialis de Cuddesden predict. aliquo die dominico seu festivo inter divinorum solemnia dum maior in eadem ad divina audienda adfuerit populi multitudo palam et publice aliquandiu propositarum, verumque presentium copia ibidem dimissa et relicta, aliisque vijs, modis, et medijs quibus melius aut efficacius de Iure poteritis, sic quod huiusmodi citatio ad eorum notitiam de verisimili pervenire poterit, Quod compareant, et eorum quilibet compareat coram nobis vel Commissario nostro in hac parte legitimo in Capella seu Oratorio domus nostræ mansionalis de Lambehith in Com. Surriæ die Mercurij, decimo nono die mensis Aprilis iam prox. futuri inter horas nonam, et undecimam ante meridiem eiusdem diei, causam rationabilem, et legitimam, si quam pro se habeant, aut dicere sciant, quare Vicaria perpetua ecclesiæ parochialis de Cuddesden predict. cum suis Iuribus et pertinentijs Episcopatui Oxon acetiam eidem Episcopatu Oxon pro futuris temporibus in perpetuum iuxta concessionem et licentiam Regiæ Matis in hac parte nobis fact. in debita Iuris forma appropriari, annecti, uniri, et consolidari non debeat in debita iuris forma ad petitionem Reverendi in Christo patris confratris nostri domini Johannis modo Oxon Epi dicturi et allegaturi, ulteriusque facturi et recepturi quod iustum fuerit in hac parte. Intimantes præterea modo et forma predictis seu intimari faciatis peremptorie prefato domino Archidiacono, et etiam parochianis de Cuddesden predict. ac omnibus et singulis alijs quibuscumque ius, titulum, aut interesse in hac parte habentibus, seu habere pretendentibus (quibus nos etiam tenore presentium sic intimamus) quod si ipsi dictis die, hora, et loco non comparuerint, nec causam sufficientem in contrarium allegaverint, Nos vel Commissarius noster predictus ad appropriandum, annectendum, uniendum, et consolidandum vicariam ecclesiæ parochialis de Cuddesden predict. cum suis iuribus, membris, et pertinentijs universis Episcopatui Oxon predict. nunc et pro futuris temporibus in perpetuum in debita Iuris forma procedere intendimus, seu intendit, ipsorum sic citatorum, et intimatorum absentia, seu contumacia in aliquo non obstante. Et quid in premissis feceritis, Nos vel Commissarium nostrum predictum debite certificetis una cum presentibus. Dat. in domo nostra Mansionali de Lambehith predicta vicesimo octavo die mensis Martij, Anno Domini millesimo, sexcentesimo tricesimo septimo. Tho: Gerres.

W: Cant:

Decimo nono die mensis Aprilis
anno Domini 1637.

Negotium appropriationis, unionis }
&c

et annexionis vicarie perpetue ecclesie parochialis de Cuddesden in Comitatu et Diocesi Oxon Episcopatui, et Sedi Episcopali Oxon

Quo die Comparuit nomine procuratorio Reverendi in Christo patris Johannis modo Oxon Episcopi omnia ac singula, via, modo, et juris forma, et ad omnem quemcumque juris effectum allegavit, et articulis scriptis in jure proposuit ordine prout sequitur.

Allegatio domini Episcopi Oxon

1 **Inprimis** Quod villa et ecclesia parochialis de Cuddesden predicta non distat a Civitate Oxon, et ab ecclesia Cathedrali Christi ibidem ultra spatium quinque milliarium, aut eo circiter. Idque fuit et est verum, publicum, et notorium. Et ponit coniunctim, divisim, et de quolibet.

2 **Item** Quod domini Episcopi Oxon pro tempore existentes toto tempore citra fundationem et erectionem Episcopatus Oxon predicti fuerunt, et sunt domini et proprietarii Rectorie ecclesie parochialis de Cuddesden predicta, necnon veri et indubitati patroni vicarie perpetue eiusdem ecclesie parochialis, ac in quieta et pacifica possessione donandi et conferendi eandem vicariam perpetuam de tempore in tempus quotiens vacabat, olim, et pluribus idoneis contulerunt, et existere debuerunt, sicque Reverendus pater Johannes modo Oxon Episcopus fuit et in presenti est, ac eandem conferre debuit et debet. Idque fuit et est verum, publicum, et notorium. Et ponit ut supra.

3 **Item** Quod prefatus Reverendus in Christo pater Johannes modo Oxon Episcopus ante consecrationem suam in Episcopum Oxon predictum, licentiam et dispensationem obtinuit accipiendi quodcumque beneficium curatum infra Diocesin Oxon, idemque retinendi una cum Episcopatu predicto, durante vita sua naturali, et incumbentia sua in eodem, quodque post consecrationem suam in Episcopum predictum, vicaria de Cuddesden predicta vacabat per mortem Edmundi Underhill clerici ultimi vicarii et incumbentis ibidem, idemque Reverendus pater virtute dispensationis seu licentie predicte eandem vicariam de Cuddesden in Commendam acceptavit, et recepit, eandemque adhuc retinuit, et per nonnullos annos elapsos fuit et in presenti est verus Commendatarius vicarie perpetue ecclesie parochialis de Cuddesden predicta, ac pro tali communiter reputatus. Idque fuit et est verum, publicum, et notorium. Et ponit ut supra.

4 **Item** Quod dictus Reverendus pater Johannes modo Oxon Episcopus eiusque predecessores et precessores nullum habuerunt, nec unquam, aut habent Palatium seu domum mansionalem ad Episcopatum Oxon predictum spectantem in qua seu quo ipsi inhabitare, et hospitalitatem iuxta dignitatem Episcopalem exercere, et facere potuerunt, aut possunt. Idque fuit et est verum, publicum, et notorium. Et ponit ut supra.

5 **Item** Quod dicti Episcopatus Oxon fructus, redditus, et proventus adeo tenues, et exiles sunt, ut mense [illegible] patris Oxon Episcopi pro tempore existentis iuxta dignitatem Episcopalem aliisque oneribus eidem Episcopatui Oxon incumbentibus hiis temporibus non sufficiunt. Idque fuit et est verum, publicum et notorium. Et ponit ut supra.

6. **Item** Quod prefatus Reverendus pater Johannes modo Oxon Episcopus super area antiqui mansi, seu domus mansionalis vicarie de Cuddesden predict, et super fundis seu terris ad eandem vicariam spectan et pertinen, Palatium sive domum mansionalem amplam, et alia edificia necessaria magnis suis expensis edificari, et construi fecit, in quibus idem Dnus pater, et successores sui perpetuis futuris temporibus inhabitare, et hospitalitatem tenere juxta eorum dignitatem poterunt. Et ponit ut supra.

Item Quod Illustrissimus in Xpo princeps, et dominus noster Carolus dei gratia, Anglie, Scotie, ffrancie, et Hibernie Rex, fidei defensor etc. intuitu premissorum, et aliis causis ipsum moventibus, prefato Rmo in Xpo patri, licentiam et facultatem appropriandi vicariam perpetuam de Cuddesden predict cum suis juribus, membris, et pertinentiis universis dco Epatui Oxon per literas suas patentes magno sigillo Anglie sigillat. rite et legitime concessit, prout ex eisdem literis patentibus penes Registrum suum remanen plenius liquet et apparet. Et ponit ut supra. 7

Item Quod tam prefatus Reverendus pater Johannes modo Oxon Epus, patronus et Commendatarius vicarie perpetue ecclesie parochialis de Cuddesden predict, quam venerabilis vir Thomas Iles sacre theologie professor, Subdecanus ecclesie Cathedralis Christi Oxon predict ex fundatione Regis Henrici octavi, et Capitulum eiusdem ecclesie, ac etiam venerabilis vir Bartenus Holyday, in artibus magister Archidiaconus Archidiaconatus Oxon predict expresse consenserunt, et consentiunt, ut dicta vicaria perpetua ecclesie parochialis de Cuddesden predict cum suis juribus, membris, et pertinentiis universis nunc et pro futuris temporibus in perpetuum appropriaetur, unietur, annectatur, et consolidetur dicto Episcopatui Oxon, et cum Episcopatu Oxon predict, et sit in perpetuum pars et parcella possessionum eiusdem Episcopatus Oxon. Et quod Episcopi Oxon qui sunt, et erunt pro tempore percipiant, habebunt, et ad usus suos proprios applicabunt perpetuis futuris temporibus omnes et singulas decimas, domos, tenementa, fructus, terras, jura et emolumenta ecclesiastica quecumque ad eandem vicariam perpetuam quoquo modo spectan, et pertinen absque aliqua presentatione institutione, vel inductione ad et in eandem, vel ad similem effectum. Et ponit ut supra. 8

Item Quod de et super premissis fuit et est ex parte dicti Reverendi in Xpo patris, et dni Johannis modo Oxon Episcopi, vobis Reverendissime pater, rite et legitime querelatum, et supplicatum. Et ponit ut supra. 9

Item Quod vicaria ecclesie parochialis de Cuddesden predict fuit et est annui valoris 17li. 4d. ob. iuxta taxationem in libris primitiarum domini nostri Regis, et non ultra, fuitque et est infra Archidiaconatum et diocesim Oxon, vestreque Cantuariensis provinciam notorie sita et situata. Et ponit ut supra. 10

Item Quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera, publica, notoria, manifesta, pariter et famosa, et quod de et super eisdem laborarunt et in presenti laborant publica vox et fama. Unde facta fide de jure in hac parte requisita, petit pars ista proponens jus et justitiam sibi et parti sue fieri, et ministrari cum effectu, dictamque vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Cuddesden predict cum suis juribus, membris, et pertinentiis universis Episcopatui Oxon et cum eodem in debita juris forma appropriari, annecti, uniri, et consolidari ulteriusque fieri, statui, et decerni in premissis quod juris fuerit, et rationis, que omnia et singula premissa proponit, et fieri petit pars ista proponens conjunctim et divisim, non artans se ad omnia et singula premissa probanda, nec ad onus superflue probationis, de quo protestatur, sed quatenus probaverit in premissis 11

eatenus

cationis obtineat in petitis cuius beneficio in omnibus semper salve destrum-
estrium Reverendissime pater, humiliter imploramus.

Consensus domini Episcopi Oxon appropriacionem Vicarie de Cuddesden.

Johannes permissione divina Oxon Episcopus, verus et indubitatus patronus vicarie perpetue ecclesie parochialis de Cuddesden in Comitatu et diocesi Oxon. Universis et singulis Christi fidelibus, ad quos hoc presens scriptum pervenerit, Salutem et gratiam. Noveritis me prefatum Episcopum et patronum antedictum pro me et successoribus meis expresse consentisse et per presentes consentire, ut dicta vicaria perpetua ecclesie parochialis de Cuddesden predicta cum suis iuribus, membris, et pertinenciis universis nunc et pro futuris temporibus in perpetuum appropprietur, annectatur, uniatur, et consolidetur Episcopatui Oxon, et cum Episcopatu Oxon predicto et sit in perpetuum pars et parcella possessionum eiusdem Episcopatus Oxon. Et quod Episcopi Oxon qui pro tempore fuerint, percipient, habebunt, et ad proprios suos usus applicabunt pro perpetuis futuris temporibus omnes et singulas terras, domos, tenementa, fructus, redditus, proventus, decimas, iuraque et emolumenta quecumque ad eandem vicariam perpetuam quoquo modo spectancia, et pertinencia absque aliqua presentacione, institucione, seu inductione ad et in eandem. Et quod nos et successores nostri Episcopi Oxon in perpetuum nullum Clericum ad dictam vicariam presentabimus, aut instituemus, aut induci mandabimus, nec per Collationem de eadem disponemus Sed quod eadem vicaria unita, annexa, appropriata, consolidata, et incorporata dicto Episcopatui Oxon maneat in perpetuum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum Episcopale, ac etiam sigillum nostrum ad arma presentibus apposuimus. Datum octavo die mensis Aprilis Anno domini millesimo sexcentesimo tricesimo septimo

Consensus Subdecani et Capituli Oxon ad appropriacionem Vicarie de Cuddesden.

in Comitatu et diocesi Oxon pro se et successoribus suis expresse consenserit ut dicta Vicaria perpetua Ecclesie parochialis de Cuddesdon

Omnibus et singulis Christi fidelibus, ad quos hoc presens scriptum pervenerit, Thomas Iles sacre theologie professor, Subdecanus ecclesie Cathedralis Christi Oxon ex fundatione Regis Henrici octavi, et Capitulum eiusdem ecclesie, Salutem. Cum reverendus in Christo pater, et dominus Johannes permissione divina Oxon Episcopus, verus et indubitatus patronus vicarie perpetue ecclesie parochialis de Cuddesden ~~predict~~ cum suis iuribus, membris, et pertinenciis universis nunc et pro futuris temporibus in perpetuum appropprietur, annectatur, uniatur, et consolidetur Episcopatui Oxon, et cum Episcopatu Oxon. Et sit in perpetuum pars et parcella possessionum eiusdem Episcopatus Oxon. Et quod Episcopi Oxon, qui pro tempore fuerint percipient, habebunt, et ad usus suos proprios applicabunt perpetuis futuris temporibus omnes et singulas terras, domos, Tenementa, fructus, decimas, iuraque et emolumenta quecumque ad eandem vicariam perpetuam quoquo modo spectancia et pertinencia absque aliqua presentacione, institucione, vel inductione ad et in eadem. Et quod ipse nunc Episcopus, vel successores sui Episcopi Oxon in perpetuum aliquem Clericum ad dictam vicariam non presentabunt, instituent, aut induci mandabunt, nec per Collationem de eadem disponent, Sed quod eadem vicaria unita, annexa, appropriata, consolidata, et incorporata dicto Episcopatui Oxon maneat in perpetuum prout ex scripto suo inde confecto sigilloque suo Episcopali, ac etiam sigillo suo ad arma sigillato plene apparet. Nos Subdecanus, et Capitulum predicti in domo nostra Capitulari capitulariter congregati unanimi consensu, et assensu, premissa omnia et singula, quantum in nobis est, ac de iure possumus, in omnibus approbamus, confirmamus, et ratificamus per presentes. Et insuper sciatis quod nos, ut prefertur, capitulariter congregati pro nobis et successoribus nostris consensimus et harum serie etiam unanimiter consentimus ut dicta vicaria perpetua ecclesie parochialis de Cuddesden predictum cum suis iuribus, membris, et pertinentiis nunc et pro futuris temporibus in perpetuum appropprietur, uniatur, annectatur, et consolidetur Episcopatui Oxon, et cum Episcopatu Oxon, et sit in perpetuum pars et parcella possessionum eiusdem Episcopatus Oxon, Et quod Episcopi Oxon, qui pro tempore fuerint, percipient, habebunt, et ad usus suos proprios applicabunt pro perpetuis futuris temporibus omnes et singulas terras, domos, Tenementa, fructus, decimas, Juraque et emolumenta quaecunque ad eandem Vicariam perpetuam quoquomodo spectantia, et pertinentia absque aliqua presentatione, institutione, et inductione ad et in eandem. Et quod ipsi nunc Episcopus, et successores sui Episcopi Oxon in perpetuum aliquem Clericum ad dictam Vicariam non presentabunt, aut instituent, aut induci mandabunt, nec per Collationem de eadem disponent sed quod eadem Vicaria unita, annexa, appropriata, consolidata, et incorporata dicto Episcopatui Oxon maneat in perpetuum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum commune presentibus apponi fecimus Datum in domo nostra Capitulari 12° Aprilis, Anno Domini 1637.

Consensus Domini Archidiaconi Oxon ad appropriandum Vicariam de Cuddesdon.

Omnibus Christi fidelibus ad quos hoc presens scriptum pervenerit Barten Hollyday in artibus magister, Archidiaconus Archidiaconatus Oxon salutem in domino sempiternam. Noveritis me praefatum Archidiaconum pro me et successoribus meis expresse consensisse, et per presentes consentire, ut Vicaria perpetua ecclesiae parochialis de Cuddesdon, dioecesis, et Archidiaconatus Oxon, cum suis iuribus, membris, et pertinentiis universis nunc et pro futuris temporibus in perpetuum approprietur, annectatur, uniatur, et consolidetur Episcopatui Oxon, et cum Episcopatu Oxon predicto. Et sit in perpetuum pars et parcella possessionum eiusdem Episcopatus Oxon, Et quod Episcopi Oxon qui pro tempore fuerint, percipient, habebunt, et ad proprios suos applicabunt usus pro perpetuis futuris temporibus omnes et singulas terras, domos, Tenementa, fructus, decimas, Juraque et emolumenta quaecunque ad eandem Vicariam perpetuam quoquomodo spectantia, et pertinentia, absque aliqua presentatione, institutione, seu inductione ad et in eandem. In cuius rei testimonium sigillum meum Archidiaconale presentibus apposui. Datum decimo tertio Aprilis 1637. Barten Holyday. Sealed and delivered in the presence of those whose names are underwritten. Jo: Stubbing He: Croke Ric: Powell James Beam

Depositio Percivalli Robinson testis.

Percivallus Robinson parochiae de Cuddesdon in Com Oxon gen, aetatis 34 annorum, aut circiter testis &c.

Ad primum articulum allegationis deponit, That the Towne and Church of Cuddesdon by common reputation is distant from Oxford, and the Cathedrall Church there five miles, or thereabouts, and not above.

Ad 2um he saith That the Bpps of Oxon for the time being have for all his memory beene commonly reputed to be Proprietaries of ye Rectory articulate, and undoubted patrons of the Vicaridge mentioned in this article.

Ad 3um he saith that he hath seene the nowe Lord Bpp of Oxon his dispensation, or Commendam articulate, and that it is to ye effecte here articulate. And that by vertue of the said Commendam, the said Bpp hath accepted and taken the Vicaridge articulated, and for three yeares, or thereabouts laste paste hath beene and is in quiet possession thereof.

Ad 4um he saith That the Bpps of Oxon for all ye time of this deponents memory have not had any Palace or howse belonginge to their Bpprick to dwell in and keepe hospitality.

Ad 5um he saith That the fruits and profitts of the Bpprick at late towards all Chardges is not worth above 420li communibus Annis, or thereabouts.

Ad 6um he saith, That the reverend ffather articulated in the place of the old Vicaridge howse of Cuddesdon, and uppon the glebe land thereof hath at his owne chardge caused a very faire howse, and necessary buildings thereto belonginge to be builded and erected, and hath laid out for the doinge thereof in his estimacon, and the opinion of such as have seene the same 2400li. or thereabouts, and saith that the saide howse is verye fitt and convenient for the Bpps of Oxon to dwell in, and keepe there hospitality. Percivall Robinson.

Depositio Edwardi Izzard testis

Edwardus Izzard parochie de Cuddesdon in Com Oxon yeoman aetatis 27, aut eo circa, testis &c.

Ad primum articulum deponit eundem esse verum by common reputation.

Ad secundum deponit, That the same is true by common reputation.

Ad tertium deponit eundem esse verum ex auditu suo. Et aliter nescit.

Ad quartum deponit eundem esse per totum tempus memoriae ipsius

Ad quintum deponit, That he hath hearde, and verily beleiveth the contents are true.

Ad sextum dicit, That the now reverend ffather the Lord Bpp of Oxon hath builte and erected such a Pallace and howse, as is here articled and in the opinion of this deponente, and as hee beleiveth hath laid out aboute the same summe of money 2400li. or thereabouts. And that the said howse is very fitt in his opinion for the Byshopps of Oxon to inhabite and keepe hospitality in. Edw: Izard.

Sententia Appropriationis Vicarie de Cuddesdon.

In dei nomine Amen. Auditis, visis, et intellectis, ac plenarie, et mature discussis per nos Willelmum providentia divina Cant Archiepum, totius Angliae Primatem, et Metropolitanum, meritis et circumstantiis cuiusdam negotii appropriationis, unionis, annexationis, incorporationis, et consolidationis Vicariae perpetuae ecclesiae parochialis de Cuddesdon in Archidiaconatu et diocesi Oxon, ac provincia nostra Cantuariensi Episcopatui ac Sedi Episcopali Oxoniensi quod coram nobis in iudicio inter Reverendum in xpo patrem, et confratrem nostrum Johannem permissione divina modo Oxon Episcopum appropriationem huiusmodi fieri petentem ex una, ac parochianos parochiae de Cuddesdon praedictae in specie, ac omnes et singulos alios, ius, titulum, aut interesse in Vicaria praedicta seu negotio huiusmodi habentes, seu habere praetendentes in genere, in hac parte legitime citatos, partibus ex altera, vertitur et pendet indecisum, rite et legitime procedentes, praefato Reverendo patre Johanne modo Oxon Epo personaliter, ac etiam per procuratorem suum legitime comparente, ac appropriationem unionem, annexionem, et incorporationem praedictam fieri petente, et postulante, Parochianis vero parochiae de Cuddesdon praedicta, ac aliis quibuscunque interesse in Vicaria praedicta, et hoc negotio habentibus, seu habere praetendentibus, non comparentibus, sed contumaciter se absentantibus, ad nostram sententiam diffinitivam, sive nostri finalis decreti prolationem in hoc negotio sic duximus procedendum fore; et procedimus in hunc qui sequitur modum. Quia per acta, inactitata, deducta, exhibita, proposita, et probata in huiusmodi negotio invenimus Illustrissimum in xpo principem, ac dominum nostrum Carolum dei gratia Angliae, Scotiae, ffranciae, et Hiberniae Regem, fidei defensorem &c per literas suas patentes magno sigillo Angliae sigillatas, gerentes datum vicesimo sexto die Martij, anno domini millesimo sexcentesimo tricesimo septimo, Regnique sui foelicissimi duodecimo (inter alia) de gratia sua speciali ac ex certa scientia, et mero motu suis pro se, heredibus, et successoribus suis concessisse nobis, quod nos omnia et singula acta, res et materias quascunque quae pro appropriatione, unione, et annexione Vicariae ecclesiae parochialis de Cuddesdon praedictae Episcopatui Oxoniensi, et pro caeteris omnibus, et singulis secundum intentionem suam in dictis literis patentibus expressam requisita fuerint debito modo faciamus, et exequamur, vel ad similem effectum, prout ex eisdem literis patentibus penes Registrum nostrum remanentibus plenius liquet et apparet. Et quia insuper, ut supra invenimus partem praefati reverendi patris Johannis modo Oxoniensis Episcopi intentionem suam quoad cetera alia deducta in allegatione ex parte sua in huiusmodi negotio data, et penes Registrum nostrum remanente (quam quidem allegationem pro hic lecta et inserta haberi vult, et petit pars ista) sufficienter quoad hic inferius decernenda, et pronuncianda, fundasse, et probasse, nihilque effectuale exceptum, deductum, seu allegatum esse quod petitioni dicti reverendi patris Johannis Oxon Episcopi in hac parte obstaret. Idcirco Nos Gulielmus providentia divina Cantuariensis Archiepiscopus, totius Angliae Primas, et Metropolitanus, Christi nomine primitus invocato, ac ipsum solum Deum oculis nostris proponentes, et habentes, et de et cum consilio Jurisperitorum cum quibus in hac parte communicavimus, maturaque deliberatione, causas in hoc negotio allegatas unionis, annexationis, appropriationis, et consolidationis in hac parte petitae faciendae, veras, iustas, rationabiles, legitimas, sufficientes, et canonicas fuisse, et esse pronunciamus, decernimus, et declaramus, atque ex eisdem causis praedictam Vicariam ecclesiae parochialis de Cuddesden praedictae, et domum mansionalem eiusdem, nec non omnia et singula terras glebales, tenementa, redditus, possessiones, et hereditamenta quaecunque tam spiritualia quam temporalia eidem Vicariae quovismodo spectantia seu pertinentia, vel eiusdem Vicariae parcellam existentia, una cum omnibus, et omnimodis decimis, fructibus, proventibus oblationibus, obventionibus, portionibus, commoditatibus, emolumentis, iuribus et pertinentiis eidem Vicariae spectantibus Episcopatui, et Sedi Episcopali Oxoniensi praedictae in perpetuum appropriamus, unimus, annexamus, et consolidamus. Et decernimus quod liceat praefato Reverendo patri Johanni modo Oxon Episcopo, ac eius successoribus in perpetuum decimas, fructus, redditus, iuraque et emolumenta Vicariae praedictae recipere, et in proprios suos usus convertere. Et ulterius volumus, et decernimus, quod praefatus Reverendus pater Johannes modo Oxon Episcopus, et successores sui pro tempore existentes in perpetuum Curatum seu Presbyterum sufficientem ad divina celebranda, sacramenta, et sacramentalia ministranda verbumque divinum praedicandum in ecclesia parochiali de Cuddesden praedicta et curae animarum parochianorum ibidem debite inserviendum invenient constituent, et sustentabunt, et alia onera ordinaria, et extraordinaria eidem Vicariae incumbentia praestabunt. Et quia pietas, et liberalitas dicti Reverendi patris Johannis modo Oxon Episcopi nobis iamdudum satis cognita, et perspecta sit, et sufficienter constat, et praesertim ex magnis impensis suis in aedificatione Palatii, seu domus mansionalis in hoc negotio allegati, certam summam pro sustentatione, et salario Curati, seu Presbyteri praedicti eiusdem Reverendi patris ~~[illegible]~~ conscientiae, et arbitrio, durante incumbentia sua in eodem Episcopatu Oxon praedicto, relinquendum fore decernimus. Volumus tamen, et decernimus, quod successores praefati Reverendi patris Johannis modo Oxon Episcopi pro tempore existentes, perpetuis futuris temporibus, summam triginta librarum legalis monetae Angliae annuatim et singulis annis Curato seu Presbytero praedicto curae animarum parochianorum parochiae praedictae inservienti pro sustentatione, et salario suo in ea parte persolvent, seu satisfacient per quatuor aequales portiones ad festa nativitatis sancti Johannis Baptistae, Sancti Michaelis Archangeli, natalis Domini nostri Jesu Christi, et annunciationis beatae Mariae Virginis. Et insuper volumus, et decernimus, quod praefatus Reverendus pater Johannes modo Oxon Episcopus durante incumbentia sua in eodem Episcopatu, et successores sui persolvent, seu solvi facient annuatim in perpetuum pauperibus parochianis parochiae de Cuddesden praedictae in festo natalis Domini nostri Jesu Christi summam sex solidorum, et octo denariorum legalis monetae Angliae. Quae omnia et singula premissa pronunciamus.

Decernimus

decrevimus et adiudicamus per hanc sententiam nostram diffinitivam, sive hoc nostrum finale decretum, quam sive quod ferimus et promulgamus in hiis scriptis. W: Cant.

Dispensatio sive unio vicarie de Cuddesden Episcopatui Oxon.

